Les Bibliothèques Virtuelles Huıanistes

Extrait de la convention établie avec les établisseıents partenaires :

- ces établisseıents autorisent la nuıérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de ıanipulation des docuıents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les iınages résultant de la nuıérisation seront dûıent référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré coııne une « oeuvre » (nuıérisation, traiteıent des iınages, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et adıinistrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est souınise à autorisation.
- toute utilisation coıınerciale restera souınise à autorisation particulière deıandée par l'éditeur aux établisseıents détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques coıpétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Huıanistes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance


© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

SR 162 F

© Centre d'Etudes Supérieures de la Renaissance

C.E.S. RENAISSANCE 40510 TOURS

# Porphyrii Institutio.

ARISTOTELIS CATEGORIAE.

*Eiusdem περὶ ἑρμηνείας, id est de interpretatione Liber.*

*Analyticōn priorum eiusdem. i. partitionū priorum Lib. II.*

*Partitionum posteriorū, siue demonstrantis scientiæ Lib. II.*

*Iacobo Lodoico Strebæo interprete.*

Edmond

Mathieu X

PARISIIS,

*Apud Vascosanum, uia Iacobea, ad insigne Fontis.*

M. D. XLVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

## PRIVILEGII SENTENTIA.

CAVTVM est edicto Regio, ne quis alius impressor, bibliopola, mercator, aut quiuis alius, hos Aristotelis de disserendi ratione libros ab Iacobo Strebæo à græco in latinum conuersos, intra sex annos typis impressos emittat, néue uendat: qui secus faxit, publicatio librorũ esto, ac multa iudicis arbitrio. Datum Parisijs XIII. Cal. Martias, Ann. M. D. XLVIII. Ad Calculũ Ro.

Ex Cancellaria. Guiot.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

# ICHAEL VASCOSANVS PHILOSOPHIAE STVDIOSIS S.

IACOBVS Lodoicus Strebæus, uir doctrina atque optimarũ artium studijs eruditißimus, postquam uiginti annos in erudienda iuuentute consumpsisset, ac præclara eloquentiæ & philosophiæ fundamenta iecisset, nihil inde præclarius aut præstantius iudicauit, quàm de Rep. bene mereri, ac reliquum uitæ tempus in literis cum uirtute ac laude uiuere. Cuius rei grauißimi testes sunt tot labores ac sudores ab eo susceptι, & præclara monimenta literarum quæ reliquit. Scripsit enim doctißimos commentarios in partitiones oratorias Ciceronis, in oratorem ad Brutum, in tres libros de oratore ad Q. Fratrem, & in epistolam ad Octauium: cõscripsit præter hæc libros duos de electione & oratoriæ collocatione uerborũ, seu de numeris oratorijs. De græcis autem hæc conuertit, Oeconomica Aristotelis & Xenophõtis: adhæc eiusdem Aristotelis politica, reliquos eius authoris libros interpretaturus, si Deus Opt. Max. cõcessisset. Nam cum uideret uir disertißimus, omnem ubertatem & syluam dicendi ductã esse à philosophis, maximè Peripateticis, quibus nihil uberius, nihil eruditius, nihil grauius: ac inter eos Aristotelem longè omnibus præstantem ingenio, qui & adolescentes non ad philosophorũ morem tenuiter differendi, sed ad copiã rhetorum in utranq; partem exercuisset, ac se in eodem studio ætatem cõsumpsisse, hunc sibi potius authorem imitandum ac interpretandũ duxit. Sed quemadmodum mors immatura eum rapuit, quæ omnes eius conatus studiaq; interrupit: ita is eam philosophiæ partem (quæ, ut Cicero ait, per omnes sapientiæ partes manat & funditur, quæ rem definit, genera dispartit, sequentia adiungit, perfecta concludit, uera & falsa iudicat, differendi ratio & scientia dicitur, ex qua cum summa utilitas existit ad res ponderandas, tum maximè ingenua delectatio, & digna sapientia) immaturam ac imperfectam nobis reliquit. Cuius desyderium cum diutius uos ferre non posse uideremus, ac propè quotidiano conuitio efflagitare, prudentißimorum ac doctißimorum amicorum consilio & opera adiuti emisimus. Itaque per uestram humanitatem uos obsecro, obtestorque, ut siquid in scriptis interpretis inchoatum & tantum informatum occurrat, id ne eius famæ fraudi sit. Nam absoluturus (ait ille) si licuisset erat. Valete & boni consulite.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

# CAPITA INSTIT. PORPH.


Præfatio Cap. 1
De genere. 2.
De ſpecie. 3.
De differentia. 4.
De proprio. 5.
De accidente. 6.
De communitatibus differentijsque quinq; uocum. 7.
De generis & differentiæ communitatibus. 8.
De diſcrimine generis & differentiæ. 9.
De generis & formæ communitate. 10.
Quid genus & ſpecies inter ſe differant. 11.
De generis & proprij communitatibus. 12.
De generis & proprij differentia. 13.
De communitate generis & accidentis. 14.
Inter genus & accidens quid interſit. 15.
Inter ſpeciẽ & differẽtiã quid cõueniat, quid interſit. 16.
Inter differentiam & proprium quid cõueniat, & quid interſit. 17.
Inter differentiam & accidens quid conueniat, & quid interſit. 18.
Inter ſpeciem & proprium quæ cõmunitas, & quæ differentia. 19.
De cõmunitate & differentia formæ & accidentis. 20.
De communitate differentiáq; proprij & accidẽtis. 21.
Quid ea differant inter ſe. 22.


© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

# INSTITVTIO PORPHYRIANA.

## CAPVT I.



VVM sit necesse Chrysaori ad eam quæ ab Aristotele tradita est categoriarũ doctrinam, nosse quid sit genus, quid differẽtia, quid species, quid propriũ, quid accidẽs: quũ q; sit utilis horũ cognitio & ad definitiones exprimendas, & maxime ad ea quæ de diuisione atq; demonstratione tradũtur, ego tibi uiã rationemq; cõpendiariã patefaciens, conabor eorũ more qui rudiores elementa prima docent, paucis ea quæ priores tradiderunt, explicare, altiores omittens quæstiones, rudiores autẽ rationibus tuis pares animo persequens. Iam initio illud de generibus formisq;, utrum per se sint, an in solis mẽtibus puris tenuibusq; sita sint: corpora ne sint per se constantia, an nullo corpore prædita: & utrum separata, an in rebus ijs quæ sensu percipiũtur, posita, & in his cõsistãt, nõ disputabo, propterea q altius est hoc negociũ, & alia maiore indagatione perquirẽdũ. Hoc uero ut de generibus his & formis, & tribus ijs quæ proposui, ueteres maxime peripatetici propius institutũ dialecticorũ disputarint, nũc ostendere tibi conabor. De genere. 2.

NON uno dici modo neq; genus, neq; species uidetur. Genus enim dicitur omnis eorũ multitudo qui ad unũ quidã & inter se quodã modo sunt affecti. Qua significatione dicitur Heraclidarũ genus ex habitu & cõparatione quadã ab uno ducta. Habitũ dico Herculis atq; multitudinis eorũ qui iter se affecti quodãmodo, duxerũt ab eo propinquitatẽ, uocarũtq; sic gentẽ suã, ut ab alijs generibus discerneretur. Dicitur & alio modo genus, uniuscuiusque ortus principiũ, siue ab eo qui genuit, siue ab eo loco in quo quis ortus est. Sic



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

enim dicimus Oresten à Tantalo, Hylum ab Hercule duxisse genus, ac etiam Pindarum genere esse Thebanum, Platonem Atheniensem. Etenim patria cuiusq; hominis ortus principium quoddam est, quemadmodum & pater. Hæc autem facilis & obuia significatio est. Nam dicuntur Heraclidæ qui ab Herculis genere ducuntur: Cecropidæ à Cecrope oriundi, & horum propinqui. Ac primum dictum genus est ortus uniuscuiusq; principium: deinde multitudo ab uno principio ducta, ut Hercule: quam segregantes, ab alijsq; generibus separantes, uniuersam familiam dicebamus Heraclidarum genus. Alio modo genus dicitur, cui subijcitur species, ducta fortasse similitudine ex ijs generibus quæ diximus. Nam genus eiusmodi, principium quoddam est eorum quæ subiecta sunt ei, uideturq; omnem sibi subiectam multitudinem cotinere. Quum tribus modis genus dicatur, de genere tertio Philosophi mentionem faciunt, qd descripserunt declararuntq;, dicentes genus esse quod de pluribus, ijsq; specie differentibus enunciatur, quum quid res sit, quæritur, ut animal. Ex ijs porro quæ de alijs enunciantur, alia de uno ex omnibus dicuntur, ut indiuidua, ut Socrates, hic, hoc. Alia de pluribus, ut genera, species, differentiæ, propria, accidentia communiter multis non uni proprie. Est autem genus ut animal: species ut homo: differentia ut rationis particeps: proprium ut ridendi compos: accidens ut album, nigrum, sedere. Genera differunt ab ijs quæ de uno tantummodo dicuntur, q illa de pluribus enunciantur, atq; adeo ab ijs quæ de pluribus dicuntur formis: quia tametsi species de pluribus enunciatur, non tamen de specie differentibus, sed numero. Homo formæ nomen de Socrate & Platone dicitur, qui nequaquam specie, sed numero differunt. Animal autem generis nomen de homine, de boue, de equo enunciatur: qui non solum numero, uerumetiam specie inter se differunt. Inter genus & proprium hoc interest, q proprium de specie una tantum cuius est

pro-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

propriũ,deq; indiuiduis formæ ſubiectis dicitur,ut ridẽdi cõpos de homine ſolo,deq; ſingulis hominibus enũciatur. Genus nõ de una modò ſpecie,ſed de pluribus,ijſq; differẽtibus. A differẽtia uero, & accidẽtibus cõmuniter differt genus: quia tametſi de pluribus ſpecie differẽtibus enũciãtur differẽtiæ & cõmuniter accidẽtia, tamẽ nõ tum quũ quid res ſit, ſed qualis ſit quæritur. Nã ſi qui rogarint, quid ſit illud de quo dicũtur iſta,genus nõ differentias & accidẽtia referimus:nõ enim de ſubiecto enũciãtur,quũ quid res ſit,ſed potius qualis ſit quæritur.Nã ſi quæritur, homo qualis ſit,dicimus rationis eſſe participẽ:rogati qualiſnã ſit coruus,reſpondemus eſſe nigrũ.Eſt autẽ ratiõis particeps differẽtia,nigrũ uero accidẽs.Si rogati ſimus quid ſit homo, reſpõdemus animal,quia genus eſt animal quo cõtinetur homo.~~Genus igitur quia de pluribus enũciatur~~, differt ab indiuiduis quæ de uno tãtũmodo dicũtur. Quia uero de ſpecie differẽtibus enũciatur,diſtinguitur ab ijs quæ dicũtur ut ſpecies & propria. Quod autẽ refertur ad quæſtionẽ quid ſit,diſtinguitur à differẽtijs & cõmuniter accidẽtibus, quæ nõ ad quæſtionẽ quid ſit,ſed quale aut quomodo affectũ ſit,pertinẽt, quũ de quaq; re ſubiecta enunciantur. Nihil igitur nimiũ,nihil parũ deſinitio notionis expoſita generis continet. De ſpecie. 3.

SPECIES ~~autẽ de cuiuſq; forma dicitur~~, ex quo illud eſt dictũ: Primũ,ei digna ſpecies regno data eſt. ~~Dicitur etiam ſpecies quod definito generi ſubijcitur~~, qua ſignificatione hominẽ animantis ſpeciẽ dicere ſolemus, quum ſit genus animal,candorẽ ſpeciẽ coloris,triangulũ figuræ. Quod ſi genus definiẽtes mentionẽ formæ fecimus, diximúſq; genus eſſe quod de multis ijſq; ſpecie differentibus enũciatur, quũ quidnã ſit res quæritur,nunc autẽ ſpeciẽ dicimus quæ generi definito ſubijcitur: tenẽdum eſt quoniã genus alicuius eſt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

genus, ac ſpecies alicuius ſpecies, & alterius utrunque, neceſſario utendum fuiſſe in utriuſque definitione nominibus utriuſque. Definiũt & hoc modo ſpeciẽ: Species eſt quæ generi ſubijcitur, de qua dicitur genus ubi quæritur quid res ſit. atq; etiã declarant hoc modo: Species eſt quæ de multis numero differentibus enũciatur, quãdo quid quidq; ſit, quæritur. Hæc autem definitio erit ultimæ formæ, quæ tantũmodo forma eſt, non etiã genus: aliæ pertinebunt & ad formas nõ ultimas. Planũ fiet id quod dicimus hoc modo: In unaquaque categoria ſunt aliqua genera ſumma, aliquæ rurſum ſpecies imæ. Inter ſumma & ima ſunt alia quæ eadẽ genera dicuntur atq; ſpecies. Summum genus eſt, quod aliud nullum tranſcendit. Ima ſpecies, citra quã nulla deuenit forma. Inter ſummũ genus & imã ſpeciẽ, ſunt alia quæ eadẽ & genera ſunt & ſpecies, ad aliud nimirũ & aliud relata. In una categoria id quale ſit explicemus. Subſtantia quidẽ ipſa genus eſt, infra quam, corpus: infra quod, animatum corpus: infra quod, animal: infra animal, eſt animal rationis particeps: deinde homo, tandẽ Socrates, Plato, & homines ſinguli. Porro autẽ ex his ſummũ genus eſt, ac tantũ genus ſubſtãtia: homo uero ſpecies ima, ſolúmq; ſpecies. Corpus ſpecies eſt ſubſtantiæ, & genus corporis animati. Corpus animatũ, ſpecies eſt corporis, & genus animalis. Animal ſpecies corporis animati, genus animalis ratione præditi. Animal ratione præditũ, ſpecies animalis, genus hominis. Homo ſpecies animalis ratione præditi, ac tãtũ ſpecies, nõ etiã genus hoĩm ſingulorũ. Atq; id omne quod ante res ſingulas proxime enũciatur, ſolũ ſpecies erit nõ etiã genus. Vt enim ſubſtãtia ſummo in loco ſita, genus eſt ſummũ, quia aliud nullũ antecedit: ſic hõ propterea q̃ ſpecies eſt, infra quã nec eſt alia, nec aliquid quod in ſpecies diuidi poſſit, ſed indiuidua ſubſunt, indiuiduũ eſt enim

Socrates

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Socrates, Plato, hoc cãdidũ, ſpecies erit ſolũ, & ultima, ac (ut dicebamus) ima forma. Intermedia quæ ſunt, ſpecies erunt ſuperiorũ, & inferiorũ genera. Hæc igitur duobus modis affecta ſunt, & ad antecedentia, & ad cõſequentia: ad illa ſpectant ut ſpecies, ad hæc ut genera. Extremorũ unus eſt habitus. Nam ſummum genus cum ſit omniũ ſupremum, intuetur ea quæ ſubijciũtur ipſi. Ea uerò quæ ſunt eo priora, quia extremum eſt primúmque principium, ac (uti dicebamus) quod aliud nullum tranſcendit, non intuetur. Ima ſpecies inclinat unam in partem, nempe ad antecedentia, quorũ ſpecies eſt: ad cõſequẽtia iudiuidua nõ inclinat cõparatione diuerſa. . at indiuiduorũ ſpecies appellatur. Sane ſpecies dicitur indiuiduorũ, propterea q̃ ea cõplectitur: ſpecies rurſum generũ ſuperiorũ, q̃ ab eis continetur. Definiunt igitur ſummũ genus hoc modo, quod cũ genus ſit, nõ eſt ſpecies: ac iterũ, quod nõ aliud tranſcendat genus. Imã uerò formã ſic, quæ cum forma ſit, nõ eſt genus: & ſic, quæ cũ forma ſit, in ſpecies diſtribuere non poſſimus: præterea hoc modo, quæ de multis ijſq; numero differentibus dicitur, cũ quid res ſit, quæritur. Quæ media ſunt inter extrema, uocãt ἐπάλληλα, hoc eſt ſpecies & genera alternãtia, ſiue alternis uariãtia, ac eorũ ſingula & genera & ſpecies ſtatuũt ad aliud nimirũ & aliud relata. Quæ à nouiſſimis formis aſcẽdunt uſq; ad ſummũ genus, ea genera dicuntur & ſpecies, alternantq; ſic, ut Agamẽnon ſi referatur ad Atreum, ad Pelopem, ad Tantalũ, & tandẽ ad Iouem. Sed in ordine familiarũ deſcribendo, referũt ſtirpem ad unum, uerbi gratia Iouem, qui fere ſemper ſtatuitur principiũ. In generibus formiſq; nõ eſt eadẽ ratio. Non enim eſt omniũ cõmune genus, ὃ ὄν, quod nõnulli ens uocant, nec omnia ſunt generis*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eiusdē ad unū summū genus relata, sicuti docet Aristoteles. At statuātur, ut ī Categoriis decē genera prima, uelut prima decē principia. Si quis omnia uocet ὄντα, & ut quidā loquuntur, entia, nomine quidē cōmuni, inquit, sed ratione diuersa, nō eodē uerbo, eademq; ratione appellabit. Nā si omnium cōmune genus esset τὸ ὄν, eodem nomine, eademq; ratione omnia dicerentur. Cū uerò prima genera sint numero decē, nomine solum copulātur, nō item ratione quæ nomini respōdeat. Genera suprema, decē. Species imæ numerari possūt, propterea q̄ infinitæ nō sunt. Singulæ res, quæ ꝓxime formis subiiciūtur, infinitæ sunt, nulloq; numero cōprehēsæ. Quapropter eos qui à generibus summis ad species nouissimas descēdissent, Plato cōsistere iubebat: uolebatq; sic eos per intermedia descendere, ut ea differētijs speciem efficiētibus diuiderēt. Quæ infinita sunt ut relinquamus, admonet: propterea q̄ eorū nulla est ratio arte cōprehensa. Qui deueniūt igitur ad species imas, eos per genera multa delabi partiēdo necesse est: qui uerò subeūt ad genera suprema, ijs in unū multitudo cogenda. Nam forma res est quæ multa in unam cogit naturā, atque etiam genus id facit & copiosius. Partes autē & singulæ res contra unum in multa partiūtur. Nam cōmunione substātiæ speciei, multi homines, unus: partium singularumq; rerum distributione, homo unus & cōmunis, plures. cuiq; partiuis est diuidendi: notioni autē cōmuni uis colligendi, unumq; faciendi. Cum definitum sit quæ sit utriusq; notio generis & formæ, cumq; genus unū, species multæ, quia diuisio generis semper in multa distribuitur, quid de quo dicatur, uidendū est. Genus de forma semp dicitur, & de inferioribus omnia superiora. Species neq; de genere suo ꝓximo, neq; de superioribus. Nec enim

enim uelut par ex aduerſo reſpõdet. Debent autẽ de paribus paria dici, ut de equo hinniendi cõpos: aut de minoribus maiora, ut de homine dicitur animal, nõ etiam de maioribus minora. Nõ enim iam ut hominẽ dixeris eſſe animal, ita dixeris animal eſſe hominẽ. De quibus autẽ ſpecies enunciatur, de ijs genus eius neceſſario dicetur, ac ſuperius eo genere genus, quoad peruẽtũ ſit ad ſummũ. Nã ſi iſtuc uere dicitur, Socratẽ eſſe hominẽ, hominẽ eſſe animal, animal eſſe ſubſtãtiã: idquoq; uere dicetur, Socratẽ eſſe animal atq; ſubſtantiã. Nã cũ ſemp de inferioribus ſuperiora dicãtur: de ĩdiuiduo ſpecies enũciabitur: genus & de ſpecie & de indiuiduo: Genus ſummũ & de genere, aut de generibus, ſi plura ſint intermedia & alternãtia, & de ſpecie, & de unaquaq; parte. Genus enĩ ſummũ dicitur & de generibus omnibus ei ſubiectis, & formis, & indiuiduis. Genus ultimæ formæ ꝓximũ, de formis omnibus ultimis, indiuiduiſq;. Ea quæ nihil aliud q̃ ſpecies eſt, de indiuiduis omnibus. Indiuiduũ de una partiũ tãtũ: ĩdiuiduũ autẽ dicitur Socrates, hoc candidũ, hic qui uenit Sophroniſci filius, ſi unus ei ſit filius Socrates. Eiuſmodi q̃ ſunt, dicũtur indiuidua, q̃ ex ijs ꝓprietatibus unũquodq; cõſtat, quorũ uis omnis eadẽ in alio nunquã reperiri poſſit. Etenim proprietates Socratis in alio quopiã hominũ ſingulorũ eædem eſſe nõ poſſũt. At uerò proprietates hominis (cõmunem hominẽ dico) eadẽ eſſe poſſunt in multis, aut potius in ſingulis omnibus, qua ratione ſunt homines. Indiuiduũ ſpecie, ſpecies genere cõtinetur: quia genus eſt uniuerſum quiddã: indiuiduũ pars: ſpecies, & aliquid uniuerſum, & particula. At pars eſt alterius, totum uero non alterius, ſed in alijs. Eſt enim in partibus totum. Quid ſummũ genus, quid ima ſpecies, quæ eadem gene-



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ra ac ſpecies, quæq; ſint indiuidua, quotque modis tum genus tum ſpecies dicatur, expoſui.* De differentia. 4.

DIFFERENTIAM *& communiter, & proprie, maximeq; proprie dicito. Nam res à re differre cõmuniter dicitur, quæ aliqua uarietate aut à ſe ipſa, aut ab alia quouis modo diſſidet. Differt enim Socrates à Platone diſſimilitudine quadã, & à ſe ipſe differt puero uir factus: atque agens aliquid mutatus eſt ab eo qui quieſcebat, ac ſemper uideas aliter affici, atque uariare. Proprie autẽ res à re differt, cum diſtinguitur ab ea qualitate non ſeparabili, qualis eſt cæſius color, adũca forma naſi, aut cicatrix quæ ex uulnere obduruit. Summa proprietate aliud ab alio diſtinguitur, cum ab eo ſecernitur ea quæ efficiens eſt ſpeciei differẽtia, ut ab equo ſeparatus eſt homo differentia qua ſpecies efficitur, nempe rationis qualitate. Omnis ergo differentia communiter cum adeſt, rem uariã facit: ſed quæ cõmuniter propriéq; dicũtur, aliquid diuerſum: quæ maxime proprie, aliud efficiunt. Quæ efficiunt aliud, efficientes ſpeciei nominatæ ſunt: quæ uariũ quiddam non aliud, differentiæ dictæ ſine ulla adiunctione. Differentia rationis addita ad animal, aliã cõſtituit formã: differẽtia motus, tantum id effecit diuerſum quod mouetur, atq; mutauit ab eo quod quieſcebat. Illa igitur aliam ſpeciẽ, hæc modo diuerſum quiddã uariúmq; fecit. Iis porro differentijs quæ efficiunt ſpeciem, diſtribuuntur generũ diuiſiones in formas, atq; definitiones quæ ex genere & differentijs eiuſmodi cõſtant, explicantur. Iis autẽ quæ tantum rem uariam faciunt, exprimuntur ſolum uarietates, & affectæ quodã modo rei mutationes. Atq; mihi rem ex alto repetenti dicendũ, differentiarũ alias ſeparabiles eſſe, alias ſemper cohærentes.*

Nam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Nam moueri, quiescere, ægrotare, ualere, & his affinia, separabilem designant qualitatẽ. Adunca forma nasi, sima nariũ figura, ratio, rationísque uacuitas, qualitates sunt perpetuo cohærentes. Ex ijs quæ separari possunt, aliæ per se rebus insunt, aliæ quodam sortis euentu. Ratio per se inest homini, & mortalitas, atque doctrinæ capessendæ facultas: adũca simáque nasi forma non item per se, sed euentu fortunæ. Quæ per se rei insunt, cum de definitione eius agitur & substantia, adhibentur, & aliam conficiunt speciem. Quæ uerò casu acciderunt, nec ad explicandam substantiam usurpantur, nec aliam faciũt rem, sed uariam atq; diuersam: Illæ nec minuuntur nec augentur: hæ etiam si nequeant segregari, tamen intendi, remittíque possunt. Nec enim genus magis minúsue de eo dicitur, cuius est genus: nec generis differentiæ, quibus diuiditur: illæ quidem sunt quæ definitionem cuiusque rei cõplent. Substantia autem cuiusque una & eadem, nec accessionem patitur, nec decessionem. Habitus uerò nasi uel uncus uel simus, & color quouis modo susceptus, intendi remittiq; potest. Cum igitur tres differentiæ species esse uideantur, & aliæ separabiles sint, aliæ perpetuo cohærentes: ac rursum perpetuo cohærentes aliæ inhereant per se, aliæ temeritate fortunæ: differentiæ quæ ipsæ per se rebus insunt, nonnullæ ualent ad diuidendum genus in species, nonnullæ sunt quibus partita genera rediguntur in species. Vt cum sint hæ per se animantis differentiæ, quibus hoc uel illud animatũ, sentiens, rationis cõpos, rationis expers, mortale dicitur aut immortale, hæ animati corporis sentientísq; differẽtiæ conficiũt animantis substantiã, quia animal est substãtia animata sentiens. Discrimina autẽ mortalitatis & immortalitatis, itemq;*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rationis, & cõtrariæ priuationis ualẽt ad animãtis diuiſionẽ, quia genera in ſpecies per ea diuidimus. Quæ tamẽ differentiæ ualent ad diuidendũ genus, eædem pertinent ad explendã cõſtituendamq; ſpeciem. Nã diuiditur animal poſito rationis & contrariæ priuationis diſcrimine. ac rurſum mortalitatis immortalitatiſq;. Sed differẽtiæ rationis & mortalitatis explent hominis definitionem: rationis & immortalitatis finitionẽ Dei: mortalitatis nullius q; rationis, eam quæ eſt beſtiarum. Sic & ſubſtantiã ſummã, cum diuidãt aliquæ differẽtiæ, ita ut alia ſit animata, alia inanima: alia ſentiens, alia nõ ſentiens: differentia hæc, animata ſentiens, addita ad ſubſtantiã effecit animal: hæc uero, animata nõ ſentiens, ſtirpem. Quod igitur eadẽ quodãmodo ſumptæ cõficiunt ſpeciẽ, & quodãmodo uſurpatæ diuidũt genus, omnes dictæ ſunt ſpeciei effectrices. Harum quidẽ uſus eſt potiſſimũ ad generũ diuiſiones & ad definitiones, nõ itẽ earũ quæ fortuito rebus accidũt ac ſeparari nequeũt, nec etiã maior uſus ſeparabiliũ qualitatũ. Qui priores illas definiunt, ſic explicant: Differẽtia eſt cuius acceſſione plus habet ſpecies q̃ genus. Homo enim locupletior eſt, q̃ animal, quia ratione & mortalitate definitur, nõ animal. At uerò ſpecies unde differentias accipiet? Nõ enim genus omnes habet cõtrarias, quoniã hoc modo genus idẽ ſimul habebit cõtrarias formas. Sed (uti cenſent) habet in poteſtate differentias omneis ſibi ſubiectas, in uſu præſenti nullã. Hoc modo neq; ex nihilo fit aliquid, neq; in eodẽ contraria reperientur. Differentiã maxime propriã definiunt & hoc modo: Differẽtia eſt, quæ de multis ijſq; ſpecie differẽtibus cũ quale quicq; ſit, quæritur. Nã rationis particeps & mortalis homo dicitur, cũ declaratur qualis ſit, nõ quæ res ſit homo. Cũ de

nobis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nobis quæritur, homo quid sit, accõmodate dicimus animal: si quis roget nos, quale sit animal, apte respõdebimus esse cõpos rationis atq; mortale. Vt enim res ex materia formaque constant, aut ex ijs quæ pari cõparatione materiæ formæq; respõdent, quẽadmodũ statua ex ære materia, ex figura uelut specie: sic homo cõmunis, id est species humana constat ex genere quod cum materia cõparatur, & ex differẽtia cui cum forma proportio quædã est. Tota res autẽ hæc est, homo animal rationis cõpos atq; mortale, ut statua in illa artis extructione. Describunt etiã hoc modo: Differentia est quæ suapte natura distribuere potest ea quæ sunt eidẽ generi subiecta. Etenĩ ratio cõtrariaq; priuatio secernũt hominẽ & equũ uni eidemq; generi, nẽpe animali subiectos. Definiunt etiã hoc modo: Differentia est, id quo res singulæ distinguũtur. Homo & equus genere distincti nõ sunt, quia nos & equi sumus animãtes, sed addita ratio, nos ab eis separauit. Rationẽ habemus nos & angeli, sed apposita mortalitatis differẽtia, nos ab illis segregauit. Qui differentiæ perquirẽdæ diligentius operã dant, hoc aiũt, nõ quicquid diuidit ea quæ sunt eidẽ generi subiecta, differẽtiã esse, sed quod ualet ad explicandã substãtiã, & ad definiẽdũ quid res sit, reiq; pars est. Nõ enĩ hominis est differentia nauigãdi cõpos, tametsi ppriũ est eius. Dicamus licet animãtiũ quædã ad nauigãdũ esse idonea, quædã nõ esse, ab alijs hominẽ separãtes, sed facultas nauigãdi nõ explet substãtiã, neq; pars eius est, sed idonea tãtũ & apta quædã uis est substantiæ, quãdoquidẽ nõ est talis, quales differẽtiæ, quæ speciei effectrices nominãtur. Habeãtur ergo differentiæ speciei effectrices, quæ aliã efficiunt speciem, quæque tum adhibentur, cum quid res sit, explicatur. De differentia satis multa.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

De proprio. 5.

PROPRIVM diuidũt quadripartito. Nam quod uni tantũ formæ, quãuis nequaquã toti accidit, propriũ dicunt, ut homini exercere medicinã uel geometriã: & quod formæ toti, quãuis haud soli cõuenit, ut homini bipedẽ esse: quódque soli ac toti, uerũ certo tẽpore, ut omni homini in senectute canescere. Quartũ est in quod cõcurrerũt hæc omnia, ut soli, toti, semperq; cõueniat, ut homini ridẽdi facultas. Etsi enim is nõ ridet semper: tamen ridendi cõpos dicitur, nõ quia ridet omni tẽpore, sed quia semper aptus est ad ridendũ. Hoc ei semper ita naturale & insitum est, ut equo hinniendi facultas. Hæc autẽ uere propria esse dicunt, quoniam reciprocantur. Nam si quid est equus, illud hinnire potest: si quid hinnire potest, id equus est. De accidente. 6.

ACCIDENS est quod adest & abest sine rei subiectæ demolitione. Diuiditur bipartito: aliud est separabile, aliud semper cohærens. Dormire enim separabilis est qualitas: nigrum esse sic accidit coruo & æthiopi, ut nequeat separari. Verum coruus albus animo conceipi, & æthiops abiecto colore potest sine rei subiectæ demolitione. Sed & hoc modo Dialectici definiunt: Accidens est, quod eidẽ inesse potest, & non inesse: & quod neq; genus est, neq; differẽtia, neq; species, neque propriũ, ac in re subiecta semper inhæret. Omnibus ijs expositis quæ proposita fuerãt, genere, specie, differẽtia, pprio, accidente, dicendũ quæ sint eorum cõmunia, & quæ propria.

De cõmunitatibus differentijsque quinq; uocum. 7.

OMNIVM id est cõmune, sicuti diximus, de pluribus dici: sed genus de formis subiectis & indiuiduis: & item differentiã: Speciem de suis partibus: Propriũ de specie cuius est pro-

propriũ,ac de ſubiectæ formæ partibus: Accidẽs de formis ac indiuiduis. Animal enim de equo & de boue,quæ ſpecies ſũt, dicitur,ac de ſingulis bobus & equis,ut hoc & illo. Rationis expers de boue & equo,deq; partibus. Species quidẽ certe,ut homo,de partibus tantũ enũciatur. At propriũ & ea de ſpecie cuius eſt,& de partibus eiuſdẽ,ut ridẽdi cõpos & de homine,& de ſingulis hominibus: nigrũ de ſpecie coruorũ,ſingulíſq; coruis, cum ſit qualitas haudquaq; ſeparabilis. Moueri quod accidẽs eſt ſeparabile,de homine & equo,ſed præcipue de indiuiduis,altero loco de ijs quibus indiuidua cõtinentur.

De generis & differentiæ cõmunitatibus. 8.

GENERIS & differentiæ cõmunis eſt formarũ comprehẽſio. Cõprehendit enim ſpecies differẽtia,& ſi nõ omnes quas genera. Nã rationis particeps tametſi beſtias quæ rationis expertes ſunt,nõ ita cõtinet,ut animal: tamen angelũ complectitur atq; hominẽ,quæ formæ ſunt ac ſpecies. Quæ de genere quia genus eſt,dicũtur,ea de formis ſubiectis enũciãtur. Quæ de differẽtia qua ratione differẽtia eſt,ea de ſpecie quæ oritur ex illa,dicẽtur. Subſtãtia de animali ut de genere dicitur,itemq; animata ſubſtãtia atq; ſentiens. Hæc quoq; de formis animãtis,quoad peruentũ ſit ad partes ſingulas,enũciantur. Cumq; differẽtia ſit,rationis cõpos,de ea qua ratione differentia eſt,enunciatur res utens ratione: nec ſolum de ea,ſed etiã de inferioribus formis. Id etiã cõmune,q̃ genere aut differẽtia ſublata,tollũtur omnia ſubiecta. Vt enim ſi nõ ſit animal,nec eſt equus,nec homo: ita ſi nõ ſit res prædita ratione, nullum erit animal quod utatur ratione.

De diſcrimine generis & differentiæ. 9.

PROPRIVM generis eſt de pluribus enũciariq; di-



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

catur differẽtia, ſpecies, propriũ, & accidẽs. Animal enim dicitur de homine, equo, aue, ſerpẽte: Quadrupes de ijs ſolũ quæ pedes quatuor habẽt: Homo de ſolis indiuiduis: Hinniendi cõpos de equo ſolo, ac de partibus. Itemq; Accidẽs de paucioribus enũciatur q̃ genus. Sumendæ autẽ differẽtiæ quibus diuiditur genus, nõ eæ quæ ſubſtantiã generis cõplent. Adde q̃ genus differentiã ui ſua cõtinet, quia animal aliud habet rationẽ, aliud non habet. Differentiæ uerò genera nõ cõtinent. Præterea genera ſubiectis differentijs priora: quapropter eas tollunt, non tollũtur ab eis. Animali ſublato, ſimul interit & quod rationis particeps, et quod illius expers. Differẽtiæ nequaq̃ tollũt genus. Nã ut omnes ſublatæ fuerint, tamẽ ſubſtãtia animata ſentiẽs, hoc eſt animal, animo cõcipitur. Atq; etiã genus dicitur cum quid res ſit: differẽtia, cũ quale aliquid ſit, quæritur: ut ſupra demonſtratũ eſt. Adhoc, unũ genus eſt in quaq; forma, ut hominis genus, animal: differentiæ plures, ut rationis particeps, ut mortale, ut mẽtis & doctrinæ compos, ſunt differẽtiæ quibus homo à cæteris animãtibus diſtinguitur. Genus cũ materia, differẽtia cũ forma cõparatur. Cũ ſint alia generis atq; differẽtiæ tũ ꝓpria tũ cõmunia, hiſce cõtenti ſumus. De generis & formæ cõmunitate. 10.

GENVS & ſpecies id habẽt cõmune, quod iã diximus, de pluribus enunciari. Sumptã uolo ſpeciem quæ nihil aliud eſt quàm ſpecies, non eam quæ etiam genus eſt, ſi eadem ſit genus & ſpecies. Vtriuſque commune illud eſt, ijs anteponi de quibus enunciatur, & eſſe quiddam uniuerſum.

Quid genus & ſpecies inter ſe differant. 11.

DIFFERVNT autẽ, quia genus cõplectitur formas, nõ formæ genera, quæ cõtinẽtur ipſæ. Nã de pluribus genus q̃ ſpecies

ſpecies enũciatur. Præterea genera debẽt anteponi, atq; differẽtijs quæ ſpeciei ſunt effectrices, informata ſpecies efficere. Inde fit ut priora natura ſint genera, utq; tollãt, nõ ipſa tollantur. Si enim ſpecies eſt, ut ſit genus neceſſe eſt. Si nõ ſit genus, nulla prorſus eſt ſpecies. Genera de ſubiectis formis una ratione dicũtur: nõ item de generibus formæ. Adde q genera plus habent, quia formas ſibi ſubiectas continent. Species plus habẽt q genera, quòd ſuas cõplectuntur differentias: ac tandẽ neq; ſpecies erit ſummũ genus, neq; genus ſpecies ima.

De generis & proprij communitatibus. 12.

GENERIS & proprij cõmune illud eſt, conſequi formas. Nam ſi quid homo eſt, illud animal eſt: & ſi quid homo, ridẽdi cõpos eſt. Hoc quoq; cõmune de formis æque dici genus, atq; propriũ de indiuiduis quæ participant ipſum: quoniam homo & bos tam animal eſt, quàm Anytus & Melitus aptus ad ridendũ. Atque id cõmune eſt, genus de ſuis formis eadem ratione dici, & proprium de ijs, quorũ proprium eſt.

De generis & proprij differentia. 13.

DIFFERVNT autẽ, quia prius eſt genus: poſterius, id quod eſt propriũ. Vt ſit animal neceſſe eſt, anteq̃ diuidatur differẽtijs atq; proprietatibus. Genus de multis formis enunciatur. Propriũ de una forma cuius eſt propriũ. Præterea ꝓpriũ tam de ſpecie q̃ ſpecies de ꝓprio dicitur. Genus de nullo ſic ordine mutato enũciatur. Nõ enim ſi quid animal eſt, homo eſt: nec quia aliquid eſt animal, iccirco ridẽdi facultate præditum eſt. Homo uerò riſus eſt cõpos: cõtra, quod riſus eſt cõpos, homo eſt. Præterea propriũ ineſt in tota ſpecie cuius eſt, & in ea ſola, & omni tẽpore. Genus in tota ſua forma quidem & omni tẽpore, ſed nequaq̃ in una. Adhoc, cũ proprietates tol-



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

luntur, nõ unà secũ genera tollũt. Si uerò genera tollũtur, unà secum tollũt species, in quibus sunt proprietates, quibus sublatis, tolluntur unà proprietates.

De communitate generis & accidentis. 13.

GENERIS & accidentis hoc cõmune est de pluribus dici, sicuti iam demonstratũ est, siue segregari possit accidẽs, siue perpetuo cohæreat. Etenĩ dicimus multa moueri, coruos & æthiopes esse nigros, & ex rebus inanimis multas.

Inter genus & accidens quid interſit. 14.

INTER hæc discrimẽ est: Genus est ante formas: Accidentia posteriora formis. Vt enim proponatur accidens haud separabile, id tamẽ prius est cui accidit, q̃ quod accidit. Quæ genus participãt, æque participãt: Accidẽs non æque, quoniã incrementũ diminutionem q̃ suscipit accidentiũ, non item generũ cõmunicatio. Accidẽtia inhærent singulis in rebus naturã anteuertẽtibus. Genera speciés q̃ natura individuis substantijs priora. Genera de rebus subiectis dicũtur, cũ quid res sit, quæritur: Accidẽtia, cũ agitur de qualitate, aut quomodo quid q̃ sit affectũ. Rogatus enim qualis sit æthiops, dices esse fuscum: aut quonam modo Socrates sit affectus, dices aut ægrotare aut ualere. Genus quatenus ab alijs quatuor differat, explicauimus. Euênit etiã ut unũquodq̃ cæterorũ differret à quatuor. Cũ sint igitur quinq̃, & unũquodq̃ differat à quatuor, quinq̃ quater ducta putes differẽtias omneis efficere uiginti. Nõ ita est. Sed cũ semper posteriora numerẽtur, & duo destituãtur una differentia, quia iam sumpta est, tria duabus, quatuor tribus, quinq̃ quatuor, omnes differẽtiæ sũt decẽ: quatuor, tres, duæ, una. Dictũ est quatenus differat genus à differẽtia, specie, proprio, accidẽte. Quatuor igitur differentiæ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ferẽtiæ. Dictũ quoq; quantũ differẽtia à genere ſeparata ſit, cum declaratũ eſt quantũ genus ab ea diſtet. Quod ſupereſt, dicetur, quatenus differat à ſpecie, pprio, accidẽte. Tria ſunt hæc diſcrimina. Ac rurſum quantũ ſpecies diſtet à differẽtia, tum diximus, cũ quatenus à ſpecie differẽtia diſſentiret, diceremus. Quantũ inter formã & genus interſit, expoſitũ eſt cum diceretur, quonã diſſideret à forma genus. Quod ſupereſt, explicabitur, quantũ interſit inter propriũ & accidẽs. Hæ quidẽ differentiæ duæ. Quatenus ab accidente propriũ differat, hoc ſupererit. Nã quo ſeiũgatur interuallo à ſpecie, differentia, genere, ſupra demonſtratũ eſt, cũ oſtenderetur eorũ inter ſe differentia. Si quatuor ergo generis cũ cæteris cõparati ſumãtur differentiæ, tres uocis tertiæ quæ differẽtia eſt, duæ ſpeciei, una proprij qua diſtinguitur ab accidẽte, erũt omnes decem: quarum quatuor quæ inter genus eſſent ac cætera, in antegrediente oratione demonſtrauimus.

Inter ſpeciẽ & differẽtiã quid cõueniat, & quid interſit. 15.

COMMVNE porro differẽtiæ & formæ parẽ capere partẽ. Nã homines ſinguli æque participãt hominis, atq; rationis quæ differẽtia eſt. Cõmune quoq; eſt, ſemper ijs adeſſe qui ſunt participes. Sẽper enĩ Socrates rationis eſt particeps, & idẽ ſemper homo. Differentiæ propriũ eſt dici, cũ quale ſit aliquid, quæritur: Speciei, cũ quid ſit. Nã quãuis homo quidã qualitate præditus intelligatur, nõ omnino tamẽ eſt qualitas, ſed ut eũ ad genus additæ differẽtiæ reddiderũt. Atq; etiam differẽtia in multis ſæpe formis cernitur, ut quadrupes ĩ animãtibus multis ſpecie differẽtibus. Species in ſolis eſt ſub ca poſitis indiuiduis. Ad hoc differẽtia prior eſt ſpecie ſubiecta. Eteniĩ ſublata ratio tollit hominẽ, nõ homo ſublatus rationẽ,

*ſiue quicquid eſt rationis particeps. Angelus enĩ manet. Adde q̃ una differẽtia cũ alia cõiungitur. Nã ratio cũ mortalitate cõiuncta eſt ut cõſtaret homo. Species cũ ſpecie nõ cõiungitur ut aliam gignat ſpeciem. Equa nonnulla cum aſino coit ad muli procreationem. Equa aſinúſque commixti ſimpliciter ſiue uniuerſe, non poſſent efficere mulum.*

*Inter differentiã & ꝓpriũ quid cõueniat, & qd interſit.* 17

HOC *differentiæ cum ꝓprio cõmune eſt, æquã tribuere partẽ ſuis. Par enim ratio, parq; ridẽdi facultas ijs omnibus, qui ſunt harũ rerũ participes. Vtriuſq; cõmune & ſemper & toti formæ cõuenire. Nã tametſi quod duos habebat pedes mutilatũ fuerit, attamẽ ad naturalẽ facultatẽ refertur hoc quod dicimus, ſemper cõuenire. Homo enim non iccirco riſus particeps dicitur q̃ rideat ſemper, ſed q̃ ſit aptus ad ridendũ: dicimus id ei omni tẽpore cõuenire. Eſt hæc differẽtiæ ꝓprietas de pluribus formis ſæpenumero dici, ut ratione præditũ dicimus hominẽ & angelũ. Propriũ de una ſpecie dicitur ea cuius eſt propriũ. Ac differẽtia cõſequitur ea quæ diſcriminat, nõ tamẽ reciprocatur. Propria dicũtur alternis & ordine mutato de ijs quorum ſunt propria, propterea q̃ reciprocantur.*

*Inter differẽtiã & accidẽs quid cõueniat, & quid ĩterſit.* 18

DIFFERENTIAE *& accidentis hoc cõmune eſt de pluribus dici: hoc quoq; cõmune cum ijs accidẽtibus quæ nequeũt ſegregari, omni tẽpore, totiq; formæ cõuenire. Duos habere pedes ſemper ineſt homini, itemq; coruis omnibus nigro ueſtiri colore. Intereſt aliquid inter hæc, quoniã differẽtia cõtinet formas, nõ continetur ipſa. Nã duæ ſpecies ratione cõtinentur, homo & angelus. Accidentia quodã modo cõtinẽt ac cõtinẽtur. Cõtinẽt, propterea q̃ inſunt multis: cõtinẽtur, quia*

*res*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

res subiectæ nõ unã modo admittũt qualitatẽ, sed etiã plures. Differẽtia intendi remittiq; nõ potest. Accidẽtia crescũt atq; decrescũt. Contrariæ differẽtiæ cõmisceri nõ possunt. Interdũ accidẽtia cõtraria miscere licet. Hæ sunt cõmunitates ꝓprietatésq; differẽtiæ, & aliarũ quatuor uocũ. Species ut à genere differẽtiaq; distet ostẽdimus, cũ diceremus, quantũ genus, quantũ differentia ab alijs dissideret. Quod superest, dicetur quatenus à proprio & accidente dissentiat.

Inter speciẽ & ꝓpriũ quæ cõmunitas, & quæ differẽtia. 19

HOC formæ & proprij cõmune est, alterũ de altero niciſsim dici. Quicquid enim est homo, id ridere potest: quicquid ridere potest, id homo est. Nõ semel hoc dictũ eã ridẽdi rationem, ad naturalẽ facultatẽ referri oportere. Id quoq; cõmune est æque in suis inesse. Species enim æquabiliter insunt ijs quæ participãt illã: propria ijs quorũ sunt ꝓpria. At species à ꝓprio differt, quia species aliorũ genus esse potest: propriũ nõ potest aliorũ esse proprium. Species ante fuit, q̃ propriũ. Proprietas accidit formæ. Ante sit homo necesse est, q̃ sit aptus ad risum. Atq; etiã species reipsa inest in parte subiecta. Propriũ interdũ nõ adest, sed adesse potest. Semper enĩ Socrates reipsa homo est: nõ autẽ semper ridet, quanq̃ semper aptus ad ridendũ. Præterea quorũ uariæ definitiones, ea uaria atq; diuersa. Est autẽ speciei sub genere poni, diciq; de pluribus numero differẽtibus, cum res quid sit, explicatur. Adde similes definitiones. Proprij est uni formæ, & toti, & omni tẽpore cõuenire.

De cõmunitate & differentia formæ & accidentis. 20.

SPECIEI & accidẽtis hoc cõmune est de pluribus dici. Sunt aliæ paucæ cõmunitates, quia distãt inter se plurimũ, quod accidit & id cui accidit. Vtriusq; proprietates quædã, nẽpe formæ de parte sua dici, cũ quid sit quæritur: accidẽtis,

cum quale aliquid sit, aut quomodo sit affectũ, & unãquãq; substantiã formæ unius esse participẽ: accidentiũ uero pluriũ tam separabilium q̃ perpetuo cohærentiũ. Species ante capit animus q̃ accidẽtia, quãuis haud separabilia sint. Vt enim res subiecta sit, necesse est ut illi quid accidat. Accidentiũ ea natura est, ut posteriora nascãtur, & comitẽ habeãt substãtiæ naturã. Cõmunicatio formæ distribuitur æquabiliter, nõ itẽ accidentis, etiamsi nequeat à re segregari. Æthiops enim colorem illum qui est æthiopis, habere possit aut minus aut magis accedentem ad nigrorem. Superest ut de proprio dicamus & accidente, quandoquidem quantum à specie, differentia, genere separatum sit, ostendimus.

De cõmunitate differentiaq; proprij & accidentis. 20.

EST hoc cõmune proprij & accidẽtis eius quod separari nõ potest sic permanere, ut illa in quibus cernũtur, sine his cõstare nõ possint. Vt enim sine facultate ridẽdi nõ cõstat homo, sic æthiops constare nõ possit sine nigrore: utq; toti formæ & omni tẽpore ꝓpriũ cõuenit, ita & accidẽs id quod perpetuo cohæret.

Quid ea differant inter se. 21.

SEGREGATA sunt illa, propterea q̃ proprium uni tantũ formæ cõuenit, ut homini ridẽdi facultas. Accidẽs autẽ semper inhærẽs, ut color niger nõ æthiopi soli adest, sed etiã coruo, carboni, hebeno, & alijs quibusdã. Præterea propriũ & species eius reciprocãtur, æquabiliterq; ordine permutato dicũtur. Accidẽs haud separabile nõ reciprocatur. Propriorum cõmunicatio distribuitur æquabiliter: Accidentiũ maior & minor communio. Aliæ sunt communitates proprietatẽsque eorum quæ diximus, sed hæ satis multæ sunt ad ea distinguenda, & ad communitates exprimendas.

Hic finis institutionis Porphyrianæ.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

# Aristotelis Categoriæ,

AB IACOBO LODOICO STREbæo, à Græco in Latinum conuersæ.

PARISIIS,
Apud Vascosanum, uia Iacobea, ad insigne Fontis.
M.D. XLVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

## Capita quæ continentur hoc libro.


De homonymis. 1.
De ſynonymis. 2.
De paronymis. 3.
De ïjs quæ dicuntur. (.) 4.
De ïjs quæ ſunt. 5.
De ſubſtantia. 6.
De quantitate. 7.
De ïjs quæ referuntur ad aliquid. 8.
De qualitate. 9.
De agendo, patiendo, reliquiſque generibus. 10.
De ïjs quæ ſequũtur categorias, in quibus oppoſitiones. 11.
De contrarïjs. 12.
De priore. 13.
De uerbo quod eſt ſimul. 14.
De motu. 15.
De eo quod eſt habere. (.) 16.


VIS ac ſententia irrogati priuilegij libris de tota diſſerendi ratione à Strebæo conuerſis, explicata eſt in libro Porphyrij de elementis dialecticis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

# ARISTOTELIS CATEGORIAE.

## De Homonymis. 1.



OMONYMA, *id est similiter nominata, dicuntur ea, quorum tantummodo nomen est commune, ratio uerò substantiæ nomine comprehẽsa, diuersa est, ut animal dicitur & quod homo, & quod pictum est: horum modo commune nomen est, ratio substãtiæ quæ continetur hoc nomine, diuersa. Si quis enim declaret utrunque, qua ratione sit animal, propriam reddet utrique rationem.*

## De Synonymis. 2.

SYNONYMA, *hoc est cognominata, dicuntur ea, quorum nomen commune, ratióque substantiæ nomine designata est eadem, ut animal dicitur & homo, & bos. Vterq; nomine cõmuni uocatur animal, ac eadem utriusq; substantiæ ratio. Si quis enim definiat utrunque, quia animal est, eadem utetur definitione.*

## De Paronymis. 3.

PARONYMA, *id est quæ ab alio duxere nomen, dicuntur, quæ ab aliquo differentia, propterea quòd aliter cadunt, ex nomine duxerunt appellationẽ, ut à grammatica grammaticus, à fortitudine fortis.*

## De ijs quæ dicuntur. 4.

EORVM *quæ dicuntur, alia coniunctim efferuntur, alia separatim: hæc quidem coniunctim, homo currit, homo uincit: illa separatim, homo, bos, currit, uincit.*

## De ijs quæ sunt. 5.

EORVM *quæ sunt, alia de subiecto aliquo dicuntur,*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*in ſubiecto nullo inſunt, ut homo de ſubiecto enunciatur aliquo uno homine, nõ ineſt in ullo ſubiecto. Alia ſunt in ſubiecto quidem, ſed de nullo ſubiecto dicuntur. hoc in ſubiecto eſſe dico, quod ineſt alicui non ut pars, ac ſine eo in quo eſt, non poteſt eſſe, ut una aliqua grammatice in ſubiecto eſt animo, de nullo dicitur ſubiecto, & unus aliquis candor eſt in ſubiecto corpore, (omnis enim color in corpore) ſed de ſubiecto nullo dicitur. Alia & de ſubiecto dicũtur, & in ſubiecto ſunt, ut ſciẽtia in ſubiecto eſt animo, déq; ſubiecta grammatica enunciatur. Alia nec hærent in ſubiecto, nec de aliquo dicuntur, ut unus hominũ, aut equorũ. Quicquid eſt eiuſmodi, nec hæret in ſubiecto, nec de ſubiecta re enunciatur. Vt generatim dicam, indiuidua, & ea quæ ſingula ſunt, de nullo ſubiecto enũciantur: ſed in ſubiecto hærere quædã nihil prohibet: una aliqua grãmatice numeratur in ijs quæ adherẽt in re ſubiecta, de nulla dicitur. Cum alterũ de altero uti ſubiecto enũciatur, quæ de ſecundo enũciantur, ea de priore dicentur, ut homo de uno aliquo mortaliũ dicitur, animal de homine: animal igitur de quouis hominũ dicetur. nam quiuis hominum & homo eſt, & animal. Quorum genera ſunt diuerſa, nec ita ex ordine poſita, ut unum ſubijciatur alteri: eorum differentiæ ſpecie differunt, ut animalis & ſcientiæ. Animalis enim differentiæ, terrenum, bipes, uolatile, aquatile: harũ nulla ſcientiæ eſt. non enim ſcientia differt à ſcientia, quia ſit bipes. Generum uerò ex ordine poſitorum nihil prohibet eaſdem eſſe differentias, quia ſuperiora de ſubiectis enunciantur. Itaque differentiæ quotquot ſunt eius quod de alio dicitur, tot erunt eius quod ſubijcitur. Eorum quæ ſeparatim dicuntur, unumquodq; aut ſubſtantiam ſignificat, aut quantitatem,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*titatem, aut qualitatem, aut quod ad aliquid referendum sit, aut locum, aut tempus, aut situm, aut habitum, aut actionem, aut patiendi affectionem. Est autem substantia (utar pingui minerua) ut homo, equus. Quantitas, ut longũ duos cubitos, longum treis cubitos. Qualitas, ut album, grammaticum. Ad aliquid relatum, ut duplum, dimidiũ, maius: Locus, ut in foro, in Lyceo. Tempus, ut heri, anno superiore. Situs, ut iacet, sedet. Habitus, ut calceatus, armatus. Actio, ut secare, urere. Patiendi affectio, ut secari, uri. Ex ijs quæ diximus, nullum per se uel affirmando dicitur, uel negando. Eorum est affirmatio uel negatio, quæ connectuntur inter se. Omnis enim affirmatio uel negatio, aut uera est, aut falsa. Eorum uerò quæ separatim dicuntur, nihil est uerum aut falsum, ut homo, album, currit, uincit.*

## De Substantia. 6.

SVBSTANTIA, *cui optimo iure ac primum maximéque tribuitur hoc nomen, ea est, quæ neque de subiecto ullo dicitur, nec est in ulla re subiecta, ut aliquis hominũ aut equorum. Secundæ substantiæ dicuntur tam species in quibus insunt illæ substantiæ, quæ primùm hoc nomine donantur, quàm earum genera, ut unus hominum continetur homine cõmuni, cuius formæ genus est animal. Substantiæ igitur hæ dicuntur secundæ, homo & animal. Ex ijs quæ diximus, perspicuum est, eorum quæ de subiecto dicuntur, necesse esse & nomen, & rationem, definitionémq; de subiecto enunciari, ut homo dicitur de uno aliquo homine subiecto, dicitur & nomen. Nam mortalium quempiam dices hominem: sed & hominis ratio de uno aliquo dicetur: est enim quiuis hominum, & homo & animal. Nomen igitur atque ratio de*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſubiecto efferetur. Eorũ quæ hærent in ſubiecto, magna pars eſt, in qua neque nomen, neque ratio de ſubiecto enunciatur. In quibuſdam nihil prohibet nomen interdum de ſubiecto dici, ratio uerò haudquaquã dici poteſt, ut album cum inſit corpori, de eo dicitur, (dicimus enim corpus album) illius ratio de corpore nunquam dicetur. Cætera omnia aut de primis ſubſtantijs ſub ſe poſitis enunciantur, aut in his quaſi fundamentis ſita ſunt. Hoc planum fit ex ijs quæ ſingula proponuntur, ut animal de homine dicitur: ergo de homine quopiã dicetur, quia ſi de nullo mortalium, nec uniuerſe de homine. Porrò autem color eſt in corpore, eſt igitur aliquo uno in corpore, quoniam ſi non eſt in aliquo uno, neque in genere uniuerſo. Igitur omnia reliqua aut de ſubſtantijs primis ſub ſe poſitis enunciãtur, aut in his quaſi fundamentis ſita ſunt. Si igitur nullæ ſint ſubſtantiæ primæ, fieri non poteſt, ut aliæ ſint. Ex ſubſtantijs ſecundis dicenda magis ſubſtantia ſpecies, quàm genus. Nam ſi quis explicet primam ſubſtantiã, quídque ſit declaret, apertius propiúſq; declarabit, ſi formã potius, quàm genus uſurpet, ut ſi quis docere uelit, qui ſit hic aut ille, apertius explicabit, ſi hominem dicat eſſe, quàm ſi animal. Hæc enim propria magis eſt cuiuſq; natura, illa animantis communior. Atque etiam ſi quis exponat quid ſit una aliqua arbor, explicatius dixerit arborem eſſe quàm ſtirpem. Ac propterea quòd ſubſtantiæ primæ cæteris omnibus ſubiectæ ſunt, cæteraq; omnia aut de eis dicuntur, aut in eis ſunt, ea cauſa maxima, cur primæ nominentur. Qualis autẽ ratio primarum ſubſtantiarum, ſi cum reliquis cõparentur, talis eſt formæ, ſi cum genere comparetur. Species enim ſubiecta generi. Genera de formis enunciantur. Formæ non ita de generibus*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ribus dicuntur, ut ea quæ reciprocantur. Ex his efficitur, ſpeciem magis eſſe ſubſtantiam, quàm genus. Ex ijs formis quæ genera non ſunt, nulla magis eſt ſubſtantia, quàm altera. Si quis enim explicandi cauſa unum aliquem mortalium hominem eſſe dicat, non propius accedet ad ſubſtantiam, quàm ſi ex equis unum quempiã dixerit equum. Haud aliter in ſubſtantijs primis non alia magis per ſe conſtat, quàm alia quæuis. Non enim magis per ſe conſtat aliquis hominum, quàm boum. Atque adeo ſpecies & genera, poſt ſubſtãtias primas, ſola alterum iure obtinent locum, quia inter ea quæ de alijs efferuntur, hæc potiſſimum primam declarant ſubſtantiam. Si quis enim docere uelit, quid ſit aliquis noſtrum, magis erit familiaris explicatio, ſi ſpecie utatur, quàm genere, ac apertius hominem dixerit, quàm animal: quicquid aliud ad explicandum afferet, id erit alienum, ut ſi dicat eum eſſe candidum, aut currere, aut ſi quid aliud eiuſmodi proferat. Iure igitur ſpecies & genera non alia ulla dicuntur in ſubſtantijs. Adde quòd ſubſtantiæ primæ, quia cæteris omnibus ſubijciuntur, ac cætera omnia de eis dicuntur, aut hærent in illis, principes eſſe dicuntur. Qualis autem comparatio primarũ ſubſtantiarum cum reliquis omnibus, talis generum formarúmque, quibus primæ ſubſtantiæ continentur, cum reliquis omnibus. De his enim cætera omnia dicuntur, quia unum quempiam dixeris grãmaticum, dices eundem & hominem, & animal grãmaticũ. in alijs hoc idem ſeruabis. Hoc cõmune eſt omnis ſubſtantiæ, in ſubiecto non ineſſe. Nam ſubſtantia prima nec eſt in aliquo ſubiecto, nec de ullo dicitur ſubiecto. Perſpicuum eſt quoque ſubſtantias ſecundas in ſubiecta re non ineſſe. Homo quidẽ certè de uno aliquo mortaliũ dicitur,

non habet aliud ſubiectum cui more accidentiũ adiungatur: non enim eſt in uno aliquo homine communis homo. Similiter animal de aliquo ſubiecto, ut homine quodam, enũciatur, non etiam eſt in homine quopiam. Atque eorum quæ re ſubiecta nituntur, nomen interdum de ea dicitur, ratio nullo modo poteſt. In ſubſtantijs ſecundis tum ratio, tum nomen de ſubiecto enunciatur. Hominis enim definitionem alicui uni tribues, & animalis eodem modo. Subſtantia igitur eſſe non poteſt in eorum numero, quæ rebus accidunt. Hoc autẽ non eſt proprium ſubſtantiæ, ſed etiam differentia numeratur inter ea, quæ non accidunt. Nam terrenum, id eſt quod pedibus carpit iter, & bipes, de homine aliquo ſubiecto dicitur, non eſt in aliquo quaſi fundamento, non eſt in homine bipes aut terrenum. Differentiæ autem ratio de eo dici poſsit, de quo differentia, ut ſi terrenum de homine dicitur, de eodem illius definitio. Homo enim eſt animal terrenum, ac ut ita dicam, pedeſtre. Ne turbent nos particulæ ſubſtantiarum, quaſi ſint in totis ſubiectis, ne cogamur aliquando eas non eſſe ſubſtantias confiteri, non ita dicebantur in ſubiecto ineſſe, quæ inſunt ut particulæ. Subſtantijs, differentijsq; ea natura eſt, ut non modo nomen idem, ſed eandẽ quoque rationem in enunciando ſeruent. Omnes quæ ducuntur ex his categoriæ, id eſt enũciata quædã, aut de ſingulis partibus, aut certè de formis dicuntur. A prima ſubſtantia nulla ducitur categoria, propterea quòd de nullo dicitur ſubiecto. Ex ſecundis autẽ ſubſtantijs, ſpecies de indiuiduo, genus de ſpecie dicitur & indiuiduo: ſimiliter de utroque differentiæ enunciantur, ac ſubſtantiæ primæ definitionem & formæ & generis accipiunt: ſpecies uerò eam quæ generis eſt. Quæ enim de enunciato dicuntur,

dicuntur, id est eo quod de alio enunciatur, eadem de subiecto dicentur. Sic quoque differentiarum capiunt definitionẽ tum species, tum indiuidua. Synonyma autem, hoc est cognominata, sunt ea quorum commune nomen est ac eadem ratio. Omnia igitur enunciata ex substantijs differentijsque sumpta, eadem ratione dicuntur, nec communi tantum nomine eferuntur. Omnis autem substantia certum quiddam significat, ut uidetur. In primis quidem substantijs id dubium non est, sed perspicuum eas significare certum quiddam. Pars enim quædam, & una res numero declaratur. In secundis autem eadem uidetur ratio: nam quoniam præ se ferunt eandem appellationem, putes significare certum quiddam, si quis aliquando hominem dixerit aut animal, at uero hoc non ita est: at potius qualitatẽ quandam significat. Non enim res una quæ subijcitur, ut est prima substantia, sed de multis homo dicitur, & animal. Non autẽ prorsus qualitatem significant, ut candor, quod nomen haud aliud designat, quàm qualitatem. At species & genus quandam substantiæ qualitatem significant, quia affectam qualitate substantiam aliquam demonstrant. latius autem generi quàm formæ porrigunt significandi potestatem. Nam qui dixit animal, plura cõplexus est, quàm qui hominem dixit. Substãtiæ nihil habent contrarium. Quid enim substantiæ primæ contrarium? ut hominum cuiuis aut animalium? Homini profecto, & animali contrarium nihil est. Id autem nõ substantiarum modo, sed & aliarum rerum multarũ proprium est, ut quantitatis. Nihil enim contrariũ longo duos treisue cubitos, neq; numero decẽ, neq; ulli generis eiusdem: nisi forte quispiam dicat multum & parum esse contraria, aut magnum atque paruum. Nulla porro



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

certa quantitas habet aliquid contrarium. ~~Substantia nec intendi, nec remitti potest, more qualitatum.~~ Non dico substantiam non esse magis minúsue substantiã, quoniam dixi aliam alia uerius ita uocari, sed unãquanq; hoc ipsum quod est, nec magis nec minus dici. ut homo, si res ipsa accipietur, non erit magis aut minus homo, siue secum ipse, siue cum alio comparetur, quia non est alter altero magis homo, ut aliud alio magis & minus est candidũ, aut magis minúsue pulchrum. atq; id quod est eiusmodi, confertur secum, & nunc magis, nunc minus affici dicitur, ut corpus album nunc candidius, quàm antea dicitur, & calidum interdum calidius, aliquando minus calidum. Substantia haud magis minúsue substantia dicitur: non enim dicas hominem nunc esse magis hominem, quàm antea, nec aliud quicquã generis eiusdem: hinc efficitur, substantiam nec intendi, nec remitti, more qualitatum. ~~Hoc autẽ substantiæ maxime proprium uidetur, cum sit una res ac eadem numero, contraria recipere posse;~~ cuiusmodi rem in alio genere à substantia nemo afferre possit, quæ una & eadem numero cõtraria admittat: ut color ille qui unus est & idem numero, nec albus appellatur, nec ater, nec una & eadẽ numero actio, mala & bona. Ita res est in omnibus ijs quæ substantiæ non sunt. Substantia uerò quæ una est ac eadẽ numero, cõtraria admittere potest, ut aliquis unus homo, & idem numero nunc albus est, interdum niger, aliquando calidus, nonnunquam frigidus, nunc malus, aliàs bonus. Nihil eiusmodi cæteris in rebus uideas. Nisi forte quis instet, ac obijciat orationem & opinionem admittere cõtraria, quandoquidem eadẽ oratio uera esse uidetur & falsa, ut si uera sit hæc oratio, sedet aliquis, ubi surrexerit, eadem erit falsa. Similiter

uariat

uariat opinio. Si quis enim uerum putet quempiam ſedere, cum ſurrexerit; ſi eandem de illo retineat opinionẽ, falſò putabit. Hoc ſi quis admittat, ſciat tamẽ non eodẽ modo uariare. Nam quæ pertinẽt ad ſubſtãtias, cum mutantur ipſa, tum cõtraria recipere poſſunt. Cum aliquid ex calido frigidũ fit, immutatur: uariat enim, ut ex albo nigrũ, ex improbo probũ factum. Sic eſt unaquæq; res alia, ut tum cõtraria admittat, cũ mutata uariat. Oratio uerò & opinio omnino manet immutata. Cum res immutatur, accidunt utriq; contraria. Eadem manet oratio, quæ ſignificat aliquem ſedere. Sed re mutata, nunc uera dicitur, nũc falſa, quod idem accidit opinioni. Erit igitur hoc ſaltem modo proprium ſubſtantiæ, mutatione ſuiipſius contraria ſuſcipere poſſe. Quod ſi quis admittat orationem & opinionem contraria ſuſcipere poſſe, deflectet à uero. Non enim quòd oratio & opinio ſuſceperint aliquid, icccirco contrarijs patere dicuntur, ſed quòd in alio nonnulla fuerit mutatio: propterea q̃ res eſt aut non eſt, uera aut falſa dicitur oratio, non autem q̃ pateat cõtrarijs. A nullo prorſus oratio opinióque mouetur: quapropter nõ erunt idoneæ, quæ excipiant contraria, quia nulla uariat in ijs affectio contraria. Porro autem ſubſtantia, quia ſuſcipit cõtraria, iccirco congruens dicitur ad contraria: admittit enim morbum, ſanitatem, candorem, nigrorem. Quia admittit iſta omnia, eam ob cauſam dicitur idonea, quæ excipiat contraria. Erit igitur ſubſtantiæ propriũ, cum una ſit eadémq; numero, pro ſui mutatione contraria recipere poſſe. Hactenus de ſubſtantia.

## De Quantitate. 7.

QVANTITAS alia ſeparata, alia coniuncta: alia conſtat ex ijs partibus quæ ſitum habent inter ſe, alia ex ijs



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quæ non habent. Est autem separata, ut numerus & oratio: coniuncta, ut linea, superficies, corpus: his etiam adiunge tempus & locum. Nam partium numeri nullus est terminus cõmunis, quo partes eius copulentur, ut quinq; numerus si pars est decem, nullo termino cõmuni quinq; & quinq; coniungun tur: sed disiuncta separataque sunt. Nec tribus & septem est extremum quiddam quasi uinculum. Nec in numero omnino possis ullum cõmunem terminum partium deprehendere, sed deiunctæ sunt atque secretæ. Numerus igitur in rebus separatis est habendus. In eodem genere ponenda est oratio, cui quantitatem esse perspicuum est, quoniam metimur eam syllaba breui & longa. De oratione loquor ea quæ pronunciatur: eius particulæ nullo termino communi cohærent. Non enim finis est communis ad quem syllabæ uinctæ confluunt: sed unaquæq; per se deiuncta separataque est. Linea autem coniuncta est, quia cõmunem concipere terminum licet, punctum, quo nectuntur illius particulæ, ac superficiei lineam. Partes enim planæ figuræ communi termino copulãtur. Non aliter possis in corpore reperire terminum cõmunem lineam aut superficiem, quo partes eius cohærent. Est generis huius tempus & locus. Nam momentum præsens iungit præteritum tempus cum futuro. Atque locus est quiddam coniunctum, quia partes corporis occupant locum, quæ desinunt in commune uinculum. Quamobrem loci particulæ quæ singulas partes corporis tenent, eodem fine quo partes corporis terminantur. Locus igitur cõtinuum quiddã, utpote qui porrigit suas parteis ad terminum communem. Sunt præterea quæ ex partibus constant situm quendam inter se habẽtibus. Sunt alia sine illo situ, ut lineæ partes habent inter se collocationem,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cationem, quoniam singulæ alicubi sitæ sunt. Possis etiam deprehendere & ostendere ubi quæque pars iaceat in figura plana, & quicum reliqua parte cõiungatur. Haud secus plana forma parteis habet digestas. Similiter enim explicari potest ubi singulæ iaceant, & quæ cohæreant inter se. Est idem situs in solido corpore, & loco. Verum in numero nemo possit ostendere ut sint positæ partes, aut ubi sedeant, aut quæ inter se nectantur, id quod accidit tẽporis partibus, propterea quòd nulla pars eius manet. Quî uerò situm certámq; sedem teneret, id quod non manet? habere potius ordinem quendam dixeris, quia sit aliud hoc tempore prius, aliud posterius, qui ordo similis est in numero, quia prius numeratur unum quàm duo, prius duo quàm tria. hoc modo in ordinem quendam digestus esse uideatur, situm haud facile cõperias. Orationis eadem ratio, cuius nulla pars manet, quia pronunciata euanuit, nec eam iam cõsequi licet. Quapropter si nulla pars manet, nulla erit partium collocatio. hinc colligi potest alia cõstare ex ijs partibus quæ habent situm, alia ex ijs quæ non habent. Ea quæ diximus sola proprie numerantur in quantitatibus, cætera omnia causæ alterius interuentu. Hæc enim intuentes alia dicimus habere quantitatẽ, ut quia spatiosa superficies est, dicitur candor esse multus. Ac quoniam tempus est longum, actio longa nominatur, diuturnúsq; motus. Horum singula per se nullo nomine quantitatis exprimuntur: ut si quis explicet quãta sit actio, tempore definiet, dicetque esse unius anni, aut ita quodammodo declarabit. Et si quis ostendat quantus sit candor, superficie definiet, quia quanta fuerit superficies, tantum candorem esse dicet. Quæ diximus igitur, ea sola per se propriè quantitates esse dicun-



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tur, nihil aliud ipſum per ſe eò pertinet, ſed cauſæ alterius interuentu. Porrò autem quantitati nihil eſt contrarium. Perſpicuum eſt enim ijs quæ certæ definitæque ſunt quantitatis, nihil eſſe contrarium, ut longo duos cubitos, longo treis cubitos, aut ſuperficiei, aut alicui generis eiuſdem. Nihil quidem eſt quantitatibus ita definitis contrarium. Niſi forte dicat aliquis, multum pauco, magnum paruo contrarium eſſe. Horum uerò nullum eſt in genere quantitatis, ſed in eo potius quod ad aliquid refertur. Nihil enim per ſeipſum magnum dicitur aut paruum, ſed quia ad aliud refertur, ut mõs paruus appellatur, milium magnũ, quia ſit hoc maius ijs quæ ſunt generis eiuſdẽ, ille minor ijs quæ ſunt in eodem genere: eſt igitur ad aliud quædam relatio. Nam ſi quid per ſe magnum aut paruum diceretur, nunquã mons paruus appellaretur, nunquã milium magnũ. Dicimus etiam multos aliquo in uico homines eſſe, paucos Athenis, cum ſint multo plures, & una in domo multos, in theatro paucos, in quo ſint multo plures. adde quòd longum duos, treísue cubitos, & quicquid eſt huiuſmodi, quantitatem ſignificat. magnnum aut paruum non deſignat quantitatem, ſed potius id quod ad aliquid referendum ſit. Nam quod magnum, quódque paruum eſt, cum altero comparatum, ſpectatur. Perſpicuum eſt igitur, hæc ad aliquid referri. Præterea ſiue quis hæc inter quantitates ponat, ſiue nõ ponat, nihil inter ſe pugnant, uti contraria. Quod enim nequit ipſum per ſe capi, ſed refertur ad aliud, ut erit ei contrarium quicquã? Iam ſi contraria ſunt magnum atq; paruum, idem eodem tempore cõtraria poterit admittere, & ipſa ſibi erunt contraria, quia fieri poteſt, ut idem ſimul magnum paruúmq; ſit. Eſt enim paruum, ſi cum hoc comparetur, idem

*idem magnum, si cum illo conferatur. Potest igitur idem esse paruum atque magnũ eodem tempore, ac ita simul admittere contraria. Nihil autem simul cõtraria recipere uidetur, ut in substantia uidere licet. Est enim quæ contraria suscipere possit, nemo tamen simul ægrotat & ualet, nemo simul est albus & niger, nec est aliud quicquã quod eodem tempore contraria admittat. Sequitur aliud, ut sibi res ipsæ sint contrariæ, quoniam si magnum cum paruo pugnat contrariè, idem tempore eodem magnum est atque paruum, ac ita sibi contrariũ. at fieri non potest, ut aliquid sibi contrarium sit. Non igitur magnum cum paruo, multum cum pauco contendit, ut aduersa. Si quis igitur dicet hæc nõ ad aliquid referri, sed esse quantitatis, nihil tamen habebunt contrarij. Si quantitatis est pugna contraria, uidetur in loco maxime reperiri. Nam summum locum infimo cõtrarium ponunt, & qui ad mediam regionẽ locus accedit, infimũ dicunt: propterea quòd inter medium mundi, & extrema longissimũ sit interuallum. Ac cæterorum contrariorũ definitionẽ ex his uidentur afferre. Definiunt enim contraria, quæ in eodem genere sita, plurimo seducta sunt interuallo. Quantitatis esse nõ uidetur intẽdi remittiq; ut qualitatis, ut longũ duos cubitos: nihil enim magis est ac minus ita longum. Nec in numero reperias istuc, ut tria non magis quàm quinque quantitas est separata, nec quinque quàm tria. Nec tempus aliud alio magis tempus dicitur. In omnibus plane quæ diximus, nihil magis & minus tantum dicitur, aut tam multum. Quantitas igitur nec intenditur, nec remittitur. Quantitatis hoc maxime propriũ, parem & imparem dici. Omnes enim de quibus egimus, pares, imparésque dicuntur, ut corpus par impar, numerus, tempus,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ac quæ diximus, reliquæ omnes. Reliquorum quæ ad quantitatem non pertinent, nihil uideas par, & impar nominari, ut diatheſis, id eſt adffectio quædam, non ita ſæpe par uocatur & impar, ſed potius ſimilis atque diſſimilis: nec albor æqualis aut inæqualis, ſed ſimilis aut diſſimilis: hoc ergo quantitatis eſt proprium maxime, parem & imparem dici.*

De ijs quæ referuntur ad aliquid. 8.

*EA dicuntur ad aliquid referri, quæ id ipſum quod ſunt, ad alia referunt, & aliorum eſſe dicuntur, aut quoquo modo aliter cum alio conferuntur: ut maius quicquid eſt, id omne ad aliud refert, atque in alio conſiſtere dicitur. dicitur enim aliquo maius. Duplum quoque hoc ipſum quod eſt, ad alterum refert, & illius eſſe dicitur: alicuius enim duplum eſſe dicimus. Sic referuntur alia quæ ſunt generis huius. In relatis ad aliquid habentur ea quæ ſunt eiuſmodi, cuiuſmodi eſt habitus, affectio, ſcientia, ſitus. hæc omnia quæ diximus, quicquid ſunt, ad aliud referunt, & aliorum eſſe dicũtur, aut quocunque modo aliter cum alio cõferuntur, non aliud quidpiam ſunt. Habitus enim alicuius habitus, ſcientia alicuius ſcientia, ſitus alicuius rei ſitus eſſe dicitur. Sic & alia referũtur. Ad aliquid igitur relata ſunt, quæ id ipſum quod ſunt ſic ad alia referunt, ut eorum eſſe dicantur, aut quouis modo aliter ad alterum ſpectant, ut mons dicitur magnus cum altero comparatus. Mons enim ad alterum refertur, cum dicitur magnus, & ſimile alicui ſimile, aliáque huiuſmodi ad aliquid relata dicuntur, accubatio, ſtatus, ſeſſio, quidam ſitus ſunt. Situs autem habentur in relatis. Accubare aut ſtare aut ſedere non ſunt illa quidem ſitus, ſed ab ijs quos diximus, duxerunt appellationem. In ijs quæ cum aliquo conferuntur,*

*eſt*

est oppositio contraria, ut uirtus uitio contraria, cum sit hoc & illa in genere comparatorum, ut scientia ignorationi. Nõ omnibus autẽ quæ sunt generis huius oppositio contraria est. duplo contrarium nihil est, nihil triplo, nihil cuiquam eiusmodi. Videntur autem relata intendi remittíque posse. Nam magis & minus simile dicitur, ac dissimile: & æquale magis & minus, ac inæquale, cum sit utrunque ad aliquid relatum, quia simile alicui simile, æquabile alicui æquabile. Nõ omnia autem hoc patiuntur. non enim duplum magis minúsue duplum, non aliud simile. Omnia uerò quæ spectãt ad aliqui- reciprocantur, ut seruus domini seruus, dominus serui dominus esse dicitur: itemque duplum dimidij duplum, contrà dimidium dupli dimidium: maius minore maius, & minus maiore minus. In alijs eodẽ modo reciprocatio est, nisi quòd interdum casu discrepabunt in elocutione, ut scientia est eius quod sciri potest scientia: quod sciri potest, scientia sciri potest. sensus eius quod sentiri potest, sensus: quod sentiri potest, sensu sentiri potest. Enimuero non uidebuntur interdum reciprocari, si non congruenter eo referantur quo debent: sed is peccet qui refert, ut si ala dicatur auis esse, nõ ita uicissim retro cõmeat auis alæ, quia prius illud non est redditũ conuenienter ad id quod debet, auis ala. Nõ enim quia auis est, ea ratione dicitur auis ala, sed quia animal est alatũ: animantibus enim multis alæ sunt, quæ aues non sunt. Si congruenter ergo relatum fuerit istuc, uicissim commutatur, ut ala est alati cuiusp̃iam ala, alatum est alis alatum. Interdũ fortasse nomen facere erit necesse, si nullum sit inditum ad quod congruenter referatur, ut si nauigij clauus referatur, nõ est congruens relatio: non enim quia nauigiũ est, ea ratione dicitur



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eius esse clauus. Sunt nauigia quorum nulla sunt gubernacula, iccirco non reciprocantur hæc duo: non enim dicimus clauui nauigium. sed cõgruentior fortasse erit relatio si conferatur hoc modo, clauus clauati nauigij clauus, aut alio quouis modo, quandoquidẽ non est inditum nomen. Viciſsim retro cõmeat, si conuenienter reddatur: nauigium clauatũ, aliquo clauo clauatum. In cæteris hæc seruanda ratio, ut caput congruentius conferetur si dicatur capitati caput, q̃ si animalis: non enim quia animal est, habet caput, quia animalia multa caput non habent. Hoc modo nullo fortasse negocio sumet quispiam ea quibus imposita nõ sunt nomina, si à primis & ijs quæ reciprocari possunt, nomina imponat, ut in ijs quæ suprà demonstrauimus, ab ala dicitur alatum, à clauo clauatũ. Omnia igitur relata si apte explicentur, uiciſsim commeant. Nam si ad quiduis referantur, non ad id unde nomen accipiunt, non reciprocantur: hoc dico, nihil eorum, quæ sine controuersia reciprocantur, & habent imposita nomina uiciſsim retro cõmeare, si referatur ad aliquid accidentium non ad id unde nominatur, ut seruus si non dicatur esse domini, sed hominis, aut bipedis, aut eiusmodi cuiusquã, non reciprocatur: dici enim haud potest, homo serui homo, quia non est congruens hæc relatio. Si uerò quod spectat ad aliquid ei cui affine est, & à quo nomen accepit attributũ est, sublatis omnibus quæ accidunt, eo solo relicto quicum debuit cõparari, accommodate semper eo referetur: ut si seruus cum domino cõparetur, detractis omnibus quæ domino conueniunt, qualia sunt bipes, facultate disciplinæ capeſsendæ præditus, & homo, hoc solo relicto quod est dominus, seruus semper ei cõuenienter dicetur: seruus enim domini seruus. Quod si non attribuatur

tribuatur ei cui affine est, & à quo duxit nomen, ademptis omnibus reliquis, eo solo relicto cui sit attributum, cum eo minime congruet. Referendo dictus fuerit aliquis seruus hominis, ala auis: homo uerò ne dominus sit appellatus, ea detracta appellatione, iam seruus & homo male conferentur, quia si non est dominus, nullus est seruus: similiter si auẽ non dixeris alatam, non erit ala in numero relatorum, quoniam si non sit alatum quid, non erit ala cuiusquam: debet igitur eo quodque reddi unde nomen habet affinitate quadam. Quod si inditum nomen est, facilis erit collatio: si non est, erit necessario faciendũ. Si reddantur hoc modo, nemini dubiũ, quin omnia quæ referũtur ad aliquid, reciprocentur. Videntur autem relata simul esse natura. Id in plerisq; uerum est, in quibusdam haud uerum: simul enim sunt duplum & dimidium: atque si est dimidium, duplum simul est. Si dominus est, & seruus: si seruus est, & dominus: itemq; cætera. Hæc tolluntur alterum ab altero. Si non sit duplum, non erit dimidium: si non sit dimidium, non erit duplum. Est eadem ratio cæterorum quæ sunt generis eiusdem. Non in omnibus autẽ spectantibus ad aliquid hoc uerum est quod diximus relata simul esse natura. Nam quod sciri arte potest, id scientia prius esse existimandũ est, quia omniũ fere rerum tum scientias cõprehendimus, cum exortæ natæq; sunt. In paucis aut in nulla re certe uideas unà rem quæ cadit in artem & scientiã illius esse natam. Præterea id quod arte sciri potest sublatũ, scientiam tollit, non item contrà. Non erit scientia, si desit res quæ sciatur, quia nullius esset scientia. Si uerò scientia non sit, nihil prohibet aliquid esse quod arte sciri queat, ut circuli quadrata dimensio, si arte comprehendi potest. Eius quidẽ nulla

adhuc ſcientia, ea tamen arte ſciri poteſt. Atque etiam ſi animal ſuſtuleris, non erit ſcientia, poterũt tamen res multæ arte cognoſci. talia ſunt ea, quæ ſenſu percipiuntur. Nam quod in ſenſum cadere poteſt, prius eſt ſenſu, quia ſi ſuſtuleris illud, unà cum eo ſenſum tolles. ſenſus autem nõ tollit illud. Senſus enim circunſtant corpus, & in corpore ſunt: eo ſublato quod ſenſu percipi poteſt, unà tollitur corpus, quia corpus eſt in ijs quæ cadũt in ſenſum, quo ſublato perit ſenſus, hunc ergo tollit illud, non item contrà: animali ſublato tollitur unà ſenſus. Corpus enim ſenſu percipitur, ut calidum, dulce, amarum, ac cætera omnia quæ cadunt in ſenſum. Præterea ſenſus una cum ſentiente naſcitur, ut cum animali. Quod autẽ ſenſu percipi poteſt, fuit antequam animal & ſenſus eſſet, ut ignis, aqua, & ea, ex quibus conſtat animal, elementa, quæ ante fuerunt uniuerſa, q̃ eſſet animal aut ſenſus. hinc rem in ſenſum cadentem priorẽ fuiſſe uideri poteſt. Oritur quæſtio, nulláne ſubſtantia (uti uidetur) ſit in numero relatorũ: an hoc etiam accidat quibuſdam ſubſtantijs ſecundis. Id enim uerum eſt in ſubſtantijs primis, quia nec earũ partes, nec ipſæ totæ referuntur ad aliquid. Nec enim hominum quiſquã alicuius eſt homo quidã, nec unus aliquis bos eſt alicuius quidam bos. Eadem ratio partium. Non enim una aliqua manus dicitur alicuius una aliqua manus, ſed alicuius manus, ac caput eodem modo. In pleriſq; ſecundis ſubſtantijs ſimile quiddam reperies, ut homo non dicitur alicuius homo, neque bos alicuius bos, neque lignum alicuius lignum, ſed alicuius poſſeßio. perſpicuum eſt in eo genere nihil eſſe quod referatur ad aliquid. In quibuſdam uerò ſecundis ſubſtantijs eſt cõtrouerſia, ut caput alicuius caput, manus alicuius manus dicitur,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tur, & quicquid est eiusmodi. Hæc igitur relata uideri possunt. Profectò enim si satis est explicata definitio relatorum, aut difficile est admodum, aut arduũ magis quàm quod fieri possit, hoc demõstrare, nullam substantiã, relatorum more dici. Si non satis est declarata, sed ea relata sunt, quæ nullo modo esse possunt nisi quodãmodo ad aliquid spectent, nonnihil erit fortasse, quod ad ista respõdeatur. Definitio prior tametsi omnibus relatis conuenit, non tamen quòd aliorum esse dicuntur idipsum quod sunt, idẽ est quod ad aliquid referri. Ex his planum fit, si quis intelligat plane certáque definitione, quidnam sit ad aliquid relatum, illud quoq; certo esse intellecturum ad quod referri debeat. Hinc etiã intelligi potest, si quis nouit hoc in relatis habendum, (non alia autem relatis est substãtia, q̃ ad aliud quodãmodo referri) illud quoq; nouit id ad quod refertur quodãmodo. Quia si nõ uidit plane quicum debeat quodãmodo cõferri, id quoq; nescit, an ullo modo debeat in relatis haberi. In singulis istuc perspicuũ. si quis, exempli causa, uidit hoc certo esse duplum, cõtinuo id quoq; certò uidit cuius sit duplũ. Nam si nullius rei certæ atque definitæ duplũ esse nouit, an duplũ sit, omnino ignorauit. Sic, & istuc si cognouit esse pulchrius, quonam pulchrius sit, ut statim sciat certo necesse est. Ea dè causa haud dubie sciet, hoc turpiore pulchrius esse, quoniã dubie nosse, opinio est, nõ scientia: propterea ꝙ iam plane non intelliget esse pulchrius turpiore, quandoquidẽ accidere potest, ut nihil sit eo turpius. Non est ergo dubium quin si quis certo sciat aliquid in relatis habendũ, & illud haud dubie cognoscat ad quid referri debeat. At uerò caput, manus, & quicquid est eiusmodi in genere substãtiæ, quidnam sit plane scire possumus, quò debeat



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

referri cognoscere nihil est necesse: cuius enim caput, & cuius manus sit, certo scire non est necesse. Non sunt igitur hæc in relatorũ numero ducenda. Quod si est, id uere dicetur nullam hoc in genere substantiam esse ponendam. Molestum fortasse est eum qui non hæc sæpe perspexerit, aliquid uehementer affirmare, non est tamen inutile de quolibet eorum proposuisse quæstionem.

## De Qualitate. 9.

QVALITATEM esse dicendã puto, unde appellatio ducta quales sint res ostendit. Non autẽ dicitur uno modo. Vnam porro speciẽ eius dicas licet habitũ & affectionẽ. Differt autẽ habitus ab affectione, q̃ ille sit diuturnior stabiliórque. Eiusmodi sunt scientiæ atq; uirtutes. Scientia quidem certe uidetur permanentior esse atq; diuturnior, etiam si quis mediocriter eam fuerit adeptus, nisi aut à morbo, aut ab alia re istiusmodi insignis fiat mutatio. Virtus quoq; stabilis, ut iustitia atque temperantia & aliæ generis eiusdẽ, non uidentur facile moueri posse, atq; mutari. Affectiones autẽ dicuntur qualitates eæ quæ facile moueri, breuiq; tempore mutari possunt, ut calor, frigus, morbus, sanitas, & alia generis eiusdem. His enim quodãmodo afficitur homo, celeritérque mutatur frigidus ex calido factus, æger ex sano: æque breuis est aliarum mutatio, nisi si qua iam temporis diuturnitate altera quasi natura fiat & immota iam, aut certe pene immutabilis fit, quam quis habitum iam poterit appellare. Hoc autem perspicuum est eos qui dicunt habitus, uelle ita nominari qualitates diuturniores cõstantioresq;. Eos enim qui non ita magnã scientiarum partem tenent, sed mutari facile possunt, nõ dicunt habitu præditos, etiam si quodãmodo sunt affecti

affecti scientia, aut peius aut melius. Habitus igitur ab affectione differt, quòd hæc facilius mouetur, ille uerò diuturnior sit atque constantior. Habitus sunt affectiones quædã. Affectiones ut sint habitus, nihil est necesse. Nam quibus insunt habitus, ijs afficiuntur, quibus affectiones sunt, nõ statim habitu sunt præditi. Alterum genus qualitatis ex quo nonnullos ad pugilum certamen aut ad cursuu aptos, aut ad sanitatem aut ad morbum dicimus esse proclines, ac ut summatim dicam, quæ à naturali facultate aut à contraria priuatione ducunt nomen. Ex ijs nihil ducit nomen ex eo quòd afficitur quodãmodo, sed quòd habet naturalem facultatem aut aliquid agendi facile, aut nihil patiendi, uel contrariam priuationem, ut apti uel ad cæstus uel ad cursum non eo dicuntur, quòd sint affecti quodã modo, sed q̃ habeant insitam uim aliquid agendi expedite, aut nullam facultatem. Valentes autem dicuntur, quod habeant naturalem facultatem nihil patiendi facile, si quiduis accidat. Valetudinarij, quòd nõ habeant uim natiuam facile resistendi, si quidlibet occurrat mali. Non aliter durum dicitur & molle, illud quidẽ quod habet facultatem resistendi quo minus facile diuidatur, hoc uero quòd nulla prædituꝫ sit eiusmodi facultate. Tertium genus qualitatis constat ex ijs qualitatibus quæ patibiles sunt, & affectus, in quo genere sunt dulcedo, amaror, acerbitas & his affinia, atque etiam calor, frigus, candor, nigror. Eas esse patibiles qualitates nõ est dubium. Quæ suscipiunt eas, hinc ducunt appellationem qualia sint indicantẽ, ut mel quia dulcedinem cepit, dulce nominatur, & corpus candidum à candore susceptο. Similis est ratio cæterorum. Dicuntur autem qualitates patibiles nõ quo quæ receperunt eas, aliquid passa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſint: mel enim non iccirco dulce uocatur, quòd aliquid paſſum ſit, nec aliud quicquã generis eiuſdem. eodẽ nomine calor & frigus appellantur, non quo quæ ſuſceperunt, aliquid paſſa ſint, ſed ita nominãtur, quòd omnes quas diximus, faciunt ut aliquid patiantur ſenſus. Dulcedo guſtatum nõnihil afficit, tactum calor, itemque cæteræ. Candor & nigror, & alij colores non eodẽ dicuntur modo patibiles, quo dictæ iam qualitates, ſed q natæ ſint ex affectione. Non enim dubium eſt quin ex affectu multæ colorum mutationes oriãtur. Nam qui erubuit, factus eſt ruber: qui timuit, pallidus. adde quicquid eſt eiuſmodi. Quapropter ſi quis à natura paſſus eſt huiuſmodi quidpiam accidens, aut nõnullam affectionem, credibile eſt conſimili affici colore. Quæ enim quo tempore quiſpiã erubuit, affectio orta eſt in corpore, eadem oriri poteſt ex natiua cõſtitutione, ut natura ſimilis oriatur color. Qualitates igitur quæ accidunt hoc modo ex affectionibus quibuſdam quæ non facile mouentur, ſed permanent, & ab his capiunt initium, patibiles appellantur. Siue enim pallor aut nigror oriatur ex natiua conſtitutione, qualitas appellatur, q ijs affecti talem ducimus appellationem, ſiue ex longo morbo, aut æſtu acciderit, ita ut haud facile diſcedat, aut toto uitæ tempore maneat, uocatur etiã patibilis. propterea q hinc appellatio ducta quales ſimus oſtendit. Quæ uerò naſcuntur ex ijs quæ nullo negocio diſſoluũtur, & celeriter abſcedunt, affectiones non qualitates appellãtur, quòd ab eis nõ ea ducitur appellatio, quæ quales ſint homines, oſtendat. Nec enim rubens propterea q erubuit appellatur ruber, nec expalleſcens eo q metuit, pallidus, ſed potius quòd ſit aliquid paſſus. Non igitur qualitates hæ motiones uocãtur, ſed affectiones. In ani-*

*mo*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*mo quoq; dicũtur qualitates patibiles & affectiones. Quæ ſtatim quando naſcimur, oriũtur ex affectionibus quibuſdam ægre diſcedentibus, eæ dicuntur qualitates, ut furor mentem præcipitãs, ut ira, ut alia generis eiuſdem: ex ijs enim ducũt appellationem nonnulli, ut iracũdi atque furioſi. Eæ quoque deiectiones mentis quæ non ſunt naturales, ſed ab alijs quibuſdã interuenientibus malis ortæ ſunt, ſiue ægre diuelluntur, ſiue nõ mouentur omnino, ſunt qualitates, quia nõnullos nominant, & quales ſint explicãt. Quæ naſcuntur ex ijs quæ facile celeritérq; decedunt, uocantur affectiones, ut ſi quis dolens fiat iracundior. Non enim uocatur iracundus, qui in ea perturbatione animi grauius ſuccenſuit, ſed potius quòd perturbatus ſit. Affectiones igitur dicũtur, nõ qualitates. Quartum genus qualitatis eſt figura, & in quaq; re expreſſa forma. ac præterea rectus habitus & inflexus, & ſi quid eſt huiuſmodi. Ex una quaq; iſtarum qualitatum ducitur appellatio, quæ quale quid ſit, oſtendit. Nam triquetrũ aut quadratum aliquid rectum & incuruũ ex ea appellatione nominatur. ac ex forma ſingulæ res efformatæ capiunt appellationẽ qualitatis. Rarum autẽ & denſum, aſperum & læue ſignificare uidentur aliquid eſſe qualitate præditum, aliena tamen putãda ab affectione qualitatis. At potius utrunque uidetur indicare ſitum quendã partium, quia denſum iccirco nominatur, q̃ partes partibus propius hæreant. Rarum q̃ partes à partibus diſtent. Læue q̃ eius partes in rectũ quodãmodo ſitæ ſint. Aſperũ q̃ pars emineat, pars depreſſa iaceat. Ac fortaſſe aliquod aliud qualitatis genus eſſe uideri poteſt, ſed hæc ſunt quatuor numero, quæ maxime nominãtur. Sunt igitur qualitates eæ quas demonſtrauimus. Quæ appellantur*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*hinc nomine deducto, aut quoquo alio modo nomen ab ijs accipiunt, ea dicuntur talia, quale est id quod dedit nomen. Ac in plerisq;, aut in omnibus fere ex ipso nomine qualitatis ducitur nomen, ut ex candore candidus, ex grammatica grammaticus, ex iustitia iustus, ex alijs alia. In quibusdã propterea q̃ qualitati non sunt imposita nomina, non possunt ea quæ nomen ducunt ex illis, ab ipso nomine qualitatis accipere, ut aptus ad cursum, aptus ad pugilum certamen. is qui à naturali facultate nomen habet, à nullo qualitatis nomine cepit appellationem. Non enim sunt indita nomina facultatibus, unde qui sunt idonei uocentur, ut scientijs data unde sic affecti pugiles appellantur aut palestritæ. Ars enim dicitur pugilatio & palæstra. Qualitatibus ijs affecti capiunt nomen à scientia deductum, quod quales sint explicat. Interdum tametsi nomen est qualitatis, attamen ex eo non accipit nomen, qui ab ea nominatur, ut à uirtute bonus. Aliquis enim quòd habet uirtutem bonus appellatur, non tamen ducit à uirtute nomen, id quod reperitur in paucis. Quæ appellãtur ergo ab ijs quas diximus qualitatibus, aut hinc nomine deducto, aut quouis alio modo nominãtur. In qualitate est oppositio contraria, ut iustitiæ contraria est iniustitia, nigrori candor, alijs alia. Quæ ducunt appellationem ex illis, similiter contrarie certant, ut iustum cum iniusto, candidũ cum atro. Id non omnibus est commune, quia flauo colori, aut pallido, aut alijs intermedijs, tametsi sunt qualitates, nihil est cõtrarium. Quod si alterum ex contrarijs est qualitatis, alterũ erit generis eiusdem. Id planum fiet, si quis alia genera siue categorias alias omneis proponat, ut si iniustitiæ iustitia cõtraria sit, & iustitia sit qualitas, erit & iniustitia qualitas.*

Nulla

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Nulla quidem certe alia categoria iniuſtitiæ accommodata, non quantitas, non relatorum genus, non id quod ubi res ſit oſtendit, non aliud prorſus ullum, ſed qualitas ei conuenit. Eſt eadem ratio cæterorum quæ ſunt hoc in genere cõtraria. Qualitates admittunt intentionẽ, remiſſionémq;: aliud enim alio magis minúsue candidũ dicitur, & magis aut minus iuſtum. Accipiunt etiam incrementũ, quia quod album eſt, fieri poteſt albius. Nõ omnia ſic augeri queũt, ſed permulta. Nam dubitet aliquis, num iuſtitia dicenda ſit magis & minus iuſtitia. Eadem eſt alijs in affectionibus dubitatio. Dubitant enim quidam, num ſic augeãtur illæ. Etenim iuſtitiam aliam alia magis & minus iuſtitiam, ualetudine ualetudinem dici oportere nõ ita confirmãt. At uerò dicunt alterũ minus habere ualetudinis aut iuſtitiæ: eodem modo minus habere grammaticæ & aliarũ affectionũ. Sed ea quæ nominãtur ex illis, ſine cõtrouerſia intenduntur remittuntúrque. Alius alio doctior grammaticus, & homo ualentior iuſtiorque. Eadem ratio cæterorum. Triquetrum autem & quadratum, cæteræq; figuræ, non ſuſcipiunt illam intentionem & remiſſionẽ. Quæ definitionem trianguli ſuſcipiunt & circuli, omnes ſimiliter trianguli circulique ſunt. Ex ijs quæ non accipiunt eandem definitionem, nulla magis figura dicetur. Nihilo magis quadrata quàm altera parte lõgior figura, eſt circulus, quia neutra recipit circuli definitionem. Vt ſummatim dicam, niſi recipiat utrunq; comparatorum rei propoſitæ definitionem, alterum altero nõ dicetur magis id eſſe. Nõ omnia igitur qualitate prædita intenduntur & remittuntur. Ex ijs quæ dixi nihil eſt proprium qualitatis. Solæ qualitates ſimiles diſſimiléſque dicuntur. Nihil enim alteri ſimile dicitur, niſi in*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

qualitate comparatum. Qualitas igitur ipſa per ſe proprie ſimilis aut diſſimilis appellatur. Non eſt cur uereamur, ne quis dicat nos cum mentionẽ fecimus qualitatis, enumeraſſe multa quæ referũtur ad aliquid, nẽpe habitus & affectiones numerabamus in ijs quæ cum aliquo cõferuntur. In omnibus fere quãtitatibus genera referũtur ad aliquid. Singulæ partes nullæ. Scientia cum ſit genus, id ipſum quod eſt ad alterum refert, & illius eſſe dicitur: alicuius enim rei ſcientia eſt ac dicitur. Singulæ partes eius nõ ita referuntur, ut grammatice non dicitur alicuius rei grammatice, non item muſice. Verũtamen nomine generis hæ partes habentur in relatis, ut grãmatice dicitur alicuius rei ſcientia, non alicuius rei grammatica: muſica alicuius rei diſciplina, nõ alicuius rei muſica. Partes igitur non ſunt in relatis habendæ. A partibus tamẽ ducimus appellationes, quæ quales ſimus oſtendunt, quoniã habemus illas: dicimur enim docti q nonnullã teneamus doctrinam. Itaque partes dicere licet qualitates ex quibus interdum ſumimus appellationem, non ſunt tamen in numero relatorum. Præterea ſi res eadem ſit qualitas, & ſpectet ad aliud, non eſt abſurdum eam in utroque genere numerari.

De agendo, patiendo, reliquiſque generibus. 10.

AGERE & pati tum oppoſitionẽ contrariam, tum intentionem remiſſionémque recipiunt. Contraria ſunt enim calfacere & refrigerare, calere & frigere, lætari & dolere. admittunt igitur oppoſitionem contrariam. Intenduntur etiã atque remittuntur. Licet enim magis & minus calfacere, & caleſcere & dolere. Recipiunt ergo plus minúſque agere & pati. de his hactenus. De eo quod eſt ſitum eſſe, diximus cum de relatis egimus, nempe à ſitu duxiſſe nomẽ. De reliquis generibus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

neribus, tempore, loco, & habendo, quia perſpicua ſunt, non aliud quicquã dicimus, quàm quod initio oſtẽdimus, habere declarare, quod calceatum & armatum eſſe: locum deſignari, ut in lyceo, in foro. Adde quæ de eis expoſita ſunt. De generibus propoſitis hæc ſatis multa.

De categorijs decem hactenus. dicendum de ijs quæ ſequuntur categorias, in quibus oppoſitiones. II.

DICENDVM quot modis ea quæ opponuntur, ſoleant opponi. Aliud alij dicitur opponi quatuor modis, aut ut relata ad aliquid, aut ut contraria, aut ut priuatio & habitus, aut ut affirmatio & negatio. Quæ ſunt eiuſmodi opponũtur omnia, ut pingui minerua rem explicẽ, opponuntur relata, ut duplum dimidio: contraria, ut malum bono: priuatio & habitus, ut cæcitas & aſpectus: affirmatio & negatio, ut ſedet non ſedet. Porro autem quæ opponuntur ut relata, quicquid ipſa ſunt, ad ea quæ ſunt aduerſa referunt, & illorum eſſe dicuntur, aut aliter quoquo modo cum eis cõferuntur, ut duplum id quod eſt, ad aliquid refert nempe dimidiũ, & alterius eſſe dicitur: eſt enim alicuius dimidij duplum. Scientia quoque rei quæ ſciri poteſt, opponitur ut relata: quia quicquid eſt, ad rem quæ ſciri poteſt, refert, & illius eſſe dicitur. Atque res quæ ſciri poteſt, id quod eſt, ad oppoſitam refert ſcientiam. Nam quod ſciri poteſt, aliqua ſcientia ſciri poſſe dicitur. Quæ opponuntur ergo ut relata, referunt id quod ſunt ad aduerſa, ac illorum eſſe dicuntur, aut quo poſſunt modo alterum cum altero conferuntur. Quæ contendunt ut cõtraria, nequaquã id quod ſunt, inter ſe referũt, dicuntur tamen inter ſe cõtraria. Non enim bonum mali bonum dicitur, ſed malo contrarium. Oppoſitiones igitur illæ



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

inter se differunt. Quæ cõtraria sunt eiusmodi, ut necesse sit alterũ ijs ineſſe quibus suapte natura accidũt, aut de quibus dicũtur, inter ea nihil est mediũ. Quorum uerò non est necesse alterum ineſſe, omnia habent aliquid intermediũ, ut morbus & sanitas animantis corpori suapte natura accidunt, necesse profecto ex his cõtrarijs alterum, aut morbũ aut bonam ualetudinẽ in animalis corpore reperiri. Impar de numero dicitur & par, atq; adeo necesse est alterũ numero ineſſe aut impar aut par. Nec aliquid est medium inter morbum & sanitatem, par & impar. Sed ea quorum alterum ineſſe nihil est necesse, habent aliquid interiectũ, ut nigror & candor in animantis corpore naturaliter ineſſe possunt, nõ est tamen necesse alterũ eorum in corpore reperiri: quia non omne corpus est aut candidũ aut nigrum: improbus & probus homo dicitur, ac ita dicũtur alia multa. non est tamen necesse alterum eorũ in ijs inueniri de quibus dicuntur. nec enim aut improba aut proba sunt omnia. Inter hæc aliquid est mediũ, ut inter colorem candidum & nigrum, fuscus & pallidus, & alij colores. Inter probum & improbum, id quod neq; probum est, neque improbum. Intermedijs quibusdam impoſita sunt nomina, ut fusco & pallido colori qui sunt inter candidum & nigrum, ac cæteris coloribus. Nõnullis igitur intermedijs indita sunt nomina. In quibusdam facile non est id quod interijcitur, nomine deſignare, sed utriusq; extremi negatione definitur, ut quod neque bonum neq; malum est, nec iustum nec iniustum. Priuatio & habitus in eodem aliquo eſſe dicuntur, ut aſpectus & cæcitas in oculo. ut summatim dicam, id in quo sponte reperitur habitus, dicitur & habitum & priuationem recipere poſſe. Tum uerò dicimus, quicquid habitum recipere

potest,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

potest, esse priuatum, quando id nondum suppetit ei, cuius est compos ac natura particeps, aut quo tẽpore iam habere debet. Edentulum dicimus non quia dentes non habet, & cæcum non quia sit aspectu destitutus, sed quia non tum habet, cum ei natura dedit ut haberet. Sunt quæ ab ortu nec aspectum nec dentes habent, quæ nec cæca nec edentula dicũtur. Priuari autem & habitu præditum esse, non est idem quod priuatio & habitus. Habitus enim est aspectus, priuatio cæcitas. Aspectu præditum esse non est idem quod aspectus, & cæcum esse non est idem quod cæcitas. Cæcitas enim priuatio quædam est. Cæcum esse, est esse priuatum, non priuatio. Iam si cæcitas esset idem quod cæcum esse, de eodem utrunq; diceretur: at homo dicitur cæcus, non cæcitas. Hæc uidentur opponi, priuatũ esse & habitu præditum, sicuti priuatio & habitus. oppositionis est idem genus. ut enim cæcitas opponitur aspectui, ita cæcum esse opponitur ei quod est aspectum habere. Id quoq; quod sub affirmationem cadit & negationem, non est affirmatio & negatio, quia affirmatio est oratio aiens, negatio oratio negans. Quod sub affirmatione est atque negatione, non est oratio, sed res. Hæc non aliter opponi dicuntur atq; assertio & negatio, quòd in his est idem genus oppositionis. ut interdum affirmatio negationi opponitur, ut sedet, ei quod est, nõ sedet, ita res posita sub utroq;, nempe sedere aliquem & non sedere. Id porro perspicuum est priuationem & habitum non sic opponi, ut ea quæ referuntur ad aliquid. Nõ id quod est refert ad aliud, & eius esse dicitur, quia non est aspectus cæcitatis aspectus, nec eo refertur alio modo. Similiter cæcitas dici non posit aspectus cæcitas, sed aspectus priuatio, cæcitas appellatur. Nec cæci-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*tas aſpectus, nec aſpectus cæcitatis dicitur. Adde q̃ omnia relata uiciſsim retro cõmeant. Itaque ſi cæcitas eſset in relatis, reciprocaretur cum eo qui cum comparatur, non autẽ reciprocatur, quia nõ dicitur aſpectus cæcitatis aſpectus. Hæc autem quæ ſunt habitus & priuationis non opponi more cõtrariorum hinc perſpicuum eſt. Contrariorum quæ nihil habent intermedium, alterum ſemper eſſe neceſse eſt in ijs quibus ſuapte natura accidunt, aut in ijs de quibus enunciãtur, quandoquidẽ inter ea nihil eſt mediũ, quorum alterum in eo quod admittere poteſt eſſe neceſſe eſt, ut inter morbum & ſanitatem, par & impar. Quibus uerò nihil eſt interiectũ, nunquam eſt neceſſe alterum in omni re inueniri quæ ſuſcipere poteſt. Non enim quicquid candorem aut nigrorem recipit, id aut candidum eſſe aut nigrum neceſſe eſt, nec calidum aut frigidum quicquid his accidentibus patet, quia nihil prohibet ineſſe aliquid eorum quæ media ſunt. Præterea aliquid eſt inter ea mediũ, quorum alterum nõ eſt neceſſe in eo quod aptum eſt ad recipiendũ inueniri, niſi quibus unum naturaliter ineſt, ut igni calor, niui candor. In his alterũ ineſſe certum definitúmque eſt neceſſe, non utrumlibet. Non enim fieri poteſt ut ignis ſit frigidus, & nix atra. Non igitur opus eſt alterum ineſſe in omni re admittente, ſed in ijs tantũ quibus naturaliter unum eſt inſitum. atque his unum conuenit certũ definitúmque, non alterutrum. In priuatione & habitu neutrum eſt eorũ quæ diximus uerum, quia nõ ſemper eſt neceſſe alterum in eo poni quod ei patet. Quod enim ſic natura comparatum eſt ut nondum uidere poſsit, neque cæcum dicitur, neque aſpectu præditum: hæc igitur non erunt in ijs contrarijs habenda quæ nihil habent intermedium. Nec etiam*

*ſunt*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſunt in eorum numero quibus aliquid eſt interiectum, quia neceſſe eſt alterum iſtorũ in eo quod aptum eſt ad recipiendum, inueniri, quoniam ubi iam ſic erit animal comparatum ut uidere poſsit, tum aut cæcum dicetur, aut aſpectu præditũ. Ac horum cohæret non alterum definite, ſed alterutrum. Non enim neceſſe eſt aut cæcũ, aut aſpectus cõpos eſſe, ſed utrũlibet. Contrariorũ uerò quæ aliquo medio ſeparãtur, nunquã neceſsitas adigit, ut alterum recipiatur ab omnibus ijs quæ poſſunt illud admittere, ſed à quibuſdã, & his definite unum, non utrũlibet accidit. Hinc planum factum eſt ea quæ ſunt priuationis & habitus, neutro contrariorum modo contendere. Præterea in cõtrarijs, re quæ recipit manente, commutatio fieri poteſt, niſi ſi cui naturaliter inſit unũ, ut igni calor. Etenim ſanum fieri poteſt ægrum, & candidum in nigrum mutari, frigidum in calidum, bonum in malum, malum in bonum. Nam malus ad exercitationes meliores abductus atque rationes, quãuis parum ad bonitatem promouerit, tamen ſi ſemel aliquantulum promouerit, ſine dubitatione aut perfecte mutabitur, aut admodũ magnum capiet incrementum, quia ſemper ad uirtutem procliuior, proniorque efficitur, tametſi non ita magnam fecit initio progreſsionem. Itaque credibile eſt eum magis promouere. Id cum ſemper fit, plane in habitum contrarium uertitur, niſi tempore excludatur. In priuatione & habitu commutatio fieri non poteſt. Ex habitu quidem mutatio fit in priuationem, ex priuatione in habitum fieri non poteſt. Nullus enim cæcus factus, iterum uidit: nec qui caluus erat, comam recepit: nec qui edentulus erat, dentes iterum produxit. Quæ porro pugnant ut affirmatio & negatio, certũ eſt nullo à nobis enu-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

merato genere pugnare. In his enim solis semper est necesse alterum uerum, alterum esse falsum. In contrarijs non item, non in relatis, non in priuatione & habitu. Vt sanitas & morbus contraria, neutrúmque uerum est aut falsum. Similiter duplum & dimidium opponuntur more relatorum, neutrúmque uerum est aut falsum. Nec uera sunt aut falsa, quæ priuationis & habitus esse dicuntur, ut aspectus & cæcitas. Vt summatim dicam, quæ seperatim, sine ulla coniunctione dicuntur, neque uera sunt neq; falsa. At quæ diximus, omnia seperatim efferuntur. At uerò id fieri maxime uidetur in cõtrarijs coniunctis, quia Socratem ualere & Socratem ægrotare sunt contraria. Sed in his non est necesse alterum semper esse uerum, alterum falsum. Si Socrates sit, unum erit uerum, alterum falsum: si non sit, utrunque falsum: quia si non sit omnino, uerum non est eum aut ualere aut ægrotare. In priuatione & habitu, si non sit omnino, neutrũ uerum: si uerò sit, non alterũ uerum semper, alterum falsum. Socratem aspectus esse compotem & cæcum esse opponuntur, uti priuatio & habitus. Si sit, haud necessario unum uerum est alterum falsum. Nam cum sic natura comparatus est, ut nondum uidere posßit, utrunque falsum. Si uerò non sit Socrates, tum neutrum uerum, & aspectus esse compotem & cæcum esse. In affirmatione & negatione, siue sit ille, siue non sit, semper alterum uerum erit, alterum falsum. AEgrotare Socratem & nõ ægrotare sic dicimus, ut eo uiuo itemque mortuo semper alterum uerum sit, alterum falsum. falsum est ægrotare qui non est: non ægrotare, uerum. In ijs igitur solis quæ aiunt & negant, hoc uti proprium inuenitur, alterum uerum esse aut falsum.

De

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

De contrarijs. 12.

CONTRARIVM est necessariò malum bono, id quod inductione rerum singularum perspici potest, ut sanitati morbus, iniustitiæ iustitia, fortitudini ignauia, alijs alia generis eiusdem. Malo autem contrarium est nunc bonum, nunc malum. Exuperantia defectioni contraria, cum sit utraque mala. Itemque mediocritas utrique contraria cum bonũ sit. In paucis uideas istuc. In compluribus bonum malo contrarium. Præterea si unum contrariorum sit in rerum natura, ut alterum sit, nihil est necesse. Si bene ualeant omnes, sanitas erit, non morbus. Similiter si alba sint omnia, candor erit non atror. Atque etiam si Socratem bene ualere & Socratem ægrotare contraria sunt, nec possunt ambo simul eidem inesse, fieri non poterit, ut si unum sit, alterum consistet. Si sit unum quod ait bene ualere Socratem, nõ erit illud quod affirmat eundem ægrotare. Illud quoque perspicuum in eadem re aut specie aut genere, naturaliter existere contraria. Morbus & sanitas in corpore animantis naturaliter insunt: candor & nigror in quouis corpore: iustitia & iniustitia in animo sunt humano. Atque adeo necesse est omnia contraria statui aut in eodem genere, aut in generibus contrarijs, aut ipsa, genera esse. In eodem genere, album & atrum nempe colore. In generibus contrarijs, iustitia & iniustitia: illius genus est uirtus, huius uitium. Bonum & malum non sunt in genere, sed ea nonnullorum sunt genera.

De Priore. 13.

DICITVR aliud alio prius quatuor modis. Primo uel summa proprietate refertur ad tempus, ex quo aliud alio annosum magis & antiquum dicitur. Nam ꝙ longius est tem-



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*pus, aliquid antiquius dici ſolet & magis annoſum. Altero modo prius eſt, quod non reciprocatur in conſecutione, quæ quid eſſe, demonſtrat, ut unum prius eſt duobus, quia ſi duo ſint, continuo eſt conſequens unum eſſe: ſi uerò ſit unum, ut duo ſint nihil eſt neceſſe. Itaque non reciprocatur ab uno conſecutio ad alterum ſtatuendum. Hoc genus prioris eſſe uidetur à quo non retro commeat conſecutio. Alio modo prius dicitur ordine quodam, ut in ſcientijs & orationibus. In ijs ſcientijs quæ utuntur demonſtratione, prius eſt aliquid atque poſterius ordine. In geometria elementa priora ſunt ordine deſcriptionibus. In grammatica literæ ſiue elementa priora ſyllabis. In orationibus ſimilis ordo. Exordium quod proœmiũ uocant, narratione prius eſt ordine. Iam præter ea quæ diximus, id quod melius eſt ac honore dignius, uidetur prius eſſe natura. Multitudo conſueuit uiros ornatiores, & quos magis amat, dicere eſſe priores apud ſe. Nullus eſt fere modus qui iſto ſit magis alienus. Hi ſunt propemodum qui traduntur prioris modi. Sed præter eos quos oſtendi, uidetur alius eſſe: Eorum quæ reciprocantur ea conſecutione quæ quid eſſe demonſtrat, id quod eſt cauſa quoquo modo cur alterũ ſit, merito natura prius eſſe dicetur. Eſſe eiuſmodi quædam perſpicuum. Hominẽ eſſe in ea conſecutione quæ aliquid oſtendit eſſe, reciprocatur cum oratione quæ de eo uere enunciatur: quia ſi homo eſt, oratio uera, qua dicimus hominem eſſe: atq; adeo reciprocatur. Nã ſi uera eſt oratio qua dicimus hominẽ eſſe, homo eſt. Oratio uera haudquaquã eſt cauſa cur res ſit, at res uidetur quodã modo eſſe cauſa cur uera ſit oratio. Etenim quia res eſt aut nõ eſt, ea de cauſa, uera dicitur oratio uel falſa. Quinq; modis igitur aliud alio prius dici poteſt.*

De

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

De uerbo quod est simul. 14.

EA SIMVL esse dicuntur si nihil aliud adiungas, & utare summa proprietate, quæ oriuntur eodem tempore: quia neutrum est eorũ prius & posterius. Hæc simul oriri quia nascuntur eodem tempore, dicũtur. Simul esse natura dicuntur ea, quæ uicissim retro cõmeãt, cum demõstratur ex cõsecutione, si unum sit, alterum esse: nec unum est causa cur sit alterum. Id ostendi potest in duplo & dimidio. reciprocantur ista, quia si duplum est, & dimidium: si dimidiũ, & duplum: neutrúmque causa est cur alterum sit. Atque ea quæ ex eodem genere fluxerunt, & in diuisione sunt opposita, simul natura esse dicuntur. In diuisione sunt opposita, quæ in eadem distributione respondent ex aduerso, ut uolatile terreno & aquatili. Hæc enim cum ducantur ex eodem genere, opposita sunt in diuisione. Animal enim distribuitur in uolatile, aquatile, terrenum. Atque horum nihil prius aut posterius est, sed hæc simul esse natura uidentur. Ac istorum quodlibet rursum distribuere licet in species, ut animal uolatile aliud est terrenum, aliud aquatile. Sunt igitur ea simul natura, quæ ex eodem genere deducta in eadem sunt distributione. Genera autem semper sunt priora formis, quia non reciprocantur in consecutione quæ rem esse confirmat. uerbi gratia, si aquatile est, & animal: si animal est, aquatile esse nihil est necesse. Itaque simul esse natura dicuntur, quæ reciprocantur tum, cum si unum sit, efficit ut sit alterum: atque unum causa non est, cur alterum sit. Et ea quoque quæ ex eodem genere manant, & opposita sunt in diuisione. Simul autem sunt sine ulla adiunctione, quæ eodem tempore oriuntur.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

SEX *genera motus reperiuntur, ortus, interitus, acceſsio, deceſsio, motio, quam uocant altercationem, loci mutatio.* Ex *his alios quidem motus inter ſe differre perſpicuum eſt.* Ortus *enim nõ eſt interitus, incrementum nõ eſt imminutio, neq; loci mutatio.* Hoc *modo differunt alij motus.* In *uarietate alterandi exoritur dubitatio, num ſit interdum neceſſe id quod ſic uariat, ab aliqua motionum cæterarum moueri.* Id *quidem nõ ita eſt.* Ab *omnibus fere aut pleriſq; affectionibus immutamur, nulla cæterarum motionum coeunte ſocietatem.* Non *enim eſt neceſſe creſcere & minui quod mouetur ab affectione.* Eadem *ratio cæterarum.* Itaque *neceſſe eſt alterandi uarietatem à cæteris motibus eſſe diuerſam.* Si *eadem eſſet, continuo quod alteratur, opus eſſet augeri, aut minui, aut aliquam motionum cæterarum comitari, id quod minime neceſſe eſt.* Similiter *quod augetur, aut alio motu uariat, neceſſe eſſet alterari.* at *augentur quædam quæ non alterantur, ut quadratum gnomone circuniecto creuit quidem, nec tamen eſt alteratum.* ac *ita res eſt in alijs eiuſmodi.* Motus *igitur differunt inter ſe.* Eſt *autem generatim quies motui contraria.* Singulis *motibus ſinguli motus contrarij, ut ortui interitus, acceſsioni deceſsio mutationi loci quies in loco uidetur opponi, & maxime in contrariũ locum traiectio, ut motus ex alto ei qui fit ab imo, & contrá.* Ei *qui ſupereſt ex ijs quos tradidimus motus, facile non eſt oſtendere quidnam ſit contrarium.* Nihil *ei uidetur aduerſum, niſi ſi quis in eo quietem qua non mouetur qualitas, opponat ei mutationi quæ fit in contrariam qualitatem, ut loci mutationi, quietem in loco opponimus, aut in cõtrarium locum mutationem.*

Eſt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Est enim motus alterandi mutatio qualitatis. Opponitur ergo mutationi qualitatis tranquillitas qualitatis, aut mutatio in contrariam qualitatem, ut opponuntur hæc, album effici, nigrum effici. Alteratur enim res cum in cõtrarias qualitates fit mutatio.*

De eo quod est habere. 16.

HABERE *dicitur multis modis. Aut enim habitum & affectionem, aut aliam qualitatẽ dicimur habere, ut scientiam atque uirtutem. Aut quantitatẽ, ut aliquis habet magnitudinem: dicitur enim trium quatuórue cubitorum habere magnitudinem. Aut quæ uestiunt corpus, ut uestem & tunicam. Aut aliquid in parte, ut annulum in manu. Aut partem, ut manũ, aut pedem. Aut aliquid in uase, ut medimnus habet triticum, uas fictile uinum: hæc, ut alia omnia uasa habere dicuntur. Aut possessionem, ut domum & agrum. Dicitur etiam uir habere uxorem, uxor uirum. Iste modus habendi, de quo paulo ante, uidetur alienissimus, quia nihil aliud significamus, cum uxorem habere dicimus, q̃ unà cum uxore uirũ habitare. Alij fortasse uidebuntur esse habendi modi, sed enumerati sunt omnes fere, qui solent usurpari sermonibus.*

*Finis categoriarum Aristotelis.*

EXPLANATIONES *Porphyrij in easdem categorias, nunc primum in Latinam linguam à Io. Bernardo Feliciano conuersas, seorsum imprimendas curauimus.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

# ANALYTICORVM PRIORVM, ID EST PARTITIONVM PRIORVM ARISTOTELIS LIB. II.

PARISIIS
*Apud Vascosanum, uia Iacobea sub Fontis insigni.*
M. D. XLVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

[illegible] eR [illegible]ocinatione ex enunciationibus que simplicibus
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] constituta: [illegible] aterum contr plex et
[illegible] ica et ophistica ante quā de his agat in pecie
i tuo [illegible] rtionum bris priorib⁹ is genon lē q ia de tractatione nem
pra [illegible] qua enun [illegible] e illo [illegible] mi [illegible] rma et materia ecommuni explicatur res[illegible] balde
nece ar [illegible] de bilis ad nu las demonstrationis pec es intel igendas. Atq; in suas partes di trib
uendas, e i partiend s Vnde perti n crip o petita videt ur.

Iscr bi n b v ter [illegible] pur æraliōis ide t parti o eur esolutio Quoniā Ilogi smū p ntitur tam
in genere q am in specie in materi lm et ormam Materia porro rip de ab antecedentibus
Cōsequē libr et Repugn ntibus aut i ma in Nece saria probabili et apparenti forma
item triplex ecundum ide io ira Verum q oniā de irta is i lest complexo ex materia
et forma d iplex est Sic a raliōis ide t partitio duplex est generalis quæ prior dicitur de
quā his duobus libris prioribus agitur Et pecialis quæ posterior appellat r de qua duobus
proximis, eq ieribus disputatur Vnde illi prior im partitionē posterior libri n cribuuntur

Cum ex his quatuor libris partitionū et octo topicorum cumeluob n eloc chorum vnicū
corpus absolvatur nmirum Ultima pars dialectica Mirum cuiquam fortel fore possit cur
libri topicorum et elencorum partitionum nō dicantur in quibus agit de sillogismo m ppetie
Cuius rei hæc est ratio Quia in illis de materia tantum i logismi tantum di erit: Cum
eius forma libri præcedentibus satis ir expo ita At vero vbi de ola materia in hol cōmun
sic m eam [illegible] nihil d uiditur aut partiri possit quō it vt partitio num non dicantur.

Licet non solum sillogi suarum partitionem ed etiam compositionem doceat
r amen quia facilior est et notior partitio compositione et quia qui tout partiri
Nouit et componere non contra Potius partitionum quam compositionum
libros in crip it Cæterum maior cura in ptitione quā in cōpositione Arist.
fuerit collocatur. Princeps et primarius huius tertiæ partis dialectices
finis est de demonstratione cuius complexio scientiam p urit.
Incipit est enim dialectica tertia secundæ partis De non tratio pre
porro inter formas racionationis prima optinet lo
quoniam species proba intelligi non possunt nisi
genere De Racioc inatione prius di putat
Primum. Generalis et propositio punctis cōplectens
id quod et præcipuum et q ia i stituti huius
id est tertiæ partis dialectices finis huius
nempe de arte demonstrandi et de
qua demonstratione. 1551.
Paris budæus Lemoyne.
Lutetiæ parisiorum apud
Ramenses hæc
me nerua maud
anit anno dom
ini. 1551
Vale.

Ita hinc cathegoras huius tertiæ Altera est principis partitionis pars
partis finis et copum species quæ de enunciatione et ph hisius
demonstratione agere diuinitatis de ilogismo perfecto et imper
fecto priorū pitionum de sillogismo facto est
in genere.

Ordo hic aut voluntarius est aut a notioribus progreditur quoniā
extremum est racioc inationem po tpont pronunciato quoniam
vtrumque ex ponitur par propo itione nō contra Propositio enim
me extremo et racioc inatione intelligi potest

Extrema pronunciatorum bipharia cō iderantur aut enim sub
iectum referitur ad attributum quo modo dicitur esse in toto vel
in parte aut attributum ad subiectum refertur quo modo dicit
vel de toto subiecto vel de parte aut cōtra si negauter loquaris

Verbum dicitur esse forma propositionis penes quod affirm
atio et negatio spectatur proinde diuisio propositionis affirma
tem quæ est vtile descriptionis secundum qualitatem est quæ in
forma spectatur Subiectum vero materia enunciationis est in qua
quantitas consideratur Idcirco diuisio enunciationis in vniuer salē
et pecialem secundum quantitatem est alia diuisio est enūcia
tionis in ni dialecticā et rethoricā strantē quæ ducta e tab ę ę hinc
cui enunciatio destinatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

## CAPITA LIB. I. PRIORVM ANALYTICON.


De tribus figuris Cap. 1. fol.3
De pronunciatis immutandis.2 fol.4
De immutandis ijs pronunciatis quibus est modus.3 fol.4
De formis ratiocinationum.4 fol.5
Primus ordo ratiocinationum.5 fol.5
De secunda ratiocinationum forma.6 fol.6
De forma tertia.7 fol.8
Colligit quædam communia trium formarum.8 fol.9
De ratiocinationibus mixtis.9 fol.10
Mistura necessariæ enunciationis & alterius haud necessariæ in prima forma.10 fol.11
Misturæ in forma secunda.11 fol.11
Mistura necessarij & non necessarij in tertia forma.12 fol.12
De eo quod contingit ut sit, qualia sint ex eo pronunciata, qualésq; syllogismi.13 fol.14
De ratiocinatione cuius antecedentia sunt contingentia.14 fol.15
Mistura duarum enunciationum in prima forma, quarum una tantum esse significat, altera fieri non posse.15 fol.16
Vt necessaria & contingentia misceantur in prima forma.16 fol.19
Qualis sit conclusio ex duobus contingentibus pronunciatis in secunda forma.17 fol.20
Mistura eius quod contingit, & eius quod est in secunda forma.18. fol.22
Vt in secundo ordine ratiocinationum misceatur quod esse, & quod necessario esse designat.19 fol.22
De duobus pronunciatis contingentibus in tertia forma.20 fol.24
Vt contingentia & iam constantia misceantur in.3 forma.21 fol.24
Mistura necessariorum contingentiúmq; in tertia forma.22 fol.25
Treis haud plures argumentationum formas esse docet, eoq; ratiocinationes omneis posse reuocari.23 fol.26
De enunciationum copia.24 fol.29
De argumentationum partitione.25 fol.36


## CAPITA LIB. II. PRIORVM ANALYTICON.


De prima conformatione Cap.1 fol.46
De secunda forma.2 fol.48
De tertia forma.3 fol.49
De ratione commonstrandi quæ uersatur in orbem.4 fol.50
Secunda forma.5 fol.52
Tertia forma.6 fol.52




© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

De argumentationum mutatione in aduersam partem. Cap. 7 fol.53
Secunda forma.8 fol.54
Tertia forma.9 fol.54
De ratione cõmonstrandi quæ perducit ad id quod fieri non potest.10 fol.55
De tertia forma.11 fol.57
De secunda forma.12 fol.58
De tertia figura.13 fol.58
De ratiocinatione quæ ducitur ex oppositis.14 fol.59
De secunda forma.15 fol.59
De tertia figura.16 fol.59
De repetitione principij.17 fol.60
De ea quæ uidetur esse causa, nec est causa.18 fol.61
De ratione falsa.19 fol.62
De uitanda necessitate ratiocinationum.20 fol.62
De reprehensione quæ dicitur elenchus.21 fol.63
De errore ex opinione.22 fol.63
De conuersionibus quæ fiunt in prima conformatione.23 fol.64
De inductione.24 fol.65
De exemplo.25 fol.66
De ratione abducendi.26 fol.66
De ea contradictione quæ dicitur enstasis.27 fol.67
De re credibili atq; signo.28 fol.68
De enthymemate.29 fol.68
De natura cuiusq; ex forma perspicienda.30 fol.68

Pronunciatum dialecticum a demonstr. bifariam distinguitur. Vsu et materia
Vsu quidem quoniam demonstrator nõ interrogat sed partem
assumit quam putat necessariam. Dialecticus vero utramq; FINIS.
partem interrogat atq; nõ quam putat sed quam concessit
respondens accipit. Materia autem quia altera necessaria est
altera verisimilis quod si nõ quia interrogare dicatur
demonstrator id quidem faciet ut facilius respõdeatur
docear nõ antè abillius responsione pendetur.

## PRIVILEGII SENTENTIA.

Cautum est diplomate Regio, ne quis alius impressor, bibliopola, mercator, institórue librarius, hos Aristotelis de differendi ratione libros ab Iacobo Lodoico Strebæo à græco in latinum conuersos, intra sexennium imprimat, neue uendat. Qui secus fecerit, præter librorum amissionem, mulcta illi Iudicis arbitrio irrogabitur. Datum Parisijs Decimo tertio Calendas Martij, Ann. M. D. XLVIII. ad calculum Ro.

Dialecticum pronunciatum inquit philosophus acha partem altera cõtrad
ictionis tantum interrogat potestate
enim utramque ponendi enim a Respondente altera tamen tantum assumit. Deinde
quod interrogans assumit sic hæc non
repugnant his quæ dicta sunt in topicis

Ex Concilio. Guiot.

Diuidit hic aristoteles pronunciatum categoricum
quod syllogismum categoricum absoluit. Iam
sophisticum pronunciatum licet categoricum sit
non tamen potest syllogismum categoricum cõficere
Sub dialectico pronunciato intellige sophisticum
categoricum quod quidẽ licet nõ omnino tenemen
aliqua ex parte probabile est nẽpe superficie terms
efficta nihil conuenit diuisioni quod diuisorum non
conueniat

Per prolepsim dissolvit quod obijciebat nempe ex pro
interrogatio Verum simul
atq; aras respondere cõcessa
non ut interrogatio sed ut
indubitate respondenti
propositio assumitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Singulas partes propositæ distributionis prosequitur

# ANALYTICΩN PRIORVM, ID EST *partitionum priorum Aristotelis Liber primus.*

## *De tribus figuris.* Cap. I.

generalis propositio est

PRIMVM Dicendum est qua in re uersetur, sine subiectum horum liber primus & cuius artis sit hæc inquisitio: nempe uersatur in demonstratione, atq; demonstrantis est scientiæ. Deinde definiendum, quid pronunciatum quid extremum, quid ratiocinatio, quæ perfecta, quæq; sit imperfecta. Postea quid sit ineſſe toti, aut hoc in illo non ineſſe, quidq; dicamus de omni subiecto, aut de nullo enuntiari. Pronunciatum est oratio aiens aut negans, in qua aliquid de aliquo dicitur. Hæc oratio aut est generis uniuersi aut partis, aut minime definita. Eam dico esse generis uniuersi, quæ omni subiecto nullíue aliquid ineſſe dicit: Partis autem, quæ cuiquam, aut non cuiquam, aut non omni. Non definitam, quæ significat ineſſe aut nõ ineſſe aliquid, sine designatione totius generis aut alicuius partis, ut eã quæ pronuntiat, eandem esse contrariorũ disciplinam, aut uoluptatem non esse bonum. Inter pronunciatum demonstrans & dialecticum hoc interest: quod demonstrans alteram sumit partem contradictionis. Non enim qui demonstrat, is interrogat, sed assumit. Dialectica siue disceptatrix oratio, est contradictionis petitio. Nihil intererit quod attinet ad contexendam utriusq; ratiocinationem, & eius qui demonstrat, & eius qui interrogat: quia uterq; ratiocinatur ubi proposuit aliquid alicui uel ineſſe uel non ineſſe. Quare pronunciatum ratiocinationis non est aliud omnino quàm affirmatio uel negatio, qua aliquid de aliquo dicitur, quẽ-

Vtrum sit principis partitionis pars quæ de enunciatione et partibus eius atque de syllogismo perfecto et imperfecto est.

Singulas propositæ distributionis partes prosequitur pronunciatum definiendum per proprietates formas deinde dividendus proprietas scz. an bona definitionis a qualitate et duisione, vero a quãtitate petimtur

Sub indefinita comprehendit quã vulgo singularem appellant

na prima propositio contradictionem nõ admittit.

Conclusio est quæ ex prædictis colligit naturam propositionis dialecticæ et demonstrativæ et cum hanc abillaseparauerit



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

admodum diximus. Pronunciatum demonstrationis erit, si uerum sit, & assumptũ ex ijs quasi fundamentis quæ principio nituntur. Pronunciatum disputantibus accommodatũ, quod dialecticum uocant, aliud interroganti, aliud ratiocinanti: illi petitio contradictionis, huic assumptio probabilis argumenti aut captiosi, quemadmodum in libris de locis argumentorum diximus. Quid sit pronunciatum, quid differant illud quod est ratiocinationis, & illud quod est demonstrationis atq; disceptationis, diligentius accuratiúsq; postea dicetur. Ad id quod nũc usus postulat, satis multa quæ paulo ante demonstrauimus. Extremum uoco, in quod partitur enunciatio: ut enunciatum, & de quo enũciatur subiectum, uerbo est aut nõ est adiuncto uel separato. Ratiocinatio est oratio qua quum posita sunt quædã, aliud quàm quæ proposita sunt, efficitur necessario, propterea quod ea sunt. Quod dico, propterea quòd ea sunt, sic accipio, propter ea quæ posita sunt aliquid effici: Propter ea quæ posita sunt aliquid effici, est nullius extremi assumendi extrinsecus indigere ad aliquid necessario colligendum. Perfectam uero ratiocinationem uoco, quæ præter assumpta nullius alterius indiget, ut appareat aliquid effici necessario: imperfectam, quæ indiget aut unius, aut plurium. Quæ necessaria sunt assumpta quidem, non uirtute pronunciatorum sed extremorum. Aliud in aliud toto messe, & aliud de alio uniuerso dici, res est eadem. Dico autem de alio uniuerso quiãenunciari, quãdo nulla pars subiecti reperiri potest, de qua aliud nõ dicatur. Eadem est ratio definiendi quid sit de nullo enunciari.

## De pronunciatis immutandis.

QVVM omne pronunciatum significet aut ineſſe, aut necessario ineſſe, aut fieri poſſe ut inſit: quúmque ex his enunciationibus aliæ affirment, aliæ negent, pro cuiusque modi enunciandi ratione. Atque etiam quum & affirmantes & negantes aliæ ſint generis uniuerſi, aliæ partis, aliæ minime definitæ, neceſſe eſt eam quæ modo caret, uniuerſe negantem commutatis extremis reciprocari: ut ſi nulla uoluptas eſt bonum, nullum bonum eſt uoluptas. Affirmantem quoque neceſſe eſt reciprocari non uniuerſe, ſed ex parte: ut ſi omnis uoluptas eſt bonum, bonum quoddam eſt uoluptas. Quæ partem affirmat, uiciſſim commeat neceſſario, ſi pars aliqua declaretur: ut ſi qua uoluptas ſit bonum, bonum quoddam erit uoluptas. Eam quæ negat ſic immutari, nihil eſt neceſſe: non enim ſi animal quoddam homo non eſt, iccirco aliquis homo non eſt animal. Primum igitur ſit propoſitum negans uniuerſe a b. Si in nullo b ineſt a, nullo inerit b: quia ſi cui conueniat, ut c, non erit hoc uerum in nullo b reperiri a. nam c pars eſt eius quod dicimus b. Quod ſi omni b ineſt a, certe b ad a quoddam pertinebit: quia ſi ad nullum pertineret, ſane a ad nullum b pertineret: at hoc erat iam poſitum, a omni b conuenire. Ita res eſt quum in parte uerſatur pronunciatum. Nam ſi a cohæret alicui b, neceſſe eſt ut b cohæreat a nonnulli: quia ſi nulli cohæreret, certe a nulli b cohæreret. Quod ſi a non inſit in aliquo b, nihil eſt neceſſe ut b in aliquo a non inſit, ut ſi b ſit animal, a ſit homo. Homo certe non ineſt in omni animanti, ſed animal omni homini ineſt.

## De immutandis ijs pronunciatis quibus est modus. 3.

EADEM ratio conuertendi pronunciata necessaria: Nam quæ priuat uniuerse, reciprocatur uniuerse: utraque affirmantium mutatur in orationem partis. Etenim si nullũ a necessario est b, nullum b necessario est a, quia si quod b esset a, quoddam a posset esse b. Si autẽ uel omne uel aliquod a sit b necessario, quoddam b erit a necessario, alioqui nullum a erit b necessario. Pronunciatum priuans ex aliqua parte, non reciprocatur ob eandem causam, quam antea dicebamus. In contingentibus (quandoquidem multis modis cõtingere dicimus, nempe & quod est necessariũ, & quod non est necessarium, & quod esse potest) similis erit reciprocatio omnium confirmantium. Nam si contingit ut uel omne uel aliquod a sit b, continget ut aliquod b sit a: quia si nullum foret, nullum a ut esset b contingeret. id supra demonstratum est. Non est eadem negantium ratio, sed quæ contingere dicuntur, aut quod necessario non eueniunt, aut quod non necessario eueniunt, eodem modo reciprocantur. ut si quis dicat, contigit ut homo non esset equus, aut ut nulla uestis esset candida. illud enim necessario non euenit: hoc autẽ euenit sine ulla necessitate. Eadẽ est pronũciati reciprocatio. Etenim si contingit ut nullus homo sit equus, contigit ut nullus equus sit homo: siq; cõtingit ut nulla uestis sit candida, contingit ut nihil candidũ sit uestis, alioqui uestis aliqua candida esset. Hoc antea demonstratũ est. Similis est ratio negantis aliquã ex parte. Quæ uerò dicuntur accidere, propterea quòd plerunq; eueniũt, & suapte natura euenire solent, in quam sententiam declaramus ea quæ contingit ut sint,

sint, non ita reciprocabuntur, quando pronunciatis priuantibus exprimentur. at quod negat uniuerse, non reciprocatur: quod aliqua ex parte, retro commeat: id quod planũ fict, cum de eo dicemus quod ut sit contingit. Hoc nunc tantum præter ea quæ diximus pronunciata, ne fugiat nos hanc orationem. Contingit ut nulli aut alicui non insit, speciem affirmantis præ se ferre. Nam uerbum, contingit, & uerbum, est, eodem modo collocantur. Verbum, est, in ys in quibus de alio enunciatur, semper & in omni re conficit orationẽ confirmantem, ut est non bonum, aut est non album: aut simpliciter, est non istuc. Hoc etiam postea demonstrabitur. Retro, commeabunt haud aliter atque cæteræ enunciationes.

## De formis ratiocinationum. 4.

HIS expositis, hoc iam planũ faciamus, ex quibus, quando, quomodo efficiatur omnis ratiocinatio. Alter locus est demonstrationi, propterea q̃ de ratiocinatione priore loco dicendum: quia latius patet: quoniam demõstratio est ratiocinatio quædam, non omnis ratiocinatio est demonstratio.

### Primus ordo ratiocinationum.

SI tria sint extrema pronunciatorũ siue nomina communia sic disposita, ut ultimum toti medio, & medium toti primo conueniat aut nequaquã conueniat: necesse est conclusionem effici perfectã ex primo & ultimo. Medium uoco, quod ineſt in alio, & in quo ineſt aliud, quod etiam ſitu mediũ est. Primum & ultimum appello, id quod ineſt in alio, & id in quo aliud ineſt. Nam ſi ā de omni b, & b de omni c enuncietur: necesse est ā de omni c enunciari. Diximus antea in quã ſententiam uellemus accipi aliquid de omni alio enunciari. Itémque ſi ā de nullo b, & b de omni c dicatur: ā in nullo c

inerit. Quod si primum extremorũ toti medio sit cõsequens, medium uero de postremo non dicatur omnino, non poterunt concludi primum & ultimum: quia nihil colligitur necessario ex antecedentibus quae sunt eiusmodi: quoniam primum in omni postremo, & in eo nullo potest inesse: quapropter neque totum neque pars necessario concluditur. Quod autem nihil ex ijs efficitur necessario, non erit ratiocinatio. Orationis in qua primũ insit in omni postremo sint hæc nomina, quæ pronunciatorum dicimus extrema: animal, homo, equus: eius in qua nulli insit, animal, homo, lapis. Ac si neque primũ medio, neque medium postremo conueniat: ne sic quidem ratiocinatio constabit. Statuantur hæc nomina, scientia, linea, medicina, quorum primum & ultimum cõueniunt: hæc quoque, scientia, linea, unitas, quorũ alterum alteri non cõuenit. Perspicuum est igitur, si extrema enunciationum efferantur uniuerse, in ea quasi forma interdum fore ratiocinationẽ, aliquando nullam futurã: ac si qua sit, opus esse sic extrema collocari, uti diximus: si ita sint constituta, aliquam futuram. Si unum extremorum efferatur uniuerse, alterum pro parte cum altero cõiungatur: si quantitas uniuersi generis statuatur unà cum primo extremorũ uel aiente uel negãte: quantitas uero partis cum ultimo aiente, ut efficiatur ratiocinatio perfecta, necesse est. Si statuatur cum ultimo, aut si quoquo modo aliter extrema collocentur, ratiocinatio fieri non poterit. Primum extremorum dico, quod de medio enunciatur: ultimum, quod sub medium subijcitur. Omne b sit ā, quoddam c sit b, certe si de omni dici illud est quod ostendimus initio, necesse erit, ut aliquod c sit ā. Atque si nullum b sit a, & alterio quod c sit b, necesse est ut aliquod c non sit a. Explicauimus

quid

quid esset hoc de nullo enũciari. Erit igitur perfecta ratiocinatio. Itemq; si b,c sit enunciatio minime definita & aiens. Erit enim ratiocinatio eadẽ illius incertæ & pro parte sumptæ. Si quãtitas generis uniuersi statuatur in ultimo nomine siue affirmet sine neget, haud erit ulla ratiocinatio uel inficiantis uel aientis: uel incertum quiddã pronunciantis, uel aliquam enunciantis partem: ut si quod b sit ã, aut non sit, & omne c sit b. Cohærentia sint hæc nomina, bonum, habitus, prudentia: non cohærentia, bonum, habitus, inscitia. Atque etiam si nullum c sit b, & b quoddã sit aut non sit a, aut non sit omne a, ne sic quidem efficietur ratiocinatio. Cohærentia sint extrema, album, equus, olor: nõ cohærentia, albũ, equus, coruus. Eadem est ratio, si a b sit oratio minime certa atque definita. Nec erit necessaria concludendi ratio, si pronunciatũ in quo primum statuitur extremorum uniuerse confirmet aut neget: id uero in quo positum fuerit ultimum, partem neget, siue pars aliqua designetur, siue maneat incerta: ut si omne b sit ã, & c quoddam non sit b. Nam cui non conuenit medium, ei toti nulliq; cõueniet primũ. Ponãtur hæc extrema, animal, homo, album: deinde sumantur olor & nix, de quibus cum sint alba, non enunciatur homo. Animal igitur de uno toto, de altero nullo dicetur: quapropter nulla erit ratiocinatio. Præterea nullum b sit ã, & c quoddã ne sit b, extremaq; sint, inanimũ, homo, album: deinde sumantur olor & nix de quibus non enunciatur homo. Inanimum de uno toto dicitur, & de altero nullo. Præterea quoniam hæc oratio nõ est definita, b non est aliquod c: atque uerum est, si nullum, siq; non omne b sit c, non esse aliquod c. Quapropter si sumpta fuerint extrema, quæ nullo pacto cõueniant, nihil necessario cõ-

cludetur. Id quidē iam demōstratum est. Perspicuū est igitur, si sic habeant extrema, nullam ratiocinationem futurā: alioqui esset in illis quædā. Eodē modo poterit ostendi, si positū fuerit, quod uniuerse neget. Quod si ambo uelut interualla pro parte enuncientur affirmando uel negando: aut si alterū cōfirmet, alterū neget: aut si alterū definitum, alterū non definitū sit: aut si sint ambo minime definita, nihil efficietur necessario. Extrema omniū cōmunia animal, album, equus: animal, album, lapis. Ex ijs quæ diximus apparet, si quid efficiatur necessario in hac forma, cum partis est enunciatio: necesse esse ita uerba cōstitui, uti diximus: atq; si ita fuerint collocata, aliquid effici necessario: si aliter collocētur, nihil cōcludi. Atq; certū est omnes in hac forma ratiocinationes esse perfectas, quia perficiuntur ex ijs quæ ab initio assumpta sunt: & omne genus quæstionis hac forma posse demōstrari: quandoquidē nullum est quod nō aut uniuerse dicatur, aut aliqua ex parte uel affirmando uel negando. Eam formā uoco primā.




## De secunda ratiocinationum forma. 6.

CVM idem ineſt in uno toto, in altero nullo: aut in utroque toto, aut nullo: eam formam appello secundam, in qua id dico medium quod enunciatur de primo & ultimo extremorum. Extrema dico de quibus enunciatur mediū: Maius, quod prope medium situm est: Minus, quod longius distat a medio: Medium collocatur extra parteis summas, atque situ primū est. Nulla igitur erit hac in forma ratiocinatio perfecta. Poterit autem fieri tum si uniuerse efferantur extrema, tum si non uniuerse. Aliquid necessario concludetur uniuerse, si medium huic omni, illi nulli insit: etiamsi utrumlibet extremorum neget, aliter nunquā. Nullum n sit m, omne ō sit m. quia

negans




negans oratio reciprocatur, nullũ m erit n. M. uerò de omni ō dicebatur, quapropter nullum ō erit n. Id ante demonſtratũ eſt. Præterea, ſi n omne ſit m, nullum ō ſit m, nullum ō erit n: quia ſi nullum m ſit ō, nullũ ō erit m. At n omne erat m, quare nullũ n erit ō. Nam facta eſt regreſſio ad primam formã. Quia reciprocatur oratio quæ totũ tollit, nullũ ō erit n: quapropter erit eadẽ uis ratiocinãdi. Hæc quoq; demõſtrare poſſunt ij qui rem eo perducũt, ut quod omnino fieri nequit, cõcludatur. Quare certum eſt aliquid effici neceſſario, ſi quẽadmodũ oſtẽdimus, extrema ſtatuãtur: ſed ratio argumentandi perfecta nõ eſt, quia nõ modo ex ijs quæ aſſumpta ſunt initio, ſed & ex alijs perficitur. Si uerò m dicatur de omni n ō, nõ efficietur ratiocinatio. Sint hæc cohærẽtia, ſubſtãtia, animal, homo: non cohærẽtia, ſubſtãtia, animal, numerus, ex quibus ſubſtantia mediũ eſt. Nõ efficietur etiã, ſi m neq; de n ullo, neque de ō quopiã dicatur. Extrema ſint familiaria, linea, animal, homo: aliena, linea, animal, lapis. Ex ijs planũ factũ eſt, ſi uerbis generatim ſumptis efficiatur aliquid neceſſario, eo quem diximus ordine opus eſſe: quia ſi aliter digerantur, non eſt neceſſaria concluſio. Cum uerò de alterõ generatim medium enunciatur, ſi de maiore dicatur uniuerſe uel affirmando uel negando: atq; de minoris aliqua parte, quæ toti ſit oppoſita, quam oppoſitionem ſic accipi uolo, ut ſi totum tollatur, pars affirmetur & contra: neceſſe eſt partem concludi negando. Nam ſi nullum n ſit m, & ō quoddam ſit m, ut ō quoddam ne ſit n eſt neceſſe. Quod enim cõmeat retro quæ totum negat oratio, nullum m erit n: at ō quoddam eſſe m dicebatur, quapropter ō quoddam non erit n. Sic enim ordine primæ formæ ratiocinatio conficitur. Contra ſi n omne ſit m,



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Confirmatio Cesare baroco mutato in ce sare caballinum Cum per barbara.

& ō quoddā non sit: ut ō quoddam ne sit n est necesse: quia si omne ō esset n cum de n omni dicatur m: omne o necessario esset m: at ita cōuenerat, ō quoddam non esse m. Quod si de toto n dicatur m, non ita de toto. ō, nalebit ratio, quia non omne ō est n: cuius rei demonstratio est eadem. Si m de ō toto, non item de n omni dicatur: non erit necessaria conclusio. Extrema cōsentientia, animal, substantia, coruus: dissidētia, animal, album, coruus. Non efficietur etiam quicquam, si m de nullo ō & de n aliquo dicatur. Extrema amica, animal, substantia, unitas: aliena, animal, substātia, scientia. Cum igitur maior quantitas est contraria minori, sicuti diximus, interdū erit, interdū non erit syllogismus. Si fuerint enūciationes eius dē formæ, ut aientes ambæ aut negātes, nulla erit necessitas cōsequendi: ut initium ducamus à negantibus, negent ambæ, ac oratio prima tollat totum, ut nullum n sit m, & ō quoddā ne sit m. Fieri certe potest ut omne ō & nullū sit n. Extrema quorū alterum alteri non cōuenit omnino, nigrū, nix, animal. Si ō quoddam sit m, quoddā uero nō sit, haud queas extrema reperire, quorū unum alteri toti cōueniat. Nam si omne ō sit n, nullum n sit m: nullum ō sane erit m. at conuenerat unum aliquod esse. Hoc ergo modo nectere extrema non licet: sed res est ex oratione non definita comprobanda: quia uerum est ō quoddā non esse m, si nullum ō sit m. Si autē nullum sit, non efficitur quicquā. unde planum fit, nihil effici si ō quoddā non sit m. Contra ponantur aientes, maioris que quantitatis sit idem situs, ut n omne sit m, ō uero quoddā sit: non erit certa conclusio, quia n & ō & omni & nullo modo conuenire licet. Extrema discrepantia, album, olor, lapis. Cōsonantia inuenire non licebit ob eam causam, quam antea dicebamus: sed demon-






© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

demonſtratio ex eo quod definitum non eſt pronunciatum, ſumenda. Si maior quantitas ſit in enunciatione minoris extremi, ut ō nullū ſit m, & n quoddā ſit m: fieri poteſt ut ō totum aut nullum ſit m. Totum eſt in his, albū, animal, coruus: nullum in his, album, lapis, coruus. Si confirment enunciationes, nihilo plus efficient. Nam quædam extrema nō cohærent hoc modo, ut albū, animal, nix: quædā cohærēt, ut albū, animal, olor. Ex his planum fit, ſi enunciationes ſint eiuſdē qualitatis, & una ſit generis uniuerſi, altera partis, haud quaquā neceſſario concludi: non etiam ſi utrūque pronunciatum pro parte aliqua dicatur affirmando uel negando: aut ſi pro aliqua parte affirmādo, pro aliqua negando: aut pro neutra tota, aut nulla parte definita. Ad hæc omnia demonſtranda ſumantur hæc uerba, album, animal, homo: albū, animal, inanimatū. Ex ijs quæ diximus apparet, ſi digeſta fuerint extrema, quemadmodū diximus, ſyllogiſmū fieri neceſſario, & ſyllogiſmus ſi quis ſit, ita extrema collocari. Atque illud appareat, omnes hac in forma ratiocinationes ueras eſſe: quia perficiuntur omnes aſſumptis quibuſdam, quæ neceſſario inſunt in extremis: aut ſubijciuntur ut quædam cōditiones: ut cum rem demōſtramus per id quod fieri nequit. Apparet quoq; nullā ratiocinationem hac in forma cōfici, quæ prorſus affirmet, ſed omnes tam ex toto quàm ex parte conſtantes negare.




## De forma tertia. 7.

SI VNVM inſit in aliquo omni, alterum in eodē nullo: aut ambo in eodem omni, uel nullo: hoc formæ genus tertium uoco. In ea medium eſſe dico, de quo reliqua duo enunciantur. Extrema ratiocinationis ea, quæ de medio dicuntur. Maius extremum, quod longius diſtat à medio: Minus quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



est propius: Medium collocatur extra duo rationis extrema, atque situ postremum est: quapropter ratiocinatio perfecta non est in hac forma. Poterit autem aliquid effici necessario, si de toto medio, & si no de toto dicantur extrema. De toto hoc modo: si omne r sit p & q, aliquid concludetur necessario: quia quoddã p erit q necessario. Nam quoniam retro ducitur affirmans oratio, quoddam q erit r. Itaque quia omne r est p & quoddam q est r: necesse est quoddã q esse p. Concluditur enim ratio ex ordine primæ conformationis. Hoc etiam demonstrare licet perducendo rem ad absurdum quiddam, quod ut ne fiat necesse est, aut exponendo. Nam si ambo insint in r, si assumatur aliqua pars r, ut n: de ea & p, & q dicetur: quapropter aliquod q erit p. Si q omne r sit q, & nullum r sit p, ualebit argumentandi ratio: quia aliquod q non erit p necessario. Eadem erit ratio demonstrandi retro ducta oratione q r: atque etiam demonstrari potest, ut priora, ex ea ratione, quæ colligit aliquid eorum quæ esse nequeunt. Si r nullũ sit q, & r omne sit p, non erit necessaria conclusio. Sint extrema familiaria, animal, equus, homo: aliena, animal, inanimũ, homo. Neque si de nullo r dicantur extrema rationis, efficietur quicquam. Extrema consentientia animal, equus, inanimũ: dissentientia, homo, equus, inanimum. Est igitur perspicuum, si uniuerse dicantur extrema, interdum fore ratiocinationem in hac forma, aliquãdo nullam fore. Nam si ambo extrema aiunt, quia unum ineſt in altero, necessario concludetur: si negent, non concludetur. Si unum confirmet, alterum neget, si maius neget, minus affirmet, colligetur aliquid ex necessitate: quia alicui parti unius alterum non inerit. Contrà, nulla ratiocinatio. Si unum de toto medio, alterũ de parte eius, sic ut ambo con-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance



confirment, ut aliquid efficiatur neceſſe eſt, ſi alterutrum di-
14 catur uniuerſe. Nam ſi omne r ſit q, & r quoddam ſit p, ne-
ceſſe erit ut quoddam q ſit p. quia cum retro commeet oratio
aiens, p quoddã erit r. Quod igitur omne r eſt q, & aliquod
Mocaro p eſt r, aliquod p erit q: ergo q erit p. Cõtra, ſi quod r ſit q, &
modi quid r omne ſit p, erit neceſſe ut quoddam q ſit p. Eſt eadem ratio
demonſtrandi. Id quoque demõſtrari poteſt, ut priora, & col-
15 16 ligendo quod abſurdum ſit nec concedendũ, & exponendo. Si
Bocardo. confirmet unum, neget alterum, & quod ait, totum ponat: ſi
17 quod eſt minus, affirmet: certa concluſio conſequetur. Etenim
ſi omne r ſit q, & r aliquod non ſit p, neceſſe eſt ut quoddam
q ne ſit p: quia ſi omne q eſſet p, & omne r eſſet q, omne r eſ-
18 ſet p: non erat autem. Demonſtratur etiamſi non referatur ad
formam primam, ſi pars earum quæ r continentur, aſſumatur,
cui p non conueniat. Si extremum maius affirmet, minus tol-
19 lat partem, non erit conſequẽs id quod afferetur: ut ſi r omne
ſit p, & r quoddam ne ſit q. Extrema cohærentia, animatum,
20 homo, animal. Non cohærentia reperire nõ poſſumus, ſi r par-
tim ſit q, partim nõ ſit: quia ſi nullum r ſit q, & r aliquod ſit
q, aliquod r non erit p. at dictum erat omne r eſſe p. Si enim
r omne ſit p, & aliquod r ſit q, quoddã q erit p. At hoc erat
21 dictum nullum eſſe. Sed demonſtratio, ut antea ſumẽda eſt ex
eo quod non eſt definitum. quia ſi non eſt hoc definitum, r non
eſſe q, id quod nulli conuenit, uere dicas alicui non conue-
nire: ſi nulli conueniret, nihil conſequeretur neceſſario. Si ma-
ferison. ius extremũ tollatur ſiue negetur, minus affirmetur, aliquid
22 neceſſario colligetur. Nam ſi nullum r ſit p, & r quoddã ſit q,
quoddam q nõ erit p. Naſcetur iterum prima forma, ſi r q re-
tro ducta fuerit. Si minus extremum tollatur, neceſſaria non

C

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

erit conclusio. Sint extrema cohærentia, animal, homo, agreste: discrepantia, animal, scientia, agreste. Medium est agreste. Nec erit ualida argumentatio, si utrunq; tollatur extremum, unũ totum, alterum ex parte. Extrema nõ consequẽtia, si minus de medio nullo dicatur, animal, sciẽtia, agreste: cõsequentia, animal, homo, agreste. Non erit etiam, cum maius de toto medio, minus de illius parte dicetur. Dissidentia, coruus, nix, album. Conuenientia reperire non licet, si r quoddã non sit q, & quoddam sit. quia si omne q est p, & quoddam r est q, quoddã r erit p. at conuenerãt esse nullũ. Sed utendũ demonstratione ex eo quod non est definitũ. Neq; efficietur quicquã certo, si utrunq; extremorũ de medij parte aliqua dicatur, aut non dicatur: aut unum affirmetur, alterum negetur: aut unũ parti conueniat alicui, alterum nõ omni: aut si neutra pars sit definita. Extrema istorum omnium communia, animal, homo, album: animal, inanimum, album. Certum est igitur & in hac forma interdum fore, interdum non fore conclusionem necessario: & si sit ratiocinatio certa, necesse esse ut ita statuantur extrema. Hoc quoque perspicuum, syllogismos omneis huiusce formæ esse imperfectos: quia perficiuntur omnes assumptis quibusdã. Apparet etiam hoc genere cõformationis nihil uniuerse posse concludi, neque quod tollit, neque quod apponit. 23

Colligit quædam communia trium formarum. 8.

PLANVM fecimus tum nihil plane omnibus in formis necessario cõcludi, si certa non sit ratiocinatio: cum ambo confirmant extrema, uel ambo negant, & partes significãt. Cum uero affirmatio est atq; negatio: si negetur totum, semper est conclu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

clusio maioris extremi & minoris, ut si b uel omne uel quoddam sit ā, ut nullū c sit b. quia ubi retro ductæ fuerint enunciationes, necesse ut ā quoddam c ne sit. Eadem ratio ualet in alijs formis. Semper enim ex conuersione syllogismus efficitur. Nec dubium est quin incertum quod est, ac minime definitum, pro parte affirmante usurpatum, conficiat eandem ratiocinationem in omnibus formis. Atque etiam certū est, ratiocinationes omneis imperfectas perfici ui & ordine primæ conformationis. Omnes enim concluduntur aut ex demōstratione, aut perducendo rem ad id quod est incommodum nec admittendum. Vtroque modo prima fit conformatio, ex demonstratione: propterea ꝙ omnes, immutatione extremorum facta, concluduntur: quæ conuersio reddebat primam formā. Demonstrantur ex eo quod fieri non potest: quoniā dato falso, fit ratiocinatio primæ formæ, ut in ultima forma: ut si omne c sit a & b, efficias aliquod b esse a: quia si nullum b esset a, & omne c esset b, nullum c esset a: at omne c erat a. Sic aliæ species probantur. Licet etiam referre ratiocinationes omneis ad eas quæ in prima forma concludunt uniuerse. Nam quæ sunt in secunda cōformatione, non est dubium quin illorum demonstratione perficiantur: nisi ꝙ non omnes eodē modo, sed quæ pronunciant uniuerse, negante oratione retro ducta: quæ pronunciant partem uel affirmādo uel negando, argumentatione quæ rem perducit ad id quod fieri non potest. Quæ sunt ordinis primi minoris quantitatis, sua ui perficiuntur: licet quoq; demonstrare ex ordine secundo, si quod est necesse ut ne sit, concludatur: ut si omne b sit a, & c quoddam sit b: necesse erit ut c quoddam sit a. quia si nullum c esset a, & omne b esset a, nullū b esset c. Ad scimus argumento secūdæ



*formæ. Similiter ea quæ negat oratio, demonſtrari poteſt. Nã ſi nullum b ſit ã, & quoddam c ſit b, quoddam c non erit ã: quia ſi omne c eſſet a, & nullum b eſſet a, nullum b eſſet c. Hæc autem ſecunda forma. Cũ igitur ratiocinationes omnes ſecundæ conformationis referuntur ad eas generis uniuerſi quæ ſunt primæ, & quæ ſunt partis in prima reuocantur ad eas quæ ſunt ſecundæ: non eſt dubium quin eæ quæ partem ſignificant, referantur ad eas quæ primæ ſunt. Quæ ſunt tertiæ generis uniuerſi, nullo negocio perficiuntur per eas quæ ſunt primæ conformationis. Si partes aſſumantur, reuocandæ ad quantitatis eiuſdem rationes quæ ſint primæ figuræ. Hæ autem relatæ ſunt ad illas: quapropter & illæ quæ ſunt ordinis tertij partem explicantes. Perſpicuum eſt igitur, omnes reuocatum iri ad argumẽtationes uniuerſi generis primæ conformationis. Expoſuimus cuiuſmodi ſint ſyllogiſmi qui aliquid eſſe aut nõ eſſe demonſtrant, ut ſint inter ſe affecti qui ſunt eiuſdẽ formæ, & ij qui ex alijs formis duxerũt originẽ.*

*Verba quæ indicãt qualitatẽ & quãtitatẽ argumẽtationũ.*

Primi ordinis: γεφμματα, ἔγραφε, γραφεισι, πεχικός.
Secũdi ordinis: Ἔγραφε, καπχε, μίτειον, ἄχλον.
Tertij ordinis: Ἅπασι, ἀνθρωπος, ἰξώκις, ἀσωτίδι, ὁμαλὸς, φθίσος.

His respõdẽt. Barbara, celarent, darij, ferio.
Ceſare, camestres, feſtino, baroco.
Darapti, felapton, diſamis, datiſi, bocardo, feriſon.

## De ratiocinationibus mixtis. 9.

QVIA aliud eſt ineſſe alicui, aliud neceſſario ineſſe, aliud contingere ut aliquid inſit. (multa quidem inſunt, ſed ſine ulla neceſſitate: quædã uerò nec inſunt neceſſario, nec inſunt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſunt omnino, ſed contingit ut inſint. )nõ eſt dubium quin iſtorum ſingula uarient argumentationum genera, & aliter ſtatuant extrema: quorum aliud aſſumitur ex neceſſarijs, aliud ex ſimplicibus, & modo carẽtibus, aliud ex contingentibus. In neceſſarijs ſeruantur eadem ferè, quæ in ijs, quæ ſimpliciter aliquid eſſe demonſtrant: quia ſi eodem modo conſtituãtur extrema in utriſque, aut conſtabit, aut non conſtabit concluſio: niſi quòd illa different ab his ea neceſſitate quæ adiũgitur extremis, quum dicuntur aut ineſſe, aut nõ ineſſe. Nam oratio negans eodẽ modo retroducitur, & hic explicabimus eodem modo quid ſit eſſe in toto, quidq; de toto dici. In alijs igitur eodem modo demonſtrabitur ex reciprocatione cõcluſio neceſſaria, quo in ijs quæ modum non habent. At in media forma, ſi quæ totum complectitur, affirmet oratio, quæ partẽ neget: ac iterum in tertia, ſi eadem ſit qualitas & quantitas, non erit eadem ratio demonſtrandi: ſed neceſſe eſt, ut ij qui demonſtrare uolunt, exponant cui neutrum conueniat, ac ita rationem forment. Tum quidem erit neceſſario, ſi quum de aliquo effertur expoſitio, ſit neceſſario. Nam quod aſſumptũ eſt exponendi gratia, eſt aliqua pars eius. Vterque ſyllogiſmus ducitur in ſua forma.*

### Miſtura neceſſariæ enunciationis, & alterius haud neceſſariæ in prima forma. 10.

ACCIDIT *interdum, ut neceſſaria ſit argumẽtatio: tametſi altera tantùm neceſſaria ſit enunciatio, non utrauis tamen, ſed ea quæ conſtat ex medio, extremóque maiore: ut ſi aſſumas b eſſe ā neceſſario, uel non eſſe: & c eſſe b, ſine adiũctione cuiuſquam neceſſitatis. Aſſumptis hoc modo pronunciatis, c neceſſario erit, aut non erit ā. Nam quia b neceſſario*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*uel est, uel non est ā, & c pars est aliqua b: non est dubium, quin c necessario sit a, uel aiens, uel negans. Si ā b sit oratio minime necessaria, & b c necessaria, tum conclusio non erit necessaria: quia si sit huiusmodi, accidet ut b necessario sit a, tum primæ, tum tertiæ formæ demōstratione, id quod est falsum: quia fieri potest, ut eiusmodi sit b, ut ei nullū insit a. Iam planum fieri potest nominibus assumptis, conclusionem haud necessariā fore: ut si a sit motus, b animal, c homo. Homo necessario est animal: animal autem moueri, aut hominem, nihil est necesse. Itémque si neget oratio a b, res poterit eodē modo probari. In ijs argumentationibus quæ non sunt generis uniuersi, sed partis, si enunciatio quæ totum complectitur sit necessaria, conclusio erit necessaria: si altera, quæ partem designat, non erit eiusmodi conclusio, siue neget, siue affirmet ea quæ maiorem continet quantitatem. Sit ea primum, quæ totum amplectitur necessaria: & omne b sit a necessario, & c quoddam sit b, non adiuncta necessitate, quoddam c erit a necessario: quia c est aliqua pars earum, quæ subijciuntur sub b. b autem inerat in omni a. Est eadem ratio argumentationis quæ negat, quia eadem est demonstratio. Si uerò pars sit necessaria, conclusio non erit generis eiusdem: quia nihil accidit quod fieri non possit, ut non euenit in argumentationibus de genere toto. Est eadem ratio negātium. Sint extrema, motus, animal, album.*

Misturæ in forma secunda. II.

IN *secunda conformatione, si quæ negat oratio sit necessaria, conclusio quoque erit necessaria: nō item si quæ ait, necessaria sit. Agamus initio de negante necessario, & nullum b sit a necessario, c uerò sit a sine ulla necessitate: quia pronunciatum*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nunciatum id quod tollit totum retro ducitur, nullum a est b, omne c est a: quare nullum c est b, quia c positum est sub a. Itemq; si neget oratio c a. quia si nullũ c sit a, nullũ a erit c: at omne b est a, quare nullũ b erit c. Sic enim rursum formatur prima figura. Nec igitur b est c, quia eodẽ modo reciprocatur. Si enunciatio aiens sit necessaria, non erit conclusio necessaria. Omne b sit a necessario, nullum c sit a, sed sine ulla necessitate, commutata quæ negat oratione, prima redditur forma. Demonstratum est autem in primo ordine, si necessaria non sit ea maior enunciatio quæ negat, nullam fore conclusionem necessariam: quapropter non erit & in istis. Adde, quòd si conclusio esset necessaria, accideret c quoddã non esse a necessario: quia si nullum c sit b necessario, ut nullum b sit c necesse est: at a quoddam est b necessario, si omne b necessario erat a. Itaque necesse est, ut a quoddã ne sit c. at nihil uetat eiusmodi reperire cui omni insit c. Atque etiã licet nomina assumere & exponere, atque demõstrare conclusionẽ planè non esse necessariam: sed si illa sint necessaria, ut a sit animal, b homo, c album. Enunciationes eodem modo assumãtur: Cõtingit ut nihil album sit animal: nihil igitur album erit homo: sed id nequaquam fiet necessario. Fieri potest ut homo sit albus, non tamẽ quoad nihil album erit animal. Hæc quidem si ita sint, necessaria est: simpliciter, nõ est necessaria. Ita res erit in ijs ratiocinationibus, quæ tãtum colligunt partẽ. Si enunciatio negans tollat totum, necessariaq; sit, conclusio erit necessaria: si qua uerò cõfirmet totum necessaria, altera tollat partẽ minimè necessaria, non erit necessaria conclusio. Prima neget totum necessaria, atque nullum b sit a necessario, quoddam c sit a: quia retro ducitur ea quæ negat oratio,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*nullum ā erit b necessario, & quoddam c erit a: quare necessario quoddam c non erit b. Cōtra, prima sit oratio quæ cōfirmet uniuersè necessaria. Si omne b sit a necessario, & quoddam c non sit a, certum est quoddam b non esse c: id tamē sine ulla necessitate. Sumentur eadem extrema siue nomina ad demonstrandum, quæ sumpta sunt in affirmante syllogismo. Quòd si pronunciatum quod negat partem, sit necessarium, non erit ea de re conclusio necessaria, cuius demonstrationem efficient eadem quæ diximus extrema.*

*Mistura necessarij & non necessarij in tertia forma.* 12.

*IN ultima conformatione si extrema cum medio generatim pronuncientur, & ambo pronunciata confirment: si alterutrū sit necessarium, conclusionem efficiet necessariam. Si unū tollat, alterum ponat: quando necessitas erit in eo quod tollit, erit & in conclusione: si in eo quod asserit, non erit. Sumamus initium ab ijs in quibus utrūque pronunciatum cōfirmat aliquid: ac omne c sit a & b: sitque necessarium c a, quia omne c est b, quoddam b est c: quia totum retro ducitur in partem. Itaque si omne c sit a necessario, & quoddam b sit c, erit necesse ut b quoddam sit a: quia b positum est sub c. Redditur ergo rursum prima forma. Eodem modo res demonstrabitur, si c b necessaria sit oratio: quia superior regreditur in partē c a. Si igitur omne c sit b necessario, & a quoddam sit c, aliquod a erit b necessario. Contrà, neget enunciatio c a, affirmet c b, priorque sit necessaria. quia retro commeat affirmans oratio, quoddā b erit c, nullū c necessario erit a, quoddam b necessario nō erit a. Nā b subijcitur sub c. Si uero pronunciatum confirmans sit necessarium, nulla erit in conclusione necessitas. Sit c b aiens & necessariū, c a negans minimeq; necessarium.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*neceſsarium. quia reciprocatur aiens, quoddam b erit c neceſſario: quare ſi nullum c eſt a, & quoddam b eſt c, quoddã b non erit a: at id euenit ſine neceſsitate. Demonſtratum eſt enim in prima forma, ſi oratio quæ negat haud ſit neceſſaria, concluſionẽ haud fore neceſſariam. Iam res erit perſpicua nominibus aſſumptis. Sit a bonum, b animal, c equus: contingit ut nullus equus bonus ſit, neceſſe eſt ut equus omnis ſit animal: concluſio non eſt neceſſaria, ut animal quoddam non ſit bonum: quandoquidẽ animal omne poteſt eſſe bonũ. quod ſi forte fieri non poteſt, aliud extremum collocandũ, ut uigilare aut dormire: quia nullum eſt animal cui non poſsint hæc accidere. Quando concluſio futura ſit neceſſaria, ſi extrema cum medio pronuncientur uniuerſe, diximus. Si unum complectatur totum, alterum partem, & utrunque confirmet: ſi quod uniuerſum eſt, habeat neceſsitatem, addet neceſsitatem concluſioni. Eadem eſt demonſtratio quæ prior. Etenim retro commeat ea quæ partem affirmat oratio. Si igitur eſt neceſſe ut omne c ſit b, & a ſubijcitur ſub c: neceſſe eſt ut a quoddã ſit b. Si quoddam a ſit b, ut quoddam b ſit a, neceſſe eſt. Eiuſmodi quidem retro commeat oratio. Itemque ſi c a ſit neceſſarium, totumque pronunciet: b enim ſub c ſubijcitur. Si uero quod partem pronunciat neceſſarium ſit, concluſio non eſt neceſſaria. Sit c b quod partem deſignet neceſſarium, & omne c ſit a, non tamen ex aliqua neceſsitate, ubi retro ductum fuerit c b, reddetur forma prima: in qua pronunciatum generis uniuerſi non eſt neceſſarium: quod partis eſt, neceſſariũ. Cum generis huius enunciationes eſſent, non erat concluſio neceſſaria: quapropter nõ eſt in iſtis. Præterea extrema, ſiue uerba, demonſtrant. Sit a uigilat, b bipes: ſubijciatur animal, ut*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*quoddam c ſit b neceſſe eſt, & omne c eſt ā, non eſt neceſſe ut b ſit ā. Nō enim neceſſe eſt ut bipes uigilet aut dormiat. Atque ſimiliter ex ijſdem uerbis ſiue nominibus res demonſtrabitur, ſi c ā ſit partis alicuius & adiunctam habeat neceſſitatem, concluſionem haud fore neceſſariam. Si unum extremorum confirmet, alterum neget: ſi quod totum pronunciat, neget, atque neceſſarium ſit, adiunget neceſſitatem cōcluſioni. Nam ſi nullum c eſt ā neceſſario, & c quoddam eſt b, neceſſe eſt ut b quoddam ne ſit ā. Si quæ affirmat oratio, neceſſaria ponatur, ſiue totum ſiue partem ſignificet: aut ſi quæ negat, partem modò tollat: nulla erit neceſſitas concluſionis. Reliqua dicemus eadem quæ in prioribus. Sint extrema, ſi oratio maioris quantitatis affirmat neceſſaria, uigilat, animal, homo: medium eſt homo. Si minoris eſt quantitatis quæ ait neceſſaria, uigilat, animal, album: neceſſe eſt ut aliquid eorum quæ ſunt alba, ſit animal: ſed fieri poteſt ut nullū uigilet, nec opus eſt ut animal quoddā non uigilet. Si quæ tollit partem enunciatio neceſſaria ſit: ſumantur hæc extrema, bipes, mouetur, animal: mediū eſt animal: non eſt dubiū quin nullus ſit futurus ſyllogiſmus, qui ſine ui neceſſitatis aliquid efficiat, ſi ambo pronūciata non ſignificent ſimplicer aliquid eſſe. Eſt argumētatio neceſſariæ concluſionis, uel ſi altera tātum ſit neceſſaria. In utroque genere, ſiue argumentationes colligant, ſiue tollāt, neceſſe eſt ex antecedētibus unum pronunciatum ſimile eſſe concluſioni. Simile accipi uolo hoc modo: ſi concluſio tantum dicat aliquid eſſe ſine ulla neceſſitate, ut antecedens pronunciatum ſit illius generis: ſi neceſſaria, ut neceſſarium ſit. Hoc igitur certum eſt concluſionem neq; neceſſariam eſſe, neque ſtatuentem aliquid ſine adiunctione cuiuſquam*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*cuiuſquam neceſsitatis: niſi fuerit aſsumpta oratio neceſsaria, aut pronũcians ſine ui neceſsitatis. Satis multa prope diximus de neceſsario, ut efficiatur, & quid differat ab eo quod ſimpliciter enunciat.*

*De eo quod contingit ut ſit, qualia ſint ex eo pronunciata, qualéſque ſyllogiſmi.* 13.

HIS *expoſitis, de contingentibus agamus, quando, quónam modo, & ex quibus efficietur argumentatio. Id autem contingere, & in numero contingentium eſſe dico, quod non eſt neceſſe quidem ut ſit: ſi tamen dicatur eſſe, ex ea re nihil affertur abſurdum, & quod effici nequeat. Quum dicimus neceſſarium cõtingere, nomine ſeruato ratio diuerſa eſt. Eam eſſe uim contingentium perſpicuum eſt ex affirmationibus, negationibúſque ex aduerſo reſpondẽtibus: hæc aut ſunt eadem, aut ſaltem conſequentia: Non cõtingit ut hoc ſit: hoc nõ poteſt eſſe: hoc eſt in ijs quæ fieri nequeunt: neceſſe eſt ut hoc ne ſit. Ob eam cauſam quæ aduerſantur his, ut contingit ut hoc ſit: hoc poteſt eſſe: hoc non eſt in eorum numero quæ eſſe non poſſunt: non eſt neceſſe ut hoc ne ſit: aut ſunt eadem, aut conſequentia. Nihil eſt enim cui non conueniat aut affirmatio, aut negatio. Erit igitur id quod dicimus contingere, minimè neceſſarium: quodq; non eſt neceſſarium, id ut ſit cõtingit. Atque pronunciata omnia, quæ conficiuntur ex eo quod eſt contingere, ex aduerſo reſpondere queunt. Non dico affirmantia negantibus cõmutari: ſed quibus eſt ſpecies quædam affirmationis ex oppoſitione: ut cõtingit ut hoc ſit, cõſequens eſt huic, contingit ut hoc non ſit: & hoc accidit omni, conſequens eſt huic, accidit nulli, aut non omni: & illud, accidit alicui, reſpõdet huic, accidit non omni. Itemq; in cæteris. Nam*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quoniã non eſt id neceſſariũ, quod ut ſit contingit: ac id quod non eſt neceſsarium, poteſt non eſse: non eſt dubium quin ſi contingat ut b ſit a, contingat etiam ut non ſit: & ſi accidat ut omni b conueniat a, poſsit accidere ut omni non cõueniat. Eſt eadem ratio earum quæ partem explicãt affirmationum, propterea quòd eſt eadem demonſtratio. Enũciationes huiuſmodi affirmant, haud negant. Sic enim uerbũ, cõtingere, ſtatuitur, ut eſſe: quemadmodum demõſtratum prius eſt. His expoſitis hoc repetamus, aliquid contingere duobus modis dici: uno, quum plerunq; accidit, at citra neceſsitatem, ut hominem caneſcere, aut augeri, aut minui, aut ut ſummatim dicã, quicquid aliquando natura fert. Id enim quia non eſt perpetuum, nullam habet neceſsitatem, quia non ſemper eſt homo. Verùm ſi ſit homo, aut eſt neceſſarium, aut plerũque euenit: altero modo id quod non eſt definitum, ſed hoc aut illo modo fieri poteſt, ut animal ingredi, aut eo gradiente terræ motum citari, aut generatim, quicquid à fortuna ſumpſit initiũ: quia nihilo magis in eam partem comparatum eſt, quàm in cõtrariam. Vtrunque genus contingentium enunciationes oppoſitas habet conſequentes, nõ tamen eodem modo: ſed id quod natura fert, habet conſequens id quod eſſe non eſt neceſſe. ſic enim contingit, ut homo non caneſcat. Illud quod non eſt definitum, reſpondet ei quod nihilo magis in unam partẽ comparatum eſt, quàm in alteram. Sciẽtia atque demonſtratio ex contingẽtibus nequaquã definitis effici non poteſt, propterea quòd medium non ſeruat ordinem. Ex ijs quæ natura accidunt, effici poteſt: ac omnes ferè orationes, inueſtigationéſque pertinent ad id genus contingentium. At illo modo licet quidem ducere argumentationem, ſed ea quæri non ſolẽt. Sed

hæc

*hæc apertius posſea dcclarabũtur. Nunc quando, quo modo, & quis erit ſyllogiſmus ex pronunciatis contingẽtibus, explicemus. Quia uerò quum dicimus, contingit ut hoc in illo inſit: duobus modis accipi poteſt, uno ſic: hoc ineſt in illo: altero uerò, fieri poteſt, ut hoc inſit in illo. Nam a cõtingere ei de quo b enunciatur, alterum horum ſignificat, aut de quo b dicitur, aut de quo dici poteſt: hæc autem non differunt, contingit ut a ſit id de quo dicitur b: & contingit ut omne b ſit a. Certum eſt igitur duobus modis poſſe dici, contingit ut omne b ſit a. Primum dicamus, ſi contingat ut c ſit b, & b ſit a, quis & qualis erit ſyllogiſmus. Sic enim ambo pronunciata ſumuntur ex contingentibus. Quum uerò, cõtingit ut a ſit id quod b eſt, unum ſignificat rem ſimpliciter eſſe: alterum, ut ſit, accidere. ab ijs igitur quæ ſunt eiuſdem formæ, ducendum eſt initium.*

De ratiocinatione, cuius antecedẽtia ſunt contingẽtia. 14.

*SI contingat ut omne b ſit a, & omne c ſit b, perfecta erit argumentatio atq; concluſio: nempe hæc, contingit ut omne c ſit a. Id perſpici poteſt ex definitione. Sic enim definiebamus, quid eſſet, aliquid alteri toti accidere. Erit quoque concluſio perfecta, ſi contingat ut nullum b ſit a, & omne c ſit b: cõtinget ut nullum c ſit a. Nam quod cõtingit ut a nihil ſit de quo b dici poteſt, illud eſt haud quicquam relinquere contingentium quæ b continentur. Si contingat ut omne b ſit a, & nullum c ſit b, ex eiuſmodi enunciationibus aſſumptis, nihil efficitur certo. At ſi c b mutata fuerit, ut ſolent eæ mutari quæ contingere ſignificant: erit eadem ratiocinatio quam prius oſtendimus. Nam quia contingit ut nullum c ſit b, accidere poteſt ut omne c ſit b. Id quidem ſupra demonſtratũ eſt. Ita-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

que ſi fieri poteſt ut omne b ſit ā, & omne c ſit b: rurſum ſyllogiſmus idem concludetur. Similiter ſi in utroque pronũciato negatio poſita fuerit, unà cum euentu contingentium, uerbi gratia, ſi accidere poſsit ut nullum b ſit a, nullumq; c ſit b: ex aſsumptis enunciationibus nulla fit ratiocinatio: at ſi mutentur in contrariam qualitatem, eadem erit quam ſupra diximus. Ex ijs perſpici poteſt, ſi negetur extremũ minus, aut ſi utraque neget enunciatio: aut nullam certo effici concluſionem, aut effici quidem ſed imperfectã: propterea quòd ex immutatione qualitatis neceſsario cõcluditur. Si una ſit uniuerſi generis oratio, altera partis, ac cum maiore extremo ſit quantitas maior, erit ratiocinatio perfecta: ut ſi contingit ut omne b ſit a, quoddã c b, fieri poteſt ut quoddã c ſit a. Id demonſtrari poteſt ex definitione eius quod eſt toti accidere. Contrà ſi contingat ut nullum b ſit a, quoddã c ſit b, neceſsario colligetur fieri poſse ut quoddam c ne ſit a. Eius cõcluſionis eadem eſt demonſtratio. Si quæ partem deſignat oratio ſumpta fuerit ex negantibus, quæ totum complectitur ex affirmantibus: (ſit idem ſitus & ordo) ut contingat ut omne b ſit a, quoddam c ne ſit b, ex aſsumptis enunciationibus nõ efficietur aperta concluſio. At ſi quæ partem ſignificat mutata fuerit, ut dicatur fieri poſse ut quoddam c ſit b: eadem futura eſt concluſio, quæ ſuperior illa de qua dicebamus initio. Si ſumatur oratio maioris extremi pro parte, minoris autẽ pro toto, ſiue ambæ ſumãtur è numero aientium, ſiue negantium: ſiue non ſint eiuſdem formæ & qualitatis, ſiue neque certæ neque definitæ: ſiue partem ſignificent ambæ, nihil concludetur neceſsario. Nihil enim prohibet quominus b ſuperet a, nec de paribus enuncietur: aſsumatur ergo c, pars in b quæ

non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*non eſt in a: non contingit ut ei uel omni uel nulli, uel cuiquã uel non cuiquam conueniat a: ſiquidem mutantur enunciata contingentia, & in pluribus ineſt b quàm a. Perſpici poteſt id quod dicimus, ſi uerbis pro literis utare. Ita poſitis enũciationibus, neceſſe eſt ut primũ nulli accidat ultimo & omni. Extrema ſint omnium communia, cohærentia neceſſario, animal, album, homo: non cohærentia, nec contingentia, animal, album, ueſtis. non eſt dubium quin eo modo conſtitutis extremis, nulla futura ſit ratiocinatio. Omnis enim ſyllogiſmus aut oſtẽdit aliquid eſſe tantũ, aut neceſſario eſſe, aut accidere poſſe. At perſpicuum eſt nõ eſſe argumentationẽ, quæ uel eſſe, uel eſſe neceſſario demõſtrat: quoniam quæ negat tollit affirmantem, aiens negantem. Relinquitur ergo ut ſit aliquã ex contingentibus: id quod nequaquam fieri poteſt. Nam demonſtratum eſt, ita conſtitutis extremis, neceſſe eſſe ut primũ conuenire poſsit ultimo toti, atque nulli: quapropter non erit argumentatio, quæ oſtendat aliquid contingere. Quod eſt neceſſarium, id non eſt quod ut ſit contingit. Perſpicuũ eſt igitur ſi extrema dicantur uniuerſe in pronunciatis contingentibus, ſemper necti ratiocinationem in conformatione prima, ſiue affirment ſiue negent: intereſt tamẽ, ex illis perfecta nectitur, ex his imperfecta. Non debet autem uerbum, contingere, numerari in neceſſarijs, ſed ita capi ut diximus in definitione: interdum fallit ita ſumptum.*

*Miſtura duarum enunciationum in prima forma, quarum una tantum eſſe ſignificat, altera fieri poſſe.* 15.

SI ALTERVM *pronunciatum aſsumatur ſignificãs aliquid eſſe, alterum poſſe accidere: ſi quod maius extremum tontinet, aliquid poſſe fieri & nõ fieri ſignificat, erũt argu-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mentationes omnes illæ perfectæ, atque aliquid efficiēt contingentium, ut ostendit ea definitio quam declarauimus. Si quod minus extremum continet, in numero contingentiū sit: ratiocinationes omnes erunt imperfectæ, etiam negātes: nec pertinebunt ad id genus contingentium quod descripsimus, sed ad id quod necesse est aut nulli aut non omni conuenire. Si nulli aut non omni necessario cōueniat, dicimus contingere posse ut nulli & non omni conueniat. Contingat ut omne b sit a, dicatur omne c esse b: quia c positum est sub b, & accidere potest ut omne b sit a: certū est fieri posse ut omne c sit a. Efficitur enim ratiocinatio perfecta, haud aliter, quū pronunciatū b a negat, c b confirmat: ac illa contingere, hæc esse designat, futura est perfecta argumentatio qua concludetur, fieri posse ut nullū c sit a. Quum igitur in oratione quæ minus extremū continet ponitur affirmatio simplex, haud dubie syllogismi colliguntur perfecti. Si contrà statuatur illud extremum, & uelis ostendere rationes ualere, utendum tibi demonstratione, quæ perducit ad aliquid absurdum. Ac simul perspicies, eiusmodi rationes non esse perfectas: quia demonstratio ex assumptis enunciationibus non ducitur. Principio dicēdum est, si tum b necesse est esse, quum est a, oportere b in ijs quæ fieri possunt haberi necessario, si a dicit id quod fieri potest. Esto, si res ita sint, alterum pro quo usurpatur a, in numero eorū quæ fieri possūt, b uerò in ijs quæ fieri nequeūt: si quod esse potest, tum erit quū poterit esse. id sane quod esse non potest, quia est in ijs quæ euenire non possunt, non erit. Simulq; si a potest esse, b uerò nō potest: accidet ut efficiatur a sine b, si efficiatur ut sit: quia quod effectum est, illud est. Quod dicimus fieri posse, & quod fieri non posse, non solùm

debet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*debet accipi id quod gigni poteſt, aut non poteſt : ſed etiam quod uerè dicitur re ipſa eſſe eiuſmodi, & quoquo modo dicitur aliter, ſine adiunctione. omniũ quidem ſimilis erit ratio ſignificationum. Præterea quũ dicimus, ſi a ſit, ut b quoque ſit eſſe neceſſe : nemo debet exiſtimare b futurum, quia aliquid unum ſit a . nihil enim neceſſario eſt: propterea quòd unum quiddam ſit, ſed quòd duo minimum: ut ſi enunciationes digerãtur in ratiocinatione, quemadmodũ diximus. Nam ſi c dicatur de d, d uerò de ē: neceſſe eſt ut de ē dicatur c. Si utrunque ſit in eorum numero quæ fieri poßunt, eiuſdem generis erit concluſio: ut ſi quis ſtatuat ā pronũciata antecedẽtia, b uerò concluſionem, accidet non ſolùm, ut ſi ā ſit neceſſarium, b quoque neceſſarium ſit: uerumetiam ut ſi ā fieri poſſit ſine ulla neceßitate, b quoq; ſit generis eiuſdem. Ea re demõſtrata perſpici poteſt, ſi quis proponat aliquid ut falſum, non ut id quod fieri nequit: fore ut ſit falſum quod ex eo cõficitur, accepta conditione: non tamen in ijs quæ fieri nõ poſſunt: ut ſi ā ſit falſum, non tamen è numero rerum quæ nunquam euenire poſſunt: ſíq; b iccirco eſt, quòd a eſt: b falſum erit quidẽ: non tamen erit in ijs quæ nullo modo fieri queũt. Nam demonſtratũ eſt, ſi ſit a, b eſſe: ſi a fieri poßit, b fieri poſſe: hoc autem cõuenit a fieri poſſe . poterit igitur b fieri: quia ſi non poßit, idem ſimul poterit, & non poterit eſſe. His expoſitis, omne b ſit a, & contingat ut omne c ſit b: neceßario concluditur , accidere poſſe ut omne c ſit a. Ne contingat ut iſtuc ſit: contingat autem, ut omne c ſit b: id quidem falſum, ſed effici poteſt. Si igitur non contingit ut omne c ſit a, & omne c eſt b: non contingit ut aliquod b ſit a . In tertia forma nectitur hæc argumentatio . at conuenerat, accidere poſſe ut*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*omne b esset a: necesse est igitur contingere, ut omne c sit a. Nam falso proposito, quod euenire potest: efficitur atq; concluditur id quod euenire non potest. Licet & argumentatione primæ formæ demonstrare id quod colligitur absurdum, si proposuerimus c esse b. Si enim omne c est b, ac contingit ut omne b sit a: continget ut omne c sit a. at conuenerat non contingere, ut omne c esset a. Quum dicimus, contingere ut aliquid omne sit illud: nõ debemus ita accipere, ut tẽpore, uerbi gratia, præsenti definiamus, aut aliquo certo, sed simpliciter, hoc est sine designatione certi cuiusdã temporis: quia ex enũciationibus eiusmodi connectimus syllogismos: quandoquidẽ si aßumatur oratio quæ designet tempus præsens, nihil efficietur necessario. Nihil enim fortasse prohibet, quo minus aliquando quicquid moueatur sit homo: ut si nihil aliud moueatur. Contingit autem ut omnis equus moueatur: at nullus equus est homo necessario. Præterea sit primum animal, mediũ uerò quod mouetur: ultimum extremorum, homo. Enũciationes erunt generis eiusdem: conclusio necessaria non ea quæ possit esse & nõ esse: quia necesse est ut homo sit animal. Perspicuum est igitur sumẽdum genus uniuersum sine designatione temporis: non autem certo tempore definiendum. Contra, sit enũciatio prima generis uniuersi, negetq; a b, dicatúrque nullum b esse a: contingat autẽ ut omne c sit b: hæc si posita fuerint, necessario cõcluditur, contingere ut nullum c sit a. Faciamus ne contingat, dicamusq; c esse b, ut ante agebamus cum aduersario: necesse est ut quoddam b sit a: ducitur enim ratiocinatio ex ordine tertiæ formæ. Id autem est in ijs quæ fieri non possunt: continget igitur ut nullum c sit a. Nam eo quod falsum est propositio, ut pote quod effici poterat, accidit*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*cidit id quod effici non poteſt. Hic ſyllogiſmus non pertinet ad ea contingentia quæ definiebamus, ſed ad ea quæ ſignificant aliquid non eſſe neceſſario: quia hæc cõtradictio eſt eius conditionis de qua conuenit: cõuenerat enim quoddam c eſſe a neceſſario. At ſyllogiſmus qui perducit ad id quod eſt abſurdum, eſt oppoſitæ contradictionis. Id quoque demonſtrari poteſt, aſſumptis nominibus concluſionem non eſſe in contingentibus. Sit loco a coruus: b, intelligẽs: c, homo: nullum b eſt a: quia nihil eſt ex ijs quæ intelligunt, coruus: cõtingit autem ut omne c ſit b: quia omnis homo poteſt intelligere: ſed nullũ c eſt a neceſſario. Non eſt igitur concluſio in ijs quæ poſſunt & eſſe & non eſſe. ſed neque ſemper eſt neceſſaria. Sit a id quod mouetur: b, ſcientia: c, homo. nullum b erit a: contingit autẽ ut omne c ſit b: nec erit tamen concluſio neceſſaria: quia nihil eſt neceſſe, nullum hominẽ moueri, ſed ne ullum quidẽ: quare perſpicuum eſt concluſionem habendam in ijs, quæ neceſſario nulli inſunt: ac melius accipienda ſunt extrema. Si negatio ſit in ea oratione, quæ continet minus extremum ſignificans aliquid contingentium, ex aſſumptis enunciationibus nihil concludetur neceſſario. At mutata quæ contingere deſignat, aliquid effici poterit, ut in ijs quas anteà diximus. Omne b ſit a, contingat ut nullum c ſit b. hoc modo poſitis extremis, nihil concludetur neceſſario. Si immutetur c b, & hæc aſſumatur, contingit ut omne c ſit b: ſequitur neceſſario concluſio, ut in ſuperiori argumẽtatione: quia ſita eodẽ ordine ſunt extrema. Eodem modo ſi utrũque neget interuallum, nullumq; b ſit a: accidat autẽ ut nullum c ſit b, ex aſſumptis antecedentibus nihil efficitur neceſſariũ. At ſi mutata fuerit oratio quæ pertinet ad contingentia, ualebit argumentatio.*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Assumatur hoc pronunciatũ, nullum b est a: accidatq; ut nullum c sit b: per has enũciationes haud peruenitur ad aliquid necessarium. At si dicatur fieri posse ut omne c sit b: id quidẽ uerum est: oratio uerò b a maneat eadẽ quæ fuerat, reuertemur in eundem syllogismum. Si statuas c non esse b, nec contingere ut non sit: nequaquam futura est certa conclusio, siue b a pronunciatum neget, siue confirmet.* Extrema communia *quæ necessario consentiunt, album, animal, nix: quæ non consentiunt, album, animal, pix.* Apparet igitur *si extrema efferantur uniuersę, & una sumatur oratio quæ significet aliquid esse, altera, esse posse: si quæ significat esse posse, contineat minus extremum, conclusionem semper necessario consecuturam. At uerò quando efficitur ex ipsis antecedentibus, quando mutata enunciatione, quando duabus uersis, & ob quã causam, ostẽdimus. Si unum interuallũ generis uniuersi, alterũ partis assumatur: siq; illud in quo maius est extremũ, totum genus complectatur, & significet accidere posse, siue affirmet siue neget: quod partem cõplectitur si affirmet, & esse quid significet, perfectus erit syllogismus: ut cum extrema dicuntur uniuersę.* Est *eadem demonstratio quæ prior. Si maior quantitas cum extremo maiore ponatur, ac esse quiddam, non tantũ accidere posse ut sit, ostẽdat: illud uero quod partem cõtinet, pronunciet aliquid euenire posse, siue negent, siue affirment: siue unum ponat, alterum tollat, omnino erit imperfecta ratiocinatio: nisi quòd aliæ demonstrabuntur reperductæ ad incommodũ: aliæ ex immutatione enunciationis eius quæ pertinet ad contingentia, quemadmodũ ante demonstratum est: ac erit argumentatio ex conuersione. Cum autem quæ totum pronunciat oratio, & maius extremum continet, significat*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſignificat aliquid eſse aut non eſse: altera quæ pro parte ſumitur, oſtendit fieri poſſe, ut aliquid ſit: poterit aliquid efficiſi mutata negatione aut affirmatione: ut ſi omne b ſit a, aut nullum ſit a: accidat autem ut quoddam c non ſit b: quia mutata enunciatione c b, ut ſolent eæ quæ contingere deſignãt, ratio connectitur. Cum pro parte ſumpta quicquam non eſse dicit oratio, nulla ratio connectitur.* Extrema cohærentia, *album, animal, nix: nõ cohærentia, album, animal, pix. Demonſtratio ſumenda ex eo quod non eſt definitum. Si maior quantitas cum extremo minore, minor cum maiore ponatur: ſiue neget, ſiue affirmet: ſiue iam ſit quod ait alterutrum, ſiue eſſe poſſit: nequaquã ſuccedet concluſio: nec etiam ſuccedet, ſi pronunciata pro parte ponãtur, aut definita non ſint, ſiue oſtendant contingere quicquã, aut eſſe iam, ſiue ordo mutetur. Eadem eſt demonſtratio quæ ſuperior.* Extrema cõmunia neceſſaria cohærentia, *animal, album, homo: quæ cohærere poſſunt, animal, album, ueſtis. Certum eſt igitur ſi maior quantitas cum extremo maiore ponatur, fore ſemper ratiocinationem: ſi cum minore, nullam.*

## *Vt neceſſaria & contingentia miſceantur in prima forma.* 16.

CVM *unum pronunciatum ſignificat aliquid eſſe neceſſario uel nõ eſſe, alterum accidere poſſe: efficietur aliquid extremis ita collocatis, atq; perfecta erit ratiocinatio, ſi neceſſitas cum extremo minore ponatur. Concluſio, ſi affirmentur extrema, accidere poſſe, non iam eſſe deſignabit: ſiue pro toto, ſiue pro parte ponantur. Si unum cõfirmet, alterũ neget: cum eſt neceſſarium quod affirmat, concluſio dicit fieri poſſe ut nõ ſit aliquid, non autem ſimpliciter non eſſe. Cum uerò neceſ-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſarium eſt quòd negat: concluſio ſignificat poſſe non fieri, & non eſſe, ſiue uniuerſe ſiue nõ uniuerſe dicãtur extrema. Verbum, cõtingere, in concluſione ſumendum eſt, quemadmodum in ijs quæ diximus. Non erit autem concluſio quæ dicat aliquid neceſſario non eſſe: aliud eſt enim non neceſſario eſſe, & neceſſario nõ eſſe. Concluſionẽ non effici neceſſariam, ſi confirment aliquid extrema, perſpici poteſt. Omne b ſit a neceſſario, ac contingat ut omne c ſit b: ſyllogiſmus erit imperfectus, concludẽs omne c poſſe eſſe a. Imperfectum demonſtratio patefacit: demonſtrabitur enim quemadmodũ ſuperiores. Contrà, fieri poſsit ut omne b ſit a, ac omne c ſit b neceſſario: concludetur accidere poſſe ut omne c ſit a, non eſſe reuera. Ac quoniam id genus argumentationis cõtinuo perficitur ex aſſumptis initio pronunciatis: perfecta quidem eſt, non imperfecta. Si enũciationes non ſint formæ & qualitatis eiuſdem, prima neceſſaria neget, ac nullũ b ſit a neceſſario: accidat autem ut omne c ſit b: neceſſe profecto ut nullum c ſit a. Faciamus ut omne ſit, aut quoddam: iam conuenit nullum b eſſe a. quia retro agitur oratio negans, nullum a poteſt eſſe b. Conuenit omne c aut quoddam eſſe a: quamobrem aut nullum aut non omne c erit b. at initio id ſtatutum erat, omne c poſſe eſſe b: quare non eſt dubium, quin concludatur aliquid poſſe non accidere: quandoquidem efficitur aliquid non eſſe. Contra, ſit oratio quæ ait neceſſaria, ac contingat ut nullum b ſit a, omne c uero ſit b neceſſario, perfectus erit ſyllogiſmus: ſed concluſio non ſignificabit non ineſſe reipſa, ſed poſſe fieri, ut aliquid non inſit. Sic enim ſumpta eſt enunciatio quæ maius extremum continet: & ſi quis obnitatur, nõ licet eum perducere ad incommodum: quia ſi conueniat omne c eſſe a, ac conuenit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*uenit iam euenire poſſe ut nullum b ſit a: ex ijs nihil affertur abſurdum. Si negatio ſit una cum extremo minore, quum ſignificat accidere poſſe, conficitur argumentatio ex immutatione, ut in ijs quæ ante demonſtrauimus: ſi deſignat aliquid non contingere, nequaquã ratio perficietur.* Nec etiam conficietur, *ſi utrunque pronunciatum neget, nec ſint contingentia quæ pertinent ad minus extremum.* Eadem *poſſunt extrema dari conſentientia, album, animal, nix: diſſentientia, album, animal, pix.* Erit eadem *ratio argumentationum quæ tantũ partem cõtinent.* Nam *ſi quæ negat, oratio neceſſaria ſit: concluſio ſignificabit non eſſe: ut ſi neceſſe eſt ut nullum b ſit a, ac contingat ut quoddam c ſit b: neceſſe eſt ut quoddam c nõ ſit a. quia ſi omne c ſit a, & nullum b eſt a, efficitur ut nullum b ſit c. quare ſi omne c ſit a, contingit ut nullum c ſit b: at conuenerat effici poſſe, ut quoddam c eſſet b. Si oratio quæ partem confirmat, ſit neceſſaria in ſyllogiſmo negante, ut c b: aut quæ totum aſſerit in affirmante, ut b a: non erit concluſio quæ ſignificet rem ſimpliciter eſſe: cuius eſt eadem demonſtratio quæ priorum. Si maior quantitas cum extremo minore ponatur aut aiens aut negans, atque contingere deſignãs: minor autem neceſſario cum maiore: nihil efficitur neceſſario.* Extrema *quæ inſunt neceſſario, animal, album, homo: quæ non accidunt, animal, album, ueſtis. Si neceſſaria ſit quantitas maior, minor accidere poſſe dicat: ſi neget illa maior, nihil certo conſequitur.* Extrema *familiaria, animal, albũ, coruus: aliena, animal, album, pix. Si affirmet & aliquid eſſe dicat: extrema ſint, animal, album, olor: ſi dicat non contingere, animal, album, nix. Nec concluſio ſuccedet ſi aſſumantur enunciationes haud definitæ, aut quæ partem ſignificent ambæ.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Extrema cõmunia ſint, conſentientia quidem, animal, album, homo: diſſentientia uero, animal, album, inanimum. Etenim album quiddã eſse animans, & inanimum quiddã eſse albũ, neceſse eſt, non accidere ut eſse poſsit. Contingentiũ eſt eadem ratio. Extrema quæ dixi, inſeruire poſsũt ad hæc omnia. Ex ijs quæ diximus apparet, ſi ſtatuãtur eodem modo extrema, & cum quid eſse, & cum eſse neceſsario dicitur: interdũ effici, aliquando non effici ratiocinationem. At uero ſi negans oratio dicat aliquid non eſse, concluſio ſignificabit cõtingere: ſi neceſsarium quid tollat, concluſio ſignificabit contingere, & non eſse. Nec eſt obſcurum ſyllogiſmos iſtos omneis eſse imperfectos, atque perfici ex ijs quas ante diximus formis.

Qualis ſit concluſio ex duobus contingentibus pronunciatis in ſecunda forma. 17.

IN ſecunda conformatione cum enunciationes ambæ aſſumuntur ex contingentibus, nullus erit ſyllogiſmus: ſiue cõfirment, ſiue negent: ſiue totũ, ſiue partem pronuncient. Cum uerò altera ſignificat aliquid eſſe, altera accidere poſſe: ſi quæ ait, ſignificet rem eſſe, non contingere, nunquã ſuccedet concluſio: ſi quæ totum negat id oſtendat, ſemper conſequetur. Eodem modo ſi altera ſumatur neceſſaria, altera ex cõtingentibus. Ac in his concluſionibus accipiendum uerbum, contingere, ſicuti in prima figura. Primum demonſtrandũ non retro agi negantem quæ dicit aliquid cõtingere: ut ſi contingat ut nullum b ſit a, nihil eſt neceſſe contingere ut nullum a ſit b. Faciamus id eſſe uerum, contingatq; ut nullum a ſit b. Quoniam igitur affirmationes in cõtingentibus mutantur in negationes, & contrariæ, & oppoſitæ: ac contingit ut nullum a ſit b: non eſt dubium quin contingat ut omne a ſit b. Id autẽ falſum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*falsum. Non enim si hoc illi toti potest accidere, iccirco necesse est ut illud huic toti possit euenire: non igitur reciprocatur oratio quæ negat. Præterea nihil prohibet, quominus contingat ut nullum b sit a, & a quoddam non sit b necessario: ut fieri potest ut nullus homo sit albus, quia fieri potest ut omnis homo sit albus. at non dicitur uere contingere ut nihil album sit homo: quia multa sunt alba, quæ necessario nõ sunt homines. Dicebamus autem non id contingere quod est necessarium. Enimuero enunciationẽ eiusmodi reciprocari, haud poterit demonstrari argumentatione quæ perducit ad incommodum: ut si quis existimet, propterea q hæc est falsa, contingit ut nullũ a sit b, hanc esse ueram, non cõtingit, ut nullum a sit b: quia contradictio est ex affirmatione atque negatione. Hæc si uera sit, necesse est ut a quoddam sit b, & ut b quoddam sit a. at id fieri nullo modo potest. Sed si non contingit ut nullum a sit b, nõ ideo necesse est ut aliquod a sit b. Duobus enim modis hoc dicitur, non cõtingit ut nullũ a sit b: uno, si quod a sit b necessario, altero si quod a non sit b necessario. Non autem uere dices, si quod a non sit b necessario, cõtingere ut omne a sit b: ut si quod sit necessario, falso dicas contingere ut omne a sit b. Si quis igitur existimet, quia non contingit ut omne d sit c, iccirco esse necesse ut quoddam non sit, assumet falsum: quia fortasse omne d est c. Sed quoniam quibusdam necessario quidpiam conuenit, iccirco dicimus non omni contingere. Itaq; huic orationi, cõtingit ut omne b sit a, opponitur hæc, necesse est ut quoddam b sit a: & hæc, necesse est ut quoddam b non sit a, similiter huic, contingit ut nullum b sit a. Perspicuum est igitur in id genus contingentium & non contingentium quod initio definiuimus, non solum esse*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*capiendum quod neceſſario ineſt in aliquo, ſed etiam quod in aliquo neceſſario non ineſt : quod ſi ſumptum fuerit, nullum ſequatur incommodũ. Non ſuccedit igitur argumentatio. Ea re demonſtrata, proponatur accidere poſſe ut nullum b ſit a, & omne c ſit a, nulla concluſio neceſſario conſequetur ex reciprocatione pronunciati negantis : quia demonſtratum eſt illud non reciprocari, nec res poterit demonſtrari perducendo ad aliquid abſurdum. Nam cum dixeris oblata conditione neceſſe eſſe ut omne c ſit b, nihil huic accidit falſi : quia fieri poſſit ut omne c & nullũ ſit a: ac ſi in iſto genere toto ſit ratiocinatio, haud dubie contingentia concludet: quia neutrum antecedẽtium pronũciatorum ſimpliciter aliquid enunciauit, eáque uel affirmabit uel negabit: at neutro modo concludere licet. Si ſtatuas affirmantem, planum fiet nominibus aſſumptis, extrema cohærere non poſſe: ſi negantem, concluſionem in contingentibus nõ, ſed in neceſſarijs eſſe. Sit a album, b homo, loco c equus. Hoc medium a, poteſt uni toti cõuenire extremo, alteri nulli: at nec contingit ut c ſit b, nec ut non ſit. Perſpici poteſt hoc, illud eſſe non poſſe, quia nullus equus homo eſt: atque perſpicuum, non eſſe in contingentibus habendam hanc concluſionem negantem : propterea q neceſſe eſt ut nullus equus homo ſit . at dicebamus id non eſſe neceſſarium, quod nomine contingentium uocabamus. Nullus igitur efficitur ſyllogiſmus. Idem genus demonſtrandi ualebit, ſi cõtra ſtatuatur oratio negans: ſíque ambæ aſſumantur ex affirmantibus aut ex negantibus, ex ijſdem nominibus aſſumenda erit demonſtratio : atque etiam ſi una totum, altera partem, aut partem amplexentur ambæ, aut ſi non ſint definitæ, aut quoquo modo aliter enunciationes uariare poſſunt: ſemper*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*per eadem ualebunt extrema ad id demonſtrandum. Nullus ergo nectitur hauddubie ſyllogiſmus, ſi utrũque pronunciatum uſurpetur pro eo quod poteſt & eſſe, & non eſſe.*

*Miſtura eius quod contingit, & eius quod eſt, in ſecunda forma.* 18.

SI *ex pronunciatis antecedentibus unum ſignificat aliquid eſſe iam, alterũ accidere poſſe, ac illud affirmet, hoc uerò neget: nihil unquam neceſſario concludetur, ſiue pro toto, ſiue pro parte extrema ponantur: cuius demonſtratio eſt eadem, & ex ijſdem nominibus. Si quod affirmat, contingere: quod negat, ſimpliciter eſſe dicat, efficietur argumẽtatio. Sumatur hoc, nullum b eſt a: deinde iſtuc, contingit ut omne c ſit a. quia retroagitur oratio quæ totum tollit, nullum a erit b: & fieri poteſt, ut omne c ſit a. Efficitur ergo concluſio in prima conformatione, nempe hæc, fieri poteſt ut nullum c ſit b. itemq; concludetur aptè, ſi negatio ſit in oratione c. Quòd ſi antecedentia negẽt, unum pronunciet aliquid non eſſe, alterum fieri poſſe ut ne ſit: ex ijs aſſumptis nihil efficitur neceſſarium. at ſi mutetur id quod ex contingentibus aſſumptũ eſt, ſuccedit argumentatio, & hæc concluſio, accidere poteſt ut nullum c ſit b: id quod oſtendimus antea in ijs, quæ ſunt eius qualitatis. Nam reddetur iterum prima forma. Si ambo pronunciata confirment, ratio non ualebit. Extrema conuenientia, ſanitas, animal, homo: diſcrepãtia, ſanitas, equus, homo. Erit eadem ratio argumẽtationum quæ partem colligũt. Quum pronunciatum aiens aliquid eſſe confirmabit, ſiue pro toto, ſiue pro parte ſumptum fuerit, nihil aptè colligetur. hoc uerò non aliter atque priora, & ex ijſdem nominibus oſtendi poteſt. at ſi ſumatur oratio negans, efficietur aliquid illius*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

immutatione, ut ostendunt superiora. Contra, si ambo negẽt interualla, & id sit uniuersi generis quod pronunciat totum non esse: nihil consequetur necessarium per assumptas enunciationes. at si mutetur ea quæ in contingentibus est, sic ratio ualebit, ut in ijs quas diximus. Si negãs oratio dicat aliquid non esse, ac tãtum pro parte sumatur: haud erit syllogismus, siue cõfirmet, siue inficietur altera. Non erit etiam si sumptæ fuerint ambæ pro parte aut non definita, aut definita tam in affirmatione, quàm in negatione: eius rei demõstratio est eadem, & ex ijsdem nominibus.

Vt in secundo ordine ratiocinationum misceatur quod esse, & quod necessario esse designat. 19.

QVVM una est enũciatio necessaria, altera accidere posse dicit: si quæ negat est necessaria, conclusio sequetur quæ pronunciabit non solùm fieri posse, ut quæ serunt antecedẽtia, non sint, uerum etiam non esse. Si necessitas est in ea quæ confirmat, non afferetur conclusio. Faciamus ut nullum b sit a necessario, ut contingat omne c esse b: ubi retro duxeris eam quæ negat, nullum a erit b, omne c uerò poterat esse a: redditur prima forma, & certa conclusio quæ est, cõtingit ut nullum c sit b: ac unà planum fit, nullum c esse b. Proponamus c esse b: ergo si cõtingit ut nullum b sit a, quum aliquod c est b: non contingit ut quoddam c sit a: at conuenerat nullum b esse cui accidere non posset a. Eodẽ modo ualebit demõstratio, si orationi c a adhibeatur negatio. Contra, necessaria sit quæ affirmat, altera negans sit in numero contingentiũ, accidatq; ut nullum b sit a, c uerò omne sit a necessario: extremis hoc modo constitutis, nihil erit consequens: quia conclusio sit c nõ esse a necessario. A sit albũ: pro b usurpetur homo:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*mo: loco c ponatur olor: neceſse eſt ut omnis olor ſit cãdidus: fieri poteſt ut nullus homo ſit candidus: neceſse autẽ ut nullus olor ſit homo. quare ſatis apparet, eam concluſionem ad contingẽtia minime pertinere.* Nam *quod ui neceſsitatis efficitur, oſtendebamus in contingentibus ante definitis nõ haberi.* Non *eſt etiam in ijs quæ neceſſaria ſunt: quia quod eſt neceſſarium, confici dicebamus aut ex utroque pronunciato neceſſario, aut ex eo quod negaret, atque neceſſarium eſſet. Præterea ut hæc ita ſint, fieri poteſt ut c ſit b: quia nihil prohibet, quominus c ſubijciatur ſub b: & contingat ut omne b ſit a, & c neceſſario ſit a: ut ſi c ſignificet quod uigilat, b animal, pro c, dicatur motio: quod uigilat, neceſſario mouetur: animal poteſt non moueri: ac id omne quod uigilat, eſt animal. Perſpicuum eſt igitur, non eſſe concluſionem quæ ſimpliciter rem non eſſe pronunciet: quandoquidẽ in ea ratione extremorum neceſſe eſt extrema cohærere, nec eſſe earum quæ opponuntur affirmationũ: quapropter non erit ſyllogiſmus. Non aliter res oſtendetur, ſi contra quæ negat oratio ponatur. Quod ſi pronunciata ſint eiuſdem qualitatis, quãdo negabunt, ſemper efficietur aliquid, oratione mutata quæ contingere deſignat: ut in ijs quæ prius diximus. Sumatur hæc enunciatio, b neceſſario non eſt a: & hæc, contingit ut b non ſit a: ubi mutatæ fuerint orationes, nullum a erit b: c uerò omne poteſt eſſe a: redditur quidem prima forma.* Erit *quoq; argumentatio, ſi orationi c a adhibeatur negatio. Si aientes aſſumantur enunciationes, nihil conſequetur neceſſario: quia ſatis apparet, nullam fore concluſionem quæ pronunciet aliquid aut non eſſe, aut neceſſario non eſſe: quia nõ eſt aſſumpta quæ neget oratio, nec ad ſignificandum aliquod eſſe, nec*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ad demonſtrandum neceſſario eſſe. Non erit etiam in contingentibus quæ aliquid tollunt ab aliquo: quia in ea conſtitutione extremorum, c non erit b neceſſario: ut ſi pro a, album: pro b, olor: pro c, homo ponatur. Nec erit affirmationum negationúmue contradicẽtium: quia demonſtratum eſt c nõeſſe b neceſſario, quapropter nulla prorſus efficietur ratiocinatio. Sic res erit in ijs argumentationibus quæ partẽ colligũt. Quum pars quæ negat totum, erit neceſſaria: ſemper efficietur concluſio ſignificans, & contingere & eſſe: cuius rei demonſtrationem reciprocatio perficit: ſi quæ ait neceſſaria ſit, nunquam ſuccedet concluſio. Id demonſtrabitur, ut in ijs quæ totum genus enunciant, & ijſdem nominibus. Nõ erit quoq;, ſi aſſumpta fuerint duo pronunciata affirmantia: id ut priora demonſtrari poteſt. Si ambo negent totum, & illud ſit neceſſarium quod aliquid non eſſe pronũciat, ex eiuſmodi orationibus aſſumptis nihil afferetur neceſſarium: at ubi cõmutata fuerit ea quæ ex contingentibus aſſumpta fuit, tum ratio ualebit, ut illæ quas ſupra demonſtrauimus. Si antecedẽtia tota non ſint definita, aut nihil aliud enunciẽt quàm partem, nihil poterit cõcludi: id eodem modo, & ijſdem nominibus probari poteſt. Ex ijs quæ diximus apparet, tum ſemper argumentationem ualere, quum pronunciatum negans aſſumitur neceſſarium: ac concluſionem non modo contingere ut res non ſit, ſed etiam non eſſe pronunciare. Si quod affirmat, neceſſarium ſit: nunquam perfici concluſionem. Id quoq; planũ fit, ſi extrema ita habeant in neceſſarijs, ut in ijs quæ rem ſimpliciter enunciant, effici & non effici concluſionem: atque perſpicuum, ſyllogiſmos omneis hic eſſe imperfectos, perficíque formis ijs quas ante expoſuimus.

De duobus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

## De *duobus pronunciatis contingentibus in tertia forma.* 20.

IN *ultima forma sequetur conclusio, & si ambo pronunciata sint contingentia, & si alterum tantum sit eiusmodi. Quum igitur enunciationes significant accidere posse, cõclusio est contingentium: quumq; una accidere posse, altera iam ita esse pronunciat. Si uerò altera assumatur necessaria, eaq; confirmet, conclusio necessaria non erit, nec rem esse pronunciabit. Si quæ negat sit necessaria, conclusio significabit aliquid non esse, haud aliter atque in prioribus: ac uerbum, contingere, sumendũ in his conclusionibus, quemadmodum sumi diximus. Ducamus initiũ ab ijs quæ significant cõtingere, ac contingat ut omne c sit a & b: quia reciprocatur affirmans oratio, & mutatur in eam quæ minoris est quantitatis, & si contingit ut omne c sit b: continget ut quoddam b sit c. Itaque si contingit ut omne c sit a, & quoddã b est c: necesse est contingere, ut quoddã b sit a: quia redditur prima forma. Si cõtingat ut nullum c sit a, & omne c ut sit b: necesse est accidere ut quoddam b non sit a: quia argumentatio redibit in primam formam reciprocatione facta. Si assumantur ambæ negantes, ex assumptis non efficietur conclusio necessaria: at enunciationibus immutatis efficietur aliquid, ut antea. Nam si contingat ut nullum c sit a & b, si mutẽtur ea contingentia quæ negant, referetur prima conformatio facta conuersione. Si totum cõfirmet unum extremorum, alterum partem, quum sic erunt extrema, ut in ijs orationibus quæ aliquid esse significant: erit aut nõ erit syllogismus. cõtingat ut omne c sit a, & ut quoddam c sit b, reddetur prima forma mutata enunciatione quæ partem continet. Nam si omne c sit a, &*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quoddam b sit c, contingit ut quoddam b sit a. Est eadem uis si cum extremo minore statuatur quantitas maior, ac si c a sit oratio negans, c b affirmans: efficietur forma prima reciprocando. Si assumantur duæ negantes, una totum, altera partẽ pronuncians: ex ijs assumptis nihil concludetur, sed mutatione facta sic cõcludetur, ut ex ijs quas antea diximus. Si duæ assumantur haud definitæ, aut aliquam partem designantes, non efficietur quicquã: quia necesse ut omne b & nullũ sit a. Extrema cohærentia, animal, homo, album: non cohærentia, equus, homo, album. Album est medium.

Vt contingentia & iam constantia misceantur in tertia forma. 21.

SI VNA sit oratio quæ cõtingere, altera quæ rem iam esse pronunciet, sequetur conclusio significans non esse quidẽ, sed accidere posse: atque tum ratiocinatio constabit, quũ sic erunt extrema digesta, ut ea quæ diximus paulo antè contingentia. Sumamus exordium ab affirmantibus, ac omne c sit a, contingat ut omne c sit b, retro ducta oratione c b, prima erit forma: atque cõclusio pronunciabit fieri posse ut b sit a. Nam quum altera enunciatio significat contingere in prima conformatione, dicebamus cõclusionem ad contingentia pertinere. Est eadem ratio si c b aliquid esse iam, c a contingere pronunciet: atque c a neget, c b confirmet, & alterutra significet esse rem. Erit hoc & illo modo conclusio contingere demonstrans: quia reditur ad primam formam, in qua demonstratũ est, in contingentibus esse conclusionem, si talis esset altera enunciatio. Si cum minore extremo negatio ponatur, quæ dicat aliquid posse non accidere, aut si antecedentia omnia tollant aliquid, ex ijs ita collocatis, non efficietur certa conclu-

sio:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſio: at facta mutatione, perficietur: ut in alijs quæ diximus. Si una oratio totum, altera partem contineat, ita ut ambæ cõ firment: aut ut prior neget, ſecunda confirmet, erit idem genus ratiocinandi: quia nihil non perficitur atque concluditur in principe figura: quamobrem certum eſt fore concluſionem quæ dicat rem accidere poſſe, non eſſe. Si una cõfirmet totum genus, altera tollat partem, res demõſtrabitur ea ratione quæ perducit ad incommodũ. Sit omne c b, contingat ut c quoddã ne ſit a, neceſſario cõcluditur b quoddam nõ eſſe a: quia ſi neceſſario omne b ſit a, quũ omne c ſit b, omne c neceſſario erit a: ea demonſtratio ante patefacta eſt. at conuenerat alicui non ineſſe. Si neutrum pronunciatum definitum ſit, aut ſi utrunq; pro parte ſumptum, non efficietur concluſio: id ut ante demonſtrari poteſt, atque nominibus eiſdem.*

*Miſtura neceſſariorum contingentiumque in tertia forma.* 22.

SI VNA *ſit oratio neceſſaria, altera ex cõtingentibus aſſumpta, atque affirmentur extrema, ſemper concluſio ſuccedet ea quæ dicat aliquid accidere poſſe. Si una dicat, altera neget, atq; neceſſaria ſit ea quæ dicit: concluſio pronunciabit fieri poſſe ut hoc ne ſit. Si neceſſaria ſit quæ negat: concluſio dicet & poſſe non eſſe, & non eſſe, non autem neceſſario non eſſe, ut alijs in formis. Veniamus primum ad extrema confirmantia, & omne c ſit a neceſſario, contingat ut omne c ſit b: quia prima neceſſaria, altera in cõtingentibus eſt oratio, fieri poterit ut b quoddam ſit a, ſed non iam dicetur eſſe. Sic enim dicebamus accidere in prima conformatione. Eadem erit demonſtratio, ſi c b ſit oratio neceſſaria, c a in numero cõtingentium. Cõtrà affirmet una, neget altera, ſitque neceſſaria quæ*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ait ac fieri posit ut nullum c sit a, atque omne c sit b necessario: reuocari poterit in primam conformationẽ argumentatio, significabitque conclusio contingere non reuera esse rem: quia negans enunciatio pertinet ad contingentia, unde planũ fit eiusmodi fore conclusionem: quia quum tales erant enunciationes in classe prima, dicebamus conclusionem in ijs quæ accidere possunt, habendam. Si pronunciatum sit necessarium quod negat: conclusio pronunciabit fieri posse ut res alicui nõ sit, atque non esse. Faciamus ut c ne sit a necessario, ut omni b accidere possit: quum mutata fuerit aiens oratio c b, ratio redibit ad ordinem primum, & erit necessaria quæ inficiatur negatio. Quum uerò tales erant enũciationes, dicebamus accidere ut quoddã c non esset a, atque non esse: itaque quoddã b non erit a. Si negatio ponatur cum extremo minore, significétq; cõtingere, conclusio succedet oratione permutata in alterius locũ, quẽadmodũ in ijs quæ prius ostendimus. Si necessaria sit, non succedet: propterea q licet ut toti extremo conueniat extremum, & nulli. Sint extrema familiaria, dormit, equus dormiens, homo: aliena, dormit, equus uigilans, homo. Sic res erit, si unum pro toto extremũ, alterum pro parte sumatur unà cum medio, si affirmet utrunque: conclusio pertinebit ad cõtingẽtia, non ad ea quæ dicũtur esse. Si assumatur unum ex affirmantibus, alterum ex negantibus: si quod affirmat necessarium sit, conclusio erit in numero contingentium: si quod negat, conclusio dicet aliquid non esse. Est idem genus demõstrationis, siue extrema pro toto, siue pro parte sumantur. Debent autem syllogismi perfici ex ordine primæ cõformationis. itaq; ut illis, sic & his accidat est necesse. Quũ sumpta est oratio negans totum, & cum extremo minore posita,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*sita, si in contingentibus est, syllogismus erit immutatione facta: si est necessaria, non erit. Id demonstrabitur quemadmodũ in argumentationibus generis uniuersi ostendebamus, & nominibus eisdem. Planũ fecimus quãdo & quomodo syllogismus efficietur in hac forma: quando fieri posse aliquid, quando iam esse pronunciabit: atque probationes omneis imperfectas esse, perficique beneficio primæ figuræ.*

*Treis haud plures argumentationum formas esse docet, eoque ratiocinationes omneis posse reuocari.* 23.

RATIOCINATIONES *harũ formarum generatim perfici ex ijs quæ sunt primæ conformationis, ad easq; reuocari, oratione patefecimus. Omnẽ plane argumentationem sic posse formari nunc planum faciam, quum ostendero omnem argumenti rationẽ in aliquã istarum cadere formam. Necesse profecto ut omnis demonstratio, & omnis argumentatio aut aliquid esse, aut non esse commonstret, idque uel uniuerse, uel aliqua ex parte: atque etiam uel indicando plane, uel pronunciando conditione data. Ratiocinatio autem quæ perducit ad aliquid absurdum, pars est eius quæ oblata cõditione rem peragit. Primũ dicamus de rationibus ijs quæ sine conditione aliquid ostendunt: quia quum patefactæ fuerint, erunt perspicuæ & quæ adigunt ad incommodũ, & totum genus earum quæ conditionem ferunt. Si debeamus argumentando concludere b esse a, uel non esse: aliquid est assumendum quod de aliquo dicatur. Quod si assumptum fuerit a, quod de b enunciatur id erit sumptum quod initio probãdum propositum est. Si sumatur a quum de c dicitur, ita ut de alio nullo, nec aliud de eo dicatur, nec aliud de a enũcietur: nulla sequetur cõclusio. Etenim quia unum quod de uno*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dicatur, assumptum est, nihil concluditur necessario. assumẽ-
tia est igitur & altera enunciatio. Itaque si sumas a quod de
alio, aut aliud quod de eo, aut aliud quidpiam quod de c di-
catur: nihil prohibet quo minus efficiatur conclusio: non effi-
cietur tamẽ ex assumptis, quæ ad b pertineat. Si c quidẽ cum
altero, & illud cum alio, & hoc cum altero coniũgatur, non
autẽ cum b copuletur: non efficietur hoc modo conclusio, quæ
demõstret b esse a. Nam generatim diximus nullam unquam
fore ratiocinationem, in qua aliud de alio dicitur, nisi fuerit
assumptum quiddam medium, quod afficiatur quodammodo
ad utrunque in enunciando. Ex enunciationibus enim plane
constat argumentatio: quæ si ad aliquid probandum adhibe-
tur, constat ex ijs pronunciatis quæ ad illud pertinent. Et si
ostendit, ut hoc afficiatur ad illud, constat ex ijs enunciatio-
nibus quæ demonstrant, ut hoc illi conueniat: fieri autem non
potest, ut ad probandum b sumatur enunciatio, si nihil affir-
memus, nihilq; negemus ad illud pertinere. Nec etiam pos-
mus ostendere, quî cohæreant b & a, nisi commune quiddam
sumamus: at utriusque propria quædã si aut affirmemus aut
negemus, id facere possumus. Assumendũ igitur mediũ quid-
dam, quod utriusque enunciata coniunget, si futura est argu-
mentatio, quæ hoc ad illud pertinere commonstret. Si est ne-
cesse aliquid sumere commune ad utrunque coniungẽdum, id
fieri potest tribus modis, aut enunciãdo a de c, & c de b, aut
c de utroq;, aut utrunque de c. Hæ sunt à nobis expositæ for
mæ. non est dubium, quin omnis argumẽtatio conficiatur or-
dine alicuius istarum. Eadẽ est enim ratio, si a ostendatur cõ-
uenire b pluribus argnmentis: quia erit eadem conformatio
multorum. Est igitur perspicuum argumentationes omneis ijs

quas

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*quas exposuimus, confici formis. Eo referri oportere argumentationes, quæ perducunt aduersariũ ad id quod fieri non potest, ex his perspici potest. Omnes qui eo genere argumẽtationis aliquid concludunt, falsum colligunt: id uerò quod initio proposuerant, data conditione demonstrant, quum sumpta contradictione aliquid efficitur absurdum: ut si demõstretur eam lineam quæ ab angulo quadrati ad angulum per centrum ducitur, non esse parem lateribus eius: quia sequatur incõmodum, nempe imparia esse paribus æquabilia, si quis dicat esse parẽ. Quũ id demonstrant, hoc ratiocinando colligunt, æqualia esse paribus imparia. Eam ueram lineam mediam non esse parem demonstrat illud assumptũ: quia accidit absurdum quiddam, ex cõtradictione. Volebamus enim aliquid concludere, perducendo ad id quod fieri nõ poßit, nihil aliud esse, q̃ ostendere quidpiam sequi, quod effici nequeat, ex conditione quæ initio data est. Quod igitur argumentatio ad falsum demonstrãdum suscepta, pertinet ad eas quæ indicant, ac sine conditione commonstrant, tum quum deducuntur res ad aliquid absurdum, & quod propositum est ex oblata conditione monstratur: ac diximus antea syllogismos indicantes his confici, concludiq; formis: nõ est dubium quin rationes ad incommodum trahentes, pertineant ad has conformationes: itemq; cæteræ omnes quæ conditionem ferunt. In omnibus enim ratio ducitur ad id quod assumptum est. Propositum concluditur aut ex confessione, aut alia quadam conditione accepta. Hoc si uerum est, omnem demonstrationẽ argumentationemq; necesse est ijs quas diximus, tribus formis confici. Ea re demonstrata certũ est, omnem syllogismum perfici uirtute primæ formæ, ac reuocari generatim in illius*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

genera. Præterea nulla est argumẽtatio, in qua non sit necesse unum extremorũ aliquid affirmare, atque sumi pro toto: quia sine oratione aut totũ ponente, aut tollẽte, non poterit effici cõclusio: aut si efficiatur, nõ erit propositæ rei, aut quod est initio propositũ, petet. Proponamus uerbi causa, musicam esse honestam uoluptatem: si pronunciet aliquis honestam esse uoluptatem, nec adiungat omnem, non efficiet conclusionem: si statuat aliquam, eaque sit alia, non pertinebit ad rem propositam: eadem si sit, hoc sumit quod initio proposuerat. Id perspicuũ magis est in descriptionibus: ut in demõstrãdo eius trianguli, quem à paribus quasi cruribus Isosceles uocant, angulos esse pares ad basin. Ductæ sint lineæ in mediũ quod centrum nominant a b. Si quis assumat hoc, angulum a c parem esse angulo b d, nec uniuersè pronunciet pares angulos esse dimidiati circuli, nihil efficiet: atq; etiam si dicat angulum c æqualem esse angulo d, nec assumat omnem eum qui incisionis est: ac præterea, si paria detracta sint ab angulis paribus qui sunt integri, reliquos esse pares e f: id petet quod initio propositum est, nisi assumat omnibus ijs quæ paria sunt, si paria detrahantur, reliqua manere paria. Perspicuum est igitur in omnibus syllogismis aliquid generatim esse pronunciãdum, & id quod uniuersè cõcluditur, ostendi omnibus extremis uniuersè pronũciatis: quod singulatim, efficietur hoc & illo modo. Itaque si cõclusio totum contineat, extrema pro toto genere sumẽda: si extrema pro toto accipiantur, fieri potest, ut conclusio non pronunciet uniuersè. Id quoque planum factum in omni ratiocinatione uel utranq; uel alteram enũciationem similem esse debere conclusioni: quod non eo solùm dico, quia uel affirmet uel neget, sed etiã quia necessaria sit, aut



*aut aliquid esse, aut accidere posse pronunciet. Videnda sunt etiam cætera genera enunciãdi. atque generatim planum fecimus, quando necessario consequetur, quando non consequetur conclusio: quando ratiocinatio poterit perfici, quãdo erit perfecta: & si qua nectatur, extrema aliquo genere exposito digerenda. Hoc etiam perspici potest, omnem ratiocinationem cõstare ex tribus nominibus quæ extrema dicũtur, haud pluribus: nisi forte ex alijs atque alijs eadem efficiatur conclusio: ut si ē concludatur ex ā b, & ex c d: aut ex ā b, & ā c, & b c. Nihil enim prohibet, earundem conclusionũ plura esse media: quæ quum ita sunt, non una tantùm, sed plures sunt argumentationes: ac rursum, si utrunque pronunciatum ā b sumptum sit cum rationibus, ut ā probetur per d ē: deinde b per f g: aut alterum inductione, alterum ratiocinatione. sed & hoc modo multæ ratiocinationes: quia plures sunt conclusiones, ut ā, b, c. Si nõ sunt plures syllogismi, sed unus, eadem conclusio hoc modo ex pluribus effici potest: ut autem c ex ā b fit, ita fieri non potest. Efficiatur ē conclusio ex ā b c d: necesse est igitur aliud ex his cum alio sumptum fuisse: unum ut totum, alterum ut partem. id quidem demonstratum prius, si ratiocinatio sit, sic extrema statui debere. Sit igitur ā sic affectum ad b. ex his igitur efficitur aliqua conclusio. Itaque uel ē, uel ex c d altera, aut alia quæpiam præter has. Quod si ē confectum fuerit ex a b tantummodo, erit ratiocinatio. at c d si ita sunt affecta, ut alterum sit ueluti totum, alterum sicuti pars, aliquid efficietur & ex ijs, siue ē, siue ex a b altera cõclusio, siue alia quæpiã præter has. Si ē cõcludatur, aut aliud ex a b: aut plures erũt syllogismi, aut ut accidere dicebamus, idem ex multis extremis concluditur. Si quid aliud efficitur*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

præter hæc, plures habẽdæ ratiocinationes, nec cõgruẽtes inter se. Si c nõ ita sit affectũ ad d, ut coalescere possint in syllogismũ, frustra suscepta sunt: nisi forte assũpta sint aut inducendi, aut occultandi, aut quidpiam aliud agẽdi causa. Si ex a b nõ efficitur ẽ, sed alia conclusio: ex c d uero, aut altera aut alia præter has, multæ quidem ratiocinationes quæ ad rem propositam nõ pertinent: quia propositũ fuerat eũ necti syllogismum qui ẽ concluderet. Si ex c d, nulla affertur cõclusio, sine re uidentur assumpta, & eam rationem cõnecti, quæ nõ pertinet ad id quod initio propositũ fuit. Perspicuũ est igitur omnem demonstrationem, ratiocinationémque tribus extremis peragi: quo patefacto, nõ est dubium quin constet ex duobus pronũciatis, haud pluribus: quia extrema tria duæ sunt enunciationes, nisi quid aliud, uti diximus principio, assumatur ad argumentationũ perfectionẽ. Apparet in qua ratione aliquid more ratiocinationũ colligitur, si pares nõ sint enunciationes, ex quibus efficiatur propria conclusio: (nam quasdam enunciationes ex superioribus assumere conclusionibus est necesse.) eam rationem aut recte & ordine non fuisse ratiocinando confectam, aut plura proposuisse quàm opus esset ad demonstrandũ propositum. Quod si capiantur eæ ratiocinationes quæ ex propriis constant enũciationibus, omnis argumentatio constabit ex paribus pronunciatis, & extremis imparibus. Extrema quidem certe uno superant enunciationes, atque conclusio dimidiũ est enunciationum. Si res cõcludatur adhibendo rationes antecedentium quæ προσυλλογισμοὶ nominantur, aut plura media quæ sunt proxima atque continua, ut si a b demõstrentur per c d: multitudo extremorum similiter ẽnunciationes uno superabit. Aut enim extrinsecus

adhibebitur extremum quod interuenit, aut in medium mittetur: utroq; modo accidit ut interualla quàm extrema sint pauciora. Enunciationes autem sunt pares interuallis: ueruntamen non semper erunt enunciationes pares, extrema imparia, sed alternis. Nam quum pronunciata fuerint paria, dissimilia erunt extrema: quum hæc paria, illa dissimilia, quia simul ac extremum adiunctum est, adiungitur enunciatio, quacunque ex parte adhibeatur illud. Itaque si quum ille pares erant, hæc impari numero continebantur: si pari gradu crescat adiunctio, necesse est alternas fieri cõmutationes. Conclusiones haud eundem etiam seruabunt ordinem, ut uel cum extremis uel cum enũciationibus numero comparentur. Si unum adhibeatur extremum, conclusiones afferentur una pauciores quàm extrema, quæ fuerunt in duobus pronunciatis prioribus: quia ad ultimum solum non adhibetur conclusio, ad reliqua omnia adhibetur: ut si extremis a b c quartum adiungatur d, continuo sequuntur duæ conclusiones, una quæ refertur ad a, altera quæ ad b, quod item ualebit in alijs. Si quid interseratur, eodem modo crescet numerus conclusionum, quia unum modo extremorum nõ efficiet conclusionem, quamobrem paulo plures erunt conclusiones, quam uel extrema uel enunciationes. Quia scimus quibus rebus admoueantur argumentationes, & quod genus formetur in quaque conformatione, quótq; modis ostendatur, facile est nosse, quænam sit quæstio, quæ negotio magno probetur, & quæ facile cõmonstretur. Ea quidem facile probatur, quæ multis formis, multisque modis uariantibus conficitur. Quod ostenditur paucioribus formis, pauciorib⁹q; modis, id ægre magis cõprobatur. Ea quæ totum con



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*firmat, ostendi tantummodo potest in prima cōformatione, & uno modo. Quæ negat, & in prima & in secunda: in illa, uno modo: in hac, duobus. Quæ affirmat partem, in prima & ultima: in illa uno modo: in hac, tribus. Quæ partem tollit, in omnibus ostendi quidē potest: at uero in prima semel: in secūda semel ac iterū: in tertia semel, iterū, ac tertio. Ex ijs apparet esse difficillimū confirmare quæstionem quæ totū confirmat, refutare facile. Ei qui tollit atq; labefactat, faciliora sunt ea quæ totum, quàm quæ partem continent: propterea quòd illa refelluntur, si alterum extremorū nulli alteri, aut non omni conueniat. Si cui non conueniat, id ostendi potest formis in omnibus: si nulli, duabus. Est eadem ratio negantium quæstionum. Etenim si extremum alteri toti, & si cui conueniat, tollitur id quod initio propositum est. Id dicebamus fieri posse duabus in formis. Quæ continent partem, uno modo ostendi queunt, si quis ostēdat aut omni aut nulli alteri conuenire. Ei qui extruere firmareque uult, minus ardua sunt quæ pro parte tantummodo sumuntur, quia pluribus formis modisq; stabiliri possunt. Non est ignorandum generatim, hoc licere, genus uniuersum demoliri utendo partibus, atq; partes utēdo genere. Non licet autem stabilire genus totum, parte confirmata, quia partes stant generum beneficio. Simul hoc apparet, esse facilius labefactare quàm extruere. Planum fecimus qui omnis efficiatur ratiocinatio, quot extremis, quot enunciationbus, qua affinitate atq; ratione pronunciatorū quæ quæstio in quaq; forma, quæ in pluribus, & quæ in paucioribus probetur.*

Brevis est antedictorum enumeratio

*De enunciationum copia.* 24.

*NVNC quî fiat ut ratiocinationum copia nobis suppetat,*

post quam precedente parte huius libri syllogismorum omnium in genere, nodis quae ut alii dicunt indicium tradiderit ratione hac in secunda huius libri parte argumentorum etiam omnium in genere inuentione doceat

petat, ad id quod propositum est demonstrandum, quaque uia reperiamus principia siue primas enunciationes in quaque re, iam uidetur esse dicendum. Non enim solum spectare debemus, quo pacto ratiocinatio gignatur, sed etiam illius conficiendæ habere facultatem. Eorum omnium quæ sunt, alia reperias ea natura prædita, ut de alio nullo uere, & uniuerse dicantur, ut sunt Cleon, & Callias, ut indiuidua, & quæ cadunt in sensum. de ijs uero cætera enuncientur: uterque enim est homo & animal. Alia de cæteris dicuntur illa quidem, de ijs alia priora non enunciantur. Alia & de alijs quibusdam, & de ijs alia nonnulla, ut homo de Callia, de homine animal. Non est igitur dubium quin sint in rerum natura nonnulla quæ de nullo alio dici queant. Eiusmodi fere est quicquid in sensum cadit, ut de alio nullo dicatur, nisi subijciatur aliquid accidens. interdum sic loquimur: illa res alba Socrates est: id quod accedere uides, Callias est. Repetemus illud, aliquando consistere oportere eos qui ad suprema contendunt. Non possumus autem aliud quidpiam ostendere quod de his enuncietur, nisi forte quis existimet aliquid inueniri posse: sed ea de cæteris dicuntur, Singulæ partes haud enunciantur de alijs, sed alia de ipsis. Quæ intermedia sunt, ea sine dubitatione utroq; modo usurpari queunt. Hæc quidem de alijs, alia de his poterunt dici. Ac fere uersantur in his orationes, inuestigationesque rerum. Ex his omnibus depromendæ sunt enunciationes, sic ut primum, quasi fundamentum statuas id de quo agitur, & definitiones, & ea quæ propria sunt eius de quo quæritur. Deinde quæ rei sunt consequentia, & contra quibus illa consequens est, quæq; non possunt



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ei conuenire. Quibus autem ea res inesse non possit, exquirenda non sunt, propterea quod retro agitur oratio quæ totum negat. Atq; distribuenda sunt cõsequentia quæ de alijs enunciantur, quum quid res sit, quæritur, & quæ propria, & quæ dicuntur ut accidentia: & in his segreganda quæ uere dicuntur & quæ hominum opinione. Quãto maior eiusmodi rerum copia cuiquam suppetet, tanto expeditius assequetur conclusionem: quantóque maior numerus ueriorum, tanto facilius rem demõstrabit. Deligenda sunt nõn ea quæ uni alicui sunt consequentia, sed quæ rei toti, ut non quæ homini cuiquam, sed omni: quia ratiocinatio constat ex orationibus quæ totum pronunciant. Quum sumitur id quod non est definitum, incertum, sit ne uniuersi generis enũciatio: certum, si usurpetur id quod est definitum. Similiter eligenda quibus totis ea res est consequens, ob eam quam diximus causam. Quod autem consequens est ei, non ita sumendũ ut totum consequens esse dicatur: uerbi causa, non est dicẽdum, si homo sit, omne animans esse: si musica, scientiam omnem, sed sine ulla adiunctione, consequi tantum, quemadmodum proponere solemus. Etenim alterum nec usitatum, nec illud quod esse possit, ut omnis homo sit animal omne, ut iustitia sit omnis bonitas, sed cui consequens est, in eo toto dicitur inesse. Quum subiectum quiddam cui consequẽtia sunt usurpanda alio quopiam cõtinetur, nõ sunt assumenda quæ uniuerso generi sunt consequentia uel non sunt, quia cum generibus assumpta sunt. Quæ sunt animali consequẽtia, eadem sunt homini: quæ nõ sunt, ea similiter nec homini conueniũt. Adducenda sunt propria cuiusq; rei propositæ. Sunt enim quædam speciei non generi propria, quia necesse est ut aliæ

species

Sumẽda sunt cõsequẽtia subiecte uniuersa pro medio non autem particularia quia ex particularibus nihil sequitur.

Consequentia genera sunt atq; adeo omnia superiora antecedẽtia vero species et omnia inferiora

nõ est vtẽdum generibus remotis sed propriis

*ſpecies habeant propria quædam. Atq; adeo in uſurpando genere, non ſunt ea colligenda quibus eſt conſequens id quod continetur, ut in uſurpando animali non ſunt legenda, quibus eſt conſequens homo, quia neceſſe eſt ſi homini conſequẽs ſit animal, omnibus iis etiam conſequens eſſe. Ea quidem ſunt congruentiora ad eum delectum qui de rebus ad hominem pertinentibus habetur. Colligenda quoq; ea quæ plerunq; conſequuntur, & ea quibus ipſa ſunt conſequentia: quia quæſtionum quæ tractant id quod plerumq; accidit, argumentatio conſtat, ex enunciationibus id quod ſæpius fit ſignificantibus, aut omnibus aut quibuſdam. Eſt enim cuiuſq; ratiocinationis complexio ſimilis antecedentibus. Præterea eligenda non ſunt quæ omnibus erunt conſequentia, quia ex iis non efficietur ratiocinatio: quam ob cauſam poſtea docebimus. Si aliquid uniuerſum confirmare uellimus, ſpectare debemus ea quæ ſubiecta ſunt ci quod approbatur, de quibus illud enunciatur, atq; de eo dicenda ſunt ei conſequentia, quia ſi quid eorum ſit idem, ut alterũ in altero inſit, eſt neceſſe.*

*Sequens figura ad parandam propoſitionum copiam pertinet.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance




B Consequentia Bono, utile, expetendum, persequendum, naturæ accommodatum, concupiscendum, commodum, frugiferum.

D Repugnantia Bono, imperfectum, fugiendum, perniciosum, incommodum, à natura alienum, inutile.

A Bonum. Quibus consequens est bonum.

C Antecedentia Bono, fœlicitas, habitus optimus, res secundum naturam, finis rerum, perfectum, uita ex uirtute.

F Consequentia Voluptati, motio lenis, actio naturalis, uita non impedita, res naturaliter expetẽda, res minime molesta, res eligẽda.

H Repugnantia Voluptati, morbus, labor, inopia, timor, motus contra naturam.

E Voluptas. quibus consequens est uoluptas.

G Antecedentia uoluptati, sanitas, opulentia, existimatio bona, præclara soboles, uita ex uirtute, uita sine labore.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Si nolimus totum coprobare, sumenda sunt ea quibus utrun
que extremum consequens est, quia siquid eorum sit idem,
ut insit in aliquo necesse est. Si demonstrandum sit aliquid
alteri nulli conuenire, debemus spectare consequentia sub-
iecto, cui non debet conuenire quod enunciatur, & repugnan
tia enunciato, quod non debet inesse in subiecto, aut contra.
Si hæc utralibet eadem sint, accidit ut neutrum in altero
omnino sit. ducitur enim ratiocinatio interdum in prima, a-
liquando in media forma. Si probandum aliquid in aliquo
non inesse, uidenda quæ antecedunt subiectum & ei con-
ueniunt, & quæ repugnant enunciato quod in subiecto non
potest inesse. Si quid eorum sit idem, necesse est alicui non
conuenire. Quod dicimus apertius erit fortasse hoc modo:
Consequentia a sint b, antecedentia c, repugnantia d. Con-
sequentia e sint f, antecedentia g, repugnantia h. Siquid
igitur eorum quæ pertinent ad c sit idem quod res in f col-
locata, necesse est ut omne e sit a: quia omne ē est f, & o-
mne c est a, quapropter omne e erit a. Si c & g sit res
eadem, necesse ut e quoddam sit a, quia quod est a con-
sequens est ei quod est c, & omne g est e. Si f & d co-
hæreant, nullum e erit a ex antecedente syllogismo: quod
enim retrogagitur oratio negans, atque f & d cohærent, nul-
lum f erit a: at omne f est e. Contra si b & h idem, nullum e
erit a, quia omne a est b, nullum b est e. Satuebamus enim
b & h idem: atque dicebamus, nullum e esse h. Si d & g co-
hæreant, e quoddam non erit a, quia g non erit a, propterea
quòd a nō potest esse d, at g positū est sub e. Igitur aliquod
non erit a. Si cōueniant g & b, reciprocatione facta ducetur

Expositio quinti modi gedaco & interpretatio sexti gebali.

Idem sit antecedens enunciato
et consequens subiecto
necesse est colligere positionē
omne, ē affirmantem

Hoc præceptum tantum
habet in primo prie
tur deprehenditur hac voce

declarat secundum modū
declaratio est tertii modi
datis quo signi, ut ex bum
ersa ne ante colligi ex ne
tio quod repugnans est enūci
ato et consequens subiecto

Quarti modi expositio hebare
colligi ex media repugnante subi
ecto et consequente enunciato in
conuersione assumptionis et
conclusionis atq propositionum
translationes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

argumentatio, quia omne a erit g, quoniam b inest in a, & e in b, quia b & g dicebamus conuenire. Non est necesse tamen ut omne e sit a, sed ut aliquod sit, quia totius affirmatio reciprocatur in partis affirmationem. Perspicuum est igitur in unaquaque quæstione uidenda quæ iam diximus esse utriusque subiecti & enunciati, propterea quòd ex ijs ducitur omnis argumentatio. Debemus autem potissimum intueri quæ prima sunt in consequentium numero & uniuersa, ac item in ordine eorum quæ antecedunt utrunque: ut quum legimus ea quæ ad e pertinent, spectanda potius k f, quàm s unum: quumq; assumimus ea quæ conueniunt a, melius est capere k c, quam unicũ c, quia si a sit k f, est f & e. Si non sit huic consequens, potest ijs esse quæ sunt f. Similiter est uidendum cui sit ipsum consequens, quia si prima consequatur, erit illis quæ subiecta sunt sub prima: si non ea consequatur, tamen potest ijs esse consequens, quæ subiecta sunt illis. Ex tribus extremis & enunciationibus duabus hauddubiè constabit hæc disceptatio, atque argumentationes omnes in eas quas ante diximus formas, redigentur. Ostenditur enim omne e esse a, si quid assumptum est quod idem sit c & f. id medium quidem est, extrema a & e, quapropter est prima conformatio. Demonstratur e quoddam esse a, siquid acceptum sit in c quod g conueniat. Ea forma tertia est, quia g fit medium. Nullum e esse a tum planum fit, quum d & f cohærent. Sic enim ducitur & prima & secunda forma. Prima quidem, si dicatur nullum f esse a, quia retroagitur ea quæ totum negat oratio, ac omne e esse f. Secunda uerò si dicatur

fecana

in primo prime figura modo quod declaratur per fecana ∴ capeti verbum cõfictũ declarat.

Hic deprehendes b rb conficto da plenes

Hoc docet verbũ hebare

*si dicatur nullum a esse d, & omne e esse d: quoddam e non esse a tum ratiocinando colligitur si d & g sit eadem res. Ea est ultima figura, nullum g est a, omne g est e. Hinc perspici potest omneis argumentationes in treis eas formas redigi, quæ ante demonstratæ sunt: atque ea nō eligenda quæ omnibus consequentia sunt, quòd ex illis nulla ratiocinatio conficitur. Vniuersum genus concludi non posse dicebamus ex cō-sequentibus. Negare autem non possumus quæ omnibus consequentia sunt: quia necesse esset uni conuenire, alteri nequaquam. Hinc perspici potest alias rationes inquirendi & deligendi quæ ad rem pertinent, inutiles esse ad efficiendam argumentationem: ut si utrique a & e consequentia sint eadem, aut si antecedentia a ponātur cum repugnātibus e, aut si sumantur quæ repugnant utriq;: quia nulla argumentatio ducitur ex illis. Nam si consequentia sint eadem, ut b & f, forma secunda est ex duobus pronūciatis affirmātibus. Si antecedentia a & repugnantia e, ut c h, prima erit forma in qua negatur extremū minus. Si utrique repugnantia, ut d h, ambæ enunciationes negabunt aut in primo aut in secundo ordine ratiocinationum. hoc autem modo non efficietur certa conclusio. Planum fecimus quæ sumenda sint eadem in quaque re demonstranda, non quæ diuersa atque contraria. Primū propter medium hæc intuemur: quòd idēm non aliud atque aliud assumendū. Deinde quibus in argumentationibus conclusio succedere uidetur: quia cōtraria aut repugnantia sumpta sunt: omnes ad eos quos dixi modos referentur: ut si b & f contraria sint, aut repugnantia, assumptis his concludemus nullum e esse a: sed hoc non efficietur ex antecedentibus. at erit ex eo genere quod ostendimus, quia omne a erit b, nullū e*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

erit b: quare neceſſe eſt ut b ſit idem quod h nonnullum. Contrà, ſi b & g repugnantia ſint, concludetur e quoddam non eſſe a. Hoc enim modo conficitur media figura, quia omne a erit b, nullum g erit b: quare neceſſe eſt g eſſe idem quod uniũ quiddam in d poſitũ: quia nihil refert utrũ b & g repugnantia ſint, an g & d ſint eadem. omnia quidẽ ſumpta ſunt in d, quæ a repugnantia ſunt. Perſpicuum eſt igitur, ex eiuſmodi inueſtigationibus nullã fieri argumentationẽ. Si uerò b & f ſint cõtraria, b quoddã eſt idem quod h, ac ex ijs cõcluſio effici poteſt. Accidit autẽ ut qui inquirũt hoc modo, aliã præter neceſſariã intueãtur uiã, q̃ ignorãt interdũ idem eſſe b quod h.

Ratiocinationes eæ quæ perducũt ad id quod fieri non poteſt, ita habent ut eæ quæ aliquid ſine cõditione cõmonſtrant. Conſtant enim ex conſequentibus antecedentibúſque, ac in utriſque eſt eadem ratio quærendi. Quod enim oſtẽditur ſine conditione data aut accepta, concludi poteſt ea ratiocinatione quæ perducit ad incommodum, & extremus eiſdem. ac cõtra, quod demonſtratur perducendo ad aliquid abſurdum, idem ſine illa conditione oſtendi poteſt: ut ſi concluſeris nullũ e eſſe a, fac ut e quoddam ſit a: ergo, quia omne a eſt b, & e quoddam eſt a, e quoddam erit b. at conuenerat nullum e eſſe b. Si rurſum oſtendere uelis e quoddam eſſe a, fac ut nullum e ſit a, omne g eſt e, nullũ g eſt a: at dicebatur omne g eſſe a. Eſt eadem ratio cæterarum quæſtionum: in omnibus ſemper erit eadem commonſtrandi ratio, quæ perducit ad incommodum ex conſequentibus antecedentibusq;. Et in quaq; quæſtione eadem inueſtigandi ratio, ſiue quis oſtendere quidpiã ſine conditione, ſiue ad id ducere quod eſt abſurdum uelit: ex ijſdem fit extremis utraque demonſtratio: ut ſi hæc concluſio demon-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*demõſtrata ſit, nullum e eſſe a: quia abſurdum quiddam concluderetur, nempe quoddam e eſſe b, quum aſſumptũ fuerit, nullum eſſe b, & omne a eſſe b: ſic enim certò conficitur nullum e eſſe a. Contra, ſi ratione nullam conditionem ferente confecta eſt hæc concluſio, nullum e eſt a, qui conditionem ferent, e quoddam eſſe a, oſtendent orationem contradicentẽ ad incommodum perducendo. Eſt eadem ratio quæſtionum cæterarum. In omnibus enim ſumendum quoddam extremũ aliud quàm quæ iam poſita ſunt: ex quo conficietur ea ratio quæ falſa commonſtrat. Ea commutata oratione, altera permanẽte, ratio ducetur ea quæ ſine conditione monſtrat, manẽtibus extremis ijſdem. Intereſt autem inter argumẽtationem hanc & illam: in ea quæ ſine conditione commonſtrat, uera ſumũtur antecedentia: in eam quæ conditionem fert, una falſò aſſumitur oratio. Hæc quidem planiora fient ex ijs quæ poſtea dicentur, quum de eo quod effici non poteſt, diſſeremus. Nũc hoc tantum teneamus eadem eſſe ſpectãda, & quum aliquid ſine conditione oſtendere, & quum ad incommodũ perducere uolumus. In alijs autem ratiocinationibus quæ cõditionem ferunt, ut quæ aſſumunt aliquid, aut qualitatem monſtrant: ſpectanda ſunt, non quæ ſtatim initio proponuntur, ſed quæ poſtea aſſumuntur. Cæterum eadem eſt indagandi ratio. Debemus rem intueri, atque diſtribuere genera argumentationum, quæ conditionẽ proponũt. hoc modo omne genus quæſtionis oſtenditur. Sed & alio modo licet eorum quæ diximus nõnulla demõſtrare: ut ea quæ totũ confirmãt, oſtendere poſſumus parte aliqua reperta ex data conditione. nam ſi c & g ſint eadẽ, & e non aliud ſit quàm g, efficietur omne e eſſe a. Contra, ſi g & d ſint eadem, ac de g ſolùm dicatur e, con-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cludemus nullũ ē esse ā. Apparet ex ijs quæ diximus, ita esse reperiendas enunciationes. Nec est alia ratio eorum quæ necessaria, contingẽtiáq; sunt: inuestigatio est eadem. Ac extremis ijsdem & eodem ordine collocatis efficietur argumentatio, & quæ quid accidere posse, & quæ esse, demonstrat. In contingentibus habenda sunt & ea quæ reapse non sunt, sed esse possunt. Ostendimus enim ex ijs etiam rationem confici, quæ contingentia assumit. Nec erit alia ratio scrutandi quid afferant alij modi qui enunciantur. Apparet ex ijs quæ diximus, non solùm hac uia atq; ratione argumẽtationes omneis cõfici, sed etiam aliam nullam reperiri posse. Nam ratiocinatio omnis, uti demonstratum est, conficitur aliqua earũ quas ante descripsimus formarum, quæ non possunt aliter cõstitui, quàm uel ex antecedentibus, uel ex consequẽtibus: propterea quòd hinc oriuntur pronunciata, atque mediũ assumitur. quapropter argumẽtatio aliunde assumi nõ potest. Eadẽ sanè uia, qua peruenitur ad omnia, quæ & in philosophia tractãtur, & in alia quauis arte atque disciplina. Coaceruãda sunt quæ in quaque re insunt, & ea quibus insunt, & eorum maxima copia colligenda: atque uidendum quid ex tribus extremis effici possit, si quis neget, hoc modo: si confirmet, alio: si ueritatem commonstret, assumendo quæ uera descripta sunt: si dialecticis utatur argumentationibus, probabilia afferẽdo pronunciata. Exposuimus generatim cuiusmodi sint argumẽtationum principia, quoque debeamus illa inuestigare modo, ut ne spectemus omnia, quæ de re dici queunt, néue animaduertamus eadem, quum aliquid molimur: & quum demolimur, néue eadem intueamur, quum totum aut partem asserimus: & quum uel omnia, uel partẽ tollimus, sed inquiramus



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*pauciora & arte definita. In omnibus quæ rerum natura cõtinẽtur, cerni legiq; principia possunt: ut quum de bono agitur, aut de sciẽtia. Sunt autem in unaquaque disciplina permulta. Itaque principia cuiusque rei tradere, est usus atque exercitationis: uerbi causa, scientiæ astrorũ est ostendere, quæ ea de re exercitatio comperit. ubi diligenter obseruata sunt atq; percepta, quæ sensu percipi possunt: inuẽtæ sunt Astrologiæ demonstrationes. Eadem ratio cuiusuis artis sciẽtiæq;. Quum igitur percepta sunt quæ hærent in quaq; re, iam nostrum est expeditè demonstrationes, argumentationesq; declarare. Si nihil in exponẽda & explicãda obseruatione prætermissum sit eorum, quæ in rebus hærent penitus & uerè, nostræ facultatis erit inuenire, ostendereq; omnia quæ demõstrari queunt: & cuius rei nulla sit natiua demonstratio, explicare. Omnia ferè exposuimus generatim, quæ pertinẽt ad expromenda pronunciata: diligenter & accuratè tractauimus hæc in opere de dialectica inuentione. Diuisionem generum paruam quandam esse particulam uiæ, atque rationis à nobis expositæ, uidere facile est. Est enim diuisio uelut infirma, atque debilis argumentatio: propterea quòd id sibi cõcedi dariq; uult, quod erat demonstrandũ: semperq; ratiocinãdi causa ex superioribus aliquid assumit. Primum omnes qui ea sunt usi, ignorabant id quod dicimus: deinde persuadere conabantur demonstrationem substantiæ fieri posse, atque definitionis. Itaque non intelligebant, quid ratiocinatione possit effici ab eo qui utitur diuisione: nec uidebant argumẽtationem fieri posse, quemadmodum exposuimus. In demonstrationibus quibus aliquid ineſſe rei concludendũ est: semper est necesse, ut medium quod est uinculum ratiocinationis, minus*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*inferiusq; ſit, ne uniuerſe dicatur de extremo priore. Diuiſio contrarium molitur: quia medium ſumit ex ijs quæ ampliora ſunt atque ſuperiora. Loco a uſurpetur animal: b, mortale: c, immortale: d, homo, cuius definitio percipienda ſit. Hoc quidem diuiſio ſumit, animal omne uel mortale eſſe, uel immortale, hoc eſt, omne id quod eſt a, uel b eſſe, uel c. ac iterũ diuidendo, ſemperq; diſtribuẽdo pronunciat hominẽ eſſe animal. itaque tandem efficit d eſſe a. Ea uis eſt ratiocinandi d eſſe, uel b, uel c, ut ſit neceſſe hominem eſſe uel mortalem, uel immortalem. at neceſſe non eſt, ut animal tantummodo ſit mortale: ſed hoc uti certum petitur, id uerò demõſtrare oportuit. Atq; rurſum, qui pro a poſuit animal mortale: pro b, ſuffultum pedibus: pro c, pedibus mutilum: pro d, hominẽ: rem perſequitur eodem modo, nempe a eſſe, uel b, uel c: quia animal omne pedes habeat, aut non habeat. De d dixerat a, quia aſſumpſerat iſtuc, hominem eſſe animal mortale. quare concludit eum uel habere pedes, uel non habere: neceſſe eſt hominem eſſe animal: ut autem pedes habeat, nihil eſt neceſſe. id quoque rurſum demonſtrari oportuit. Accidit, ut qui ſemper hoc modo partiuntur, genus ſumant pro medio, pro extremis differentias, & id quod demonſtrari oportuit: ad extremum concludunt hoc eſſe hominem, aut aliud quidpiam de quo quærebatur, nec planum faciunt cur ita eſſe ſit neceſſe. Etenim uiam totam deflectunt, aliámque rationem ſequuntur: nec exiſtimant inueniri poſſe copiã quæ ſuppetit. Nec dubium quin hac uia tollere quicquam non poſſimus, aut de accidẽte, aut de proprio, aut de genere, aut de rebus de quibus ambigitur utra pars uera ſit, ratiocinando diſſerere: ut ſi quæratur utrum linea quæ ἄμετρος appellatur, ſit par*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſit par lateri quadrati an impar. Nam ſi quis hoc aſſumat, omnem longitudinẽ parem eſſe uel imparẽ: diametrũ longitudinem eſſe: ea ratione cõfecerit, diametrũ uel parem uel impa rem eſſe. Quod ſi aſsumet eam partẽ quæ pronunciat nõ eiuſdem eſſe menſuræ, quod erat demonſtrandum, ſumet. ex quo efficitur hoc modo rem probari nõ poſſe. Via quidem hæc eſt, qua non poſsumus id de quo ambigitur oſtendere. Ponatur a pro pari uel impari, b pro longitudine, c pro linea diametro. Perſpicuũ eſt igitur hoc genus inueſtigandi nec eſſe cõgruens ad omnem diſputationem, nec utile ad ea demonſtranda, quibus maxime uidetur conuenire. Ex ijs quæ diximus apparet quibus ex rebus oriãtur demonſtrationes, quónã modo quærendũ, & quæ ſpectanda ſint in unoquoq; genere quæſtionis.*

De *argumentationum partitione.* 25.

POSTEA *dicendum quomodo referemus argumentationes ad eas, quas ante deſcripſimus formas. Hæc enim pars huius inueſtigationis eſt reliqua. Nam ſi uideamus ut naſcantur argumentationes, & habeamus inueniendi facultatem: præterea ſi iam confectas diuidamus in formas ante deſcriptas, perueniemus ad huius inſtituti finem. Ac ſimul quæ ſupra diximus, cõfirmabuntur atque planiora fient, rectéque tradita uidebuntur ex eorum declaratione quæ poſtea dicemus. Id omne quod eſt uerum, omnino debet eſſe conſentaneum: atque adeo primum contendere debemus, ut excerpamus duo pronunciata argumentationis: quandoquidẽ facilius eſt in membra maiora, quàm minora partiri: maiora autem coniuncta, quàm ſimplicia. Deinde uidendũ utrum totum, & utrum partem pronunciet oratio. Quod ſi utrunque pronunciatum non ſit aſſumptum, contemplandum quid effici*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*uoluerit, qui alterum usurpauit. Interdũ qui protulerunt maioris quantitatis orationem, non assumunt id quod ea continetur, siue scribunt, siue interrogant: aut usurpant eas quæ continentur, sed omittunt eas ex quibus concluduntur, atq; alia quædam rogitant quæ non pertinẽt ad institutum. Videndum si quid assumptum superuacaneum, & siquid necessarium prætermissum: hoc quidem afferendum, illud uero auferendum, quoad peruentum sit ad duas enunciationes: quia sine ijs non licet rationes interrogando propositas, eo quo debent referri. Non est difficile perspicere quid desit quibusdã. Quædam sunt occultiores, uidentur tamen aliquid concludere: propterea q̃ aliquid efficitur necessarium ex ijs quæ usurpata sunt: ut si quis hoc assumat, nisi detrãhatur substantia, non tollitur substantia, quum tolluntur ea ex quibus res constat, interit quod ex illis erat confectum: hæc si proposita fuerint, substantiæ partem esse substantiam necesse est: ex assumptis tamen id non est effectum, sed enũciationes desunt: atque etiam si quum est homo, ut sit animal est necesse: si quũ animal, substantiã: necesse est ut si sit homo, sit etiam substantia: sed hoc nondum ratiocinatione confectum: non enim pronunciata talia sunt qualia esse oportere diximus. Eiusmodi complexiones decipiunt nos, quia putamus uim ratiocinandi esse necessariam, propterea q̃ aliquid efficitur necessarium ex rebus usurpatis. Latius patet necessarium quàm ratiocinatio. Omnis enim ratiocinatio, necessaria: non id omne quod est necessarium, ratiocinatio. Quare non si quid efficitur ex quibusdam antecedentibus, iccirco statim debemus referre conari: sed primum duo pronunciata sumenda: deinde diuidenda in extrema, atque statuendum in utroque pronunciato quod*

*appellamus*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*appellamus medium: quia neceſſe eſt ut in omni forma medium ſit in utraq; enunciatione. Nam ſi de altero dicatur, & alterum de illo, aut ſi de altero dicatur, alterum tollatur ab eo, prima erit forma: ſi de altero dicatur, & tollatur ab aliquo, ſecunda: ſi alia de eo dicuntur, aut unum dicitur, alterum tollitur, ultima. Sic enim in quaque forma collocari medium dicebamus. Similis eſt ratio ſi pro toto non ſumantur enunciationes: eadem eſt enim medij diſtinctio. Ex ijs perſpici poteſt, qua in oratione non repetitur idem, in ea non eſſe ratiocinationem, quia nihil aſſumptum eſt intermedium. Quoniam tenemus quæ in quaque forma quæſtio concludatur, in qua totum, in qua pars efficiatur: ſatis apparet non omneis perluſtrandas eſſe formas, ſed eam quæ congruens eſt ad id de quo agitur. In ijs autem quæ pluribus concluduntur, ex medij ſitu agnoſcemus figuram. Sæpenumero quidē certe accidit ut fallamur in argumentationibus animaduertentes neceſſitatem, ut antea diximus: interdum fallimur à ſimili ſitu extremorum: id quod ignorare non debemus: ut ſi a de b, & b de c dicatur, hoc modo uidebitur apta argumentatio. at uerò nec efficitur quicquā neceſſarium, nec eſt ratiocinatio. Pro a ſumantur, hæc ſemper eſſe, pro b, Ariſtomenes qui mēte & intelligētia capi poteſt, pro c, Ariſtomenes. B eſſe a uerum eſt, quia ſemper Ariſtomenes intelligētia capi poteſt: uerum quoque c eſſe b: Ariſtomenes enim eſt qui cadat in mentem Ariſtomenes. at c non eſt a, quia interire poteſt Ariſtomenes. Non erat igitur neceſſaria cōcluſio in ea collocatione extremorū: ſed enunciatio b a debuit uniuerſe pronunciari. Id autē falſo putatur, omnem qui cogitatione teneri poteſt Ariſtomenem ſemper eſſe, cum fieri poſſit ut pereat.*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Sit quoque c Miccalus, b Miccalus muſicus, a cras deſinere: b de c uere enunciatur, quia Miccalus eſt Miccalus muſicus: a quoq; de b uere. Faciamus ut cras deſinat Miccalus eſſe muſicus: at falſo a de c. Eadem ratio quæ prior, quia non eſt uerum, totum Miccalum muſicum cras eſſe periturum: quo non aſſumpto, nihil concludebatur neceſſario. hæc fallacia naſcitur ex eo quod proxime accedit, quaſi nihil interſit utrũ concedamus hoc in illo ineſſe, an hoc in omni illo ineſſe. Sæpenumero accidet error, ſi extrema pronunciati non efferantur apte, ut ſi a ſit bona ualetudo, b morbus, c homo: uere dicas nullum b eſſe a, quia nullus morbus eſt bona ualetudo: uere etiam dicas omne c eſſe b, quia omnis homo uidetur idoneus qui morbum admittat: hinc effici uidetur fieri non poſſe ut hominum quiſquam ualeat. Eius rei cauſa eſt, quod extrema non ſint in eo genere loquendi conſentanea: quia ſi aſſumpta fuerint ea quæ ſuſcipiunt habitum, nihil efficietur neceſſario: ut ſi loco bonæ ualetudinis uſurpetur ualens, morbi, ægrotans, non poteſt uere dici, fieri non poſſe ut æger cõualeſcat: quo non aſſumpto, non ſuccedit concluſio, niſi ea fortaſſe quæ in contingentibus habenda ſit. Fieri quidem iſtuc poteſt, quia accidere poteſt ut nemo ualeat. In media quoque forma haud aliter ſequetur falſum. Nullus enim morbus bona ualetudo: omnis homo poteſt ualere: nullus igitur poteſt ægrotare. In tertia forma falſum concluditur in argumentatione contingentium. Etenim bona ualetudo, morbus, ſcientia, ignoratio, ut ſummatim dicam, contraria omnia eidem omni poſſunt ineſſe: inter ſe nullo modo cohærere poſſunt. Hoc autẽ prioribus eſt diſſentaneum. Nam quum accideret ut uni & eidem plura ineſſent, dicebamus fieri poſſe ut inter ſe cohærerent.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rent. In his igitur omnibus erratur, propter immutationem extremorum. Si assumantur ea quæ habitum suscipiunt, nihil accidit falsi. Non est igitur dubium quin pro habitu assumendum sit in eiusmodi pronunciatis id quod ex eo nomen accipit, & usurpandum id extremum. Non est autem cur extrema cupiamus semper uno aliquo nomine explicare: sæpe accidet ut sint orationes quibus nomina non sunt imposita. eam ob causam difficile est referre argumentationes eiusmodi. Ista ratio inuestigandi fallet interdum, ut siquis existimet argumentationem sine medio confici. A significet duos angulos rectos, b triangulum, c triangulum qui à paribus quasi pedibus nomen habet: c & a copulantur b uinculo, b non alio coniungetur, quia uidebitur triangulus per se duos habere angulos rectos: non erit igitur medium quod nectat a b, tametsi demonstrari potest. Perspicuum est igitur non semper ita sumendum medium, ut aliquod unum nomen, sed interdum orationem, quod euenit in ea ratione de qua nunc egimus. Quum dicimus primum inesse medio, & hoc extremo, non perinde debet hoc accipi, quasi semper futurum sit, ut enuncientur alterum de altero eodem modo primum de medio, medium de ultimo. Eadem ratio negantium. Sed quot modis aliquid esse dicitur, ac uere dicitur, hoc esse, tot modis existimandum uerba esse & non esse accipi posse, ut in hac oratione, una est contrariorum disciplina. Sit a idem quod una disciplina est, b quod contraria inter se, b quidem est a: non hoc modo, contraria sunt una disciplina, sed quo potest modo uere dici, contrariorum una est scientia. Accidit interdum ut primum dicatur de medio, medium de tertio non dicatur, ut si sapientia est scientia, & boni cognitio est sapien-



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*tia, concludendum boni ſcientiam eſſe: quia bonum non eſt ſcientia, ſed ſapientia doctrina eſt. Interdum medium de minore extremo dicitur: maius extremum de medio non item: ut ſi rei omnis quæ prædita qualitate eſt habeatur ſcientia, aut contrariæ: ſique bonum ſit quiddam qualitate affectum, concludetur boni ſcientiam eſſe quandam. Bonum uero aut qualitate affectum, aut contrarium ſcientia dici non poteſt, ſed bonum & qualitate præditum, & contrarium dici poteſt. Interdum neque primum de medio, neque medium de ultimo enunciatur, tametſi primum de tertio dicitur aliquando, & interdum non dicitur: ut ſi ita ratio ducatur, cuius eſt ſcientia, illius eſt genus: boni autẽ ſcientia eſt: eſt igitur boni genus. hic extremum nullum de alio enunciatur. Si uero proponatur hoc: Cuius eſt ſcientia, illud eſt genus: boni ſcientia eſt: erit hæc concluſio, bonum eſt genus. Maius extremum de minore dicitur, non item de medio, aut medium de minore. Eſt eadem enunciandi ratio in negationibus. Quum dicimus, hoc in illo non ineſſe, non ita ſemper uolumus accipi, hoc non illud eſſe, ſed aliquando hoc non illius eſſe: interdum, hoc illi minime conuenire: ut non eſt motionis motio, aut procreationis procreatio: uoluptatis eſt aliquis ortus: non eſt igitur uoluptas procreatio: aut altera ſit cõplexio: Ridendi eſt ſignũ: ſigni non eſt ſignum: nullus igitur riſus eſt ſignum. Eſt eadem ratio cæterorum modorum, quibus tollitur ſiue negatur id de quo agitur, quia genus de eo quodammodo dicitur. Atque etiam ſic oſtenditur occaſionem non eſſe tempus opportunũ: Deo eſt occaſio: ei non eſt tempus opportunũ: quia nihil eſt utile Deo. Extrema ſtatuenda ſunt, occaſio, tẽpus opportunum, Deus. Enunciatio ſic exprimenda, ut caſus*

*nominis*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*nominis patitur. Hoc quidem generatim de omnibus pronũciamus, nomina esse usurpãda semper, ut sunt appellationes: ut homo, bonum, contraria: non sic, hominis, boni, aut contrariorum. Pronunciata sic exprimenda, ut singulorum ferũt casus. aut enim dicendum aliquid alicui conuenire, ut par: aut alicuius esse, ut duplum: aut hoc agere, ut uerberans aut uidens: aut hoc esse, ut homo animal est: aut si quo modo aliter in enunciatione cadit nomẽ. Quum dicimus hoc in illo inesse, & hoc de illo uere dici, tot modis id accipiẽdum est, quot modis distinctæ sunt categoriæ. atq; categorias accipere debemus, aut pro parte, aut pro toto: ac præterea, aut simpliciter, aut coniunctè. Eodemq; modo distinguendum uerbũ non esse. Hæc quidem uidenda, atque optime distinguẽda. Quod autem conduplicatur in enunciatis, debet unà collocari cum maiore extremo, non cum medio: uerbi gratia, si concludẽdum sit, iustitiæ esse doctrinam, quia bonũ est: hæc pars orationis, quia bonum est, qua ratione bonum est, cum extremo maiore ponenda. Sit ā scientia qua ratione bonum est: b, quod bonum: c, iustitia: ā, de b uere dicetur, quia boni scientia est: quia bonum est, & b de c: est enim iustitia quod bonum. hoc modo distribuenda partitio. Si uerò illud, quia bonum est, uel qua ratione bonum est, ponatur cum b, non succedet conclusio. ā quidem de b uere dicetur, non item b de c. Nam falso dicitur iustitia esse bonum, quia bonum est: id enim quale sit, intelligi non potest. Similiter si ratiocinando efficere uelis, id quod est salubre sciri posse, qua ratione bonũ est, aut tragelaphum quia non est, aut hominem interire posse, quia sensu percipitur. In omnibus enim quæ adiungunt aliquid ei quod enunciatur, conduplicatio cum extremo maiore ponenda. Non au-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tem ſitus eſt idem extremorũ, & eadem collocatio, ſi quid cõcluſum fuerit ſimpliciter, ac ſine ulla adiunctione, & quum certum quiddam, aut aliquid ratione quadam, aut quodammodo fuerit demonſtratum: uerbi cauſa, ſi demonſtratum ſit, bonum eſſe quod ſciri poteſt: & ſi concluſum ſit, aliquid ſciri poſſe qua ratione bonum eſt. Sed ſi concluſio fuerit ſimplex, quæ pronunciet bonum ſciri poſſe, uſurpandum medium τὸ ὄν, quod ens quidam uocant: ſi uerò concluſio fuerit, bonum ſciri poſſe, quia bonum eſt, medium ſumendum aliquid unum eorum quæ ſunt. Sit ā ſcientia quia eſt, b aliquid eorũ quæ ſunt, c bonum: ā de b uere dicitur: eſt enim ſcientia cuiuſdam rei, qua ratione eſt. B quoque de c uere enunciatur: nam bonum quod loco c uſurpatum eſt, aliquid eſt eorum quæ ſunt, quare a de c dicitur: erit igitur ſcientia boni, quia bonum eſt. Erat enim ſignum propriæ ſubſtantiæ, quum quiddam certum eſſe diceretur. Si uerò medium uſurpatum fuiſſet τὸ ὄν, & cũ extremo nihil aliud coniunctum fuiſſet, nihilq; certum eſſet expreſſum, concluſio non fuiſſet hæc, ſcientia boni eſt, quia bonum: ſed hæc, ſcientia boni, quia eſt: ut ſi loco ā ponatur ſcientia quia eſt, loco b, quod uocant ens, c, bonũ. Haud dubie igitur ita ſunt extrema capiunda in argumentationibus, quæ propius ad aliquam partem accedunt. Debemus etiam aſſumere quæ idem ualent nomina pro nominibus, pro orationibus orationes, & nomẽ & orationem: ac ſemper pro oratione nomen, quia extremorum facilior eſt expoſitio: ut ſi nihil interſit utrum dicas, ſuſpicabile non eſſe genus opinabilis, an opinabile nõ eſſe quod ſuſpicabile. Pro oratione ſumpta uſurpanda ſunt nomina, quæ idem ſignificant ſuſpicabile atque opinabile. Quia uero nõ idem ualet hæc oratio, uoluptas eſt bonum,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*bonum, quod hæc, uoluptas est summũ bonum, non eodem modo usurpanda erunt extrema: at si conclusio sit, uoluptas est summum bonum, extremum statuendum, summum bonum: si conclusio sit, uoluptas est bonum, extremum ponendũ est, bonum: est eadem ratio cæterorum.* Non autem est idem neq; re neque uerbo hoc pronunciatum, c est b, & omne c est a, quod illud, omne c est b, & omne c est a: quia nihil prohibet quominus c sit b, non tamen omne: ut sit b pulchrum quiddam, c album: si quid album sit pulchrum, uere dicitur album esse pulchrum, nõ tamen fortasse, quicquid est album, esse pulchrum. Itaq; si quoddã nõ omne b sit a, siue omne c sit b, siue quoddam tantummodo, non modo non est necesse omne c esse a, sed ne ullum esse quidem. Si uerò id omne sit a, de quo toto uere dicitur b, cõcludetur id omne esse a, de quo toto dicitur b. Sin de eo dicatur a, de quo omni dicitur b, nihil prohibet quominus c sit b, & nõ omne c sit a, aut nullũ plane. In tribus igitur extremis est perspicuum, a dici de eo de quo toto dicitur b, nihil aliud esse, quàm de quibus dicitur b, de ijs omnibus a dici. Si de omni c dicatur b, sic a dici: si non de omni, nihil esse necesse a de eo omni enunciari. Non est existimandũ propter eam quam adhibuimus extremorũ descriptionẽ euenire aliquid absurdum: nõ ea quidem nos utimur, quòd aliquid ipsa sit, sed adhibemus, ut geometres lineam facit pedalem, rectã, latitudinis expertem, quæ non sit eiusmodi: sed non sic utitur, ut inde conficiat demonstrationem. nam qui aliquid demonstrat, nihil ex ista descriptione prorsus ostendit, quæ non explicat, ut totum cum parte, & aliud cum eo, ut pars cum toto comparetur. nõ enim hinc efficitur cõclusio. Descriptione uerò sic utimur, ut dicimus eum qui disciplinis operã dat,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rem ſenſu percipere: nō perinde quaſi ſine ijs nulla effici poſſit demonſtratio, ut ſine ijs ex quibus conſtat argumentatio. Id nos præterire non debet in eadem argumētatione nō concluſiones omneis una & eadem confici forma: ſed unā prima, alteram ſecunda aut tertia. quare nō eſt dubiū quin ita partiendæ ſint. Quod autē non omnis quæſtio inuenitur in omni conformatione, ſed in quaq; forma deſcripta ſunt quædam de quibus agendum, ex concluſione perſpici poteſt, in qua figura quærendum ſit quid efficiatur. Ex rationibus quæ pertinent ad definitiones, eæ quæ ſuſceptæ fuerunt ad diſputandum de una aliqua parte definitionis, debent ad eam partem, non ad omnem definitionem adhiberi. Ita fiet, ut is qui partitur, minus à multitudine uerborum turbetur: ut ſi quis aquam definiuit humorem ad potum congruentem, ponēda ſunt extrema, aqua, & ad potum congruens. Præterea nihil eſt cur referre conemur argumentationes eas quæ conditione nitūtur: quia non licet redigere in ordinem, ex ijs quæ aſſumpta ſunt & uſurpata, propterea quòd nulla ratione demōſtratæ ſunt, ſed omnes accepta conditione uelut ex pacto cōceſſæ: ut ſi qui conditionem dedit, ſi oſtenderit non unam eſſe contrariorum facultatem, ſimul oſtenderit nō unam eorum eſſe doctrinam: poſtea diſſerat, contrariorum non unam eſſe facultatem, ut ſalubris & male ſalubris: quia conſequens eſſet, ut ſalubre idē quod peſtilens, & non ſalubre haberetur: demonſtratū quidem fuerit non unam eſſe contrariorum omnium facultatem: at id non erit planum factum, ea non una ſcientia contineri: quod tametſi neceſſe eſt confiteri, non tamen ui argumentationis ſed lege pactionis. Non eſt igitur hæc ratio referenda, ſed illa quæ oſtendit non idem poſſe cōtraria: propterea q̄ in

ratioci-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ratiocinationibus haberi potuit, illa nequaquã, ſed pactum & cõditio fuit. Eſt eadem ratio argumentationũ quæ perducendo ad incommodũ cõcluduntur, quia non poſſumus eas referre. Poſſumus quidẽ eam partem, quæ abducit ad aliquid abſurdũ, propterea q̃ argumentatione demõſtratur: alteram uero nõ poſſumus, quia ex lege & cõditione cõcluditur. Differunt autẽ ab ijs quas antea diximus, quia in illis ante cõfitendum eſt quod petit unus, ut cõſentiat qui iam dedit, ut ſi feratur lex, Si demonſtratũ fuerit unam eſſe contrariorum facultatẽ, eſſe quoq; unam & eandem diſciplinã. In his autẽ, qui nõ ante cõfeſſi fuerint, cõcedent quod petitur, quia aperte falſum oſtenditur, ut ſi quis fecerit lineam mediam, id eſt diametrum, eſſe parem lateri quadrati, concludetur imparia paribus eſſe æquabilia. Aliæ multæ concluduntur argumentationes ex conditione lata, quas perſpicere debemus, ac dili gẽter dilucidéq; diſtinguere. Quæ ſint diſſimilitudines earũ, quótq; modis efficiantur ex cõditione ratiocinationes, poſtea dicemus. Nunc ſatis ſit id uidiſſe, hoc argumẽtationis genus non oportere in cõformationes redigere, cuius rei cauſam attulimus. Quæ pluribus demonſtrantur formis pronunciata, ita uariãtur, ut ſi in una quidpiã concluſum ſit, in alterã reuocari poſſit argumentatio, ut ea quæ totũ negat, in ordine primo confectũ, referri poteſt in ſecundã formã: & quæ effecta eſt in ſecũdo, reuocari ad primã. quãquã nõ omnes ita argumentationes uariare poſſunt, ſed earũ quædã, id quod poſtea explicabimus. Nã ſi nullũ b ſit a, & omne c ſit b, nullũ c erit a: hoc modo efficitur forma prima. Oratione quæ totũ tollit retroacta, efficietur ſecũda, ac nullũ a b, omne c b. Itémq; ſi ducatur argumẽtatio pro parte nõ genere toto, ut ſi nullũ*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*b sit a, quoddam c sit b, reciprocata enunciatione quæ negat, reddetur secunda forma. Ex ijs ratiocinationibus quæ pertinent ad ordinem secundum, quæcunque totum genus pronunciat, redigentur in primam classem: quæ partem solum, non omnes, sed una tantum. Nullum b sit a, omne c a, negante oratione conuersa, prima erit conformatio, quia omne b a, omne c b. Quod si affirmatio sit cum b, negatio cum c, primum statuendum erit extremum c, nullum c a, omne b a, itaq; nullum b c, nec igitur ullum c b, quia retroagitur oratio negans. Si argumentatio pronunciet partem, atque negatio maius tollat extremum, referetur ad primam figuram, ut si nullum b a, quoddam c a, mutata quæ negat oratione, ueniemus ad ordinem primum, quia nullum a b, quoddam c a. Si affirmatio sit cum maiore extremo, non reuocabitur, ut si omne b a, non omne c a, quia non admittit reciprocationem a b, nec si facta fuerit, necessario sequetur conclusio. Atq; adeo non omnes argumentationes tertiæ formæ poterunt in primam referri, sed omnes primæ in tertiam. Omne b sit a, quoddam c b, quandoquidem reciprocatur oratio partem confirmas, quoddam b c. dicebamus autem omne b a: efficitur ergo tertia figura. Si ratiocinatio neget, eadem ratio mutandi, quia reciprocatur enunciatio quæ partem pronunciat: nullum igitur b a, quoddam c b. Ex ijs autem syllogismis qui cadunt in tertiam formam, unus tantummodo non distribuitur in primam conformationem, nempe si quæ negat oratio non pronunciet totum: cæteri omnes distribuuntur. Omne a & b dicatur de c, quia reciprocabitur c cum utroq; in orationem quantitatis minoris, quoddam b erit a, reddetur itaque prima forma, si omne c a, quoddam b c. Et si omne c a, quoddam c b, similis erit ratio, quia c reciprocatur cum b. Si omne c b, quoddam c a, b ponendum maius extremum. Nam omne c b,*

*quoddam*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quoddã a c, concluſio, quoddã a b. Ac quoniam retroagitur partẽ pronuncians oratio, quoddã b a. Si argumentatio tollat aliquid totũ, eſt eodẽ modo ſuſcipienda mutatio. Sit omne c b, nullũ c a, quoddã b igitur non erit c: nullũ autem c a, erit igitur quoddam b c, nullum c a. ſic erit medium c. Eadẽ ratio ſi pronunciatum negans tollat totum, aiens partẽ firmet, nullum c a, quoddam b c. Si partem negatio tollat, non item referetur: ut ſi omne c b, quoddã c non ſit a, quia ubi retroacta fuerit oratio c a, ambo pronunciata partem tantũmodo complectentur. Apparet ex ijs quæ diximus, ad permutãdas inter ſe figuras, eſſe conuertẽdam enunciationẽ minoris extremi in utraque forma, ea quidẽ retro ducta, in alterã conformationẽ uenitur. Argumẽtationũ quæ cadunt in ſecundã formã, una deducitur in tertiam, altera, nequaquã. Si oratio maioris quãtitatis neget, deducitur, ſi nullum b a, quoddã c a, orationes ambæ cum ã reciprocantur eodẽ modo: itaq; nullum a b, quoddã c a. Medium eſt igitur a. Si omne b a, quoddam c non a, nulla ratio referendi, quia neutra enunciatio conuerſa manet uniuerſa. Quæ ratiocinationes ſunt ordinis tertij, in ſecundum diſtribuentur: ſi quæ negat oratio, totum genus tollat, ut ſi nullũ c a, quoddã uel omne c b: etenim nullum a c, quoddã b c. Si partem ſolum tollat ea quæ negat, nõ redigetur in illũ ordinẽ, quia nõ admittit reciprocationẽ enũciatio quæ tollit partẽ. Perſpici poteſt eaſdẽ ratiocinationes, quæ non poterãt in primã cõformationẽ reuocari, nõ permutari in hiſce formis, atq; eas quæ referuntur ad primã ſolas, perducendo ad incõmodũ concludi. Apparet ex ijs quæ dixi mus, quonã modo reuocare debeamus aliò ratiocinationes, atque formas uiciſſim admittere diſtributionẽ. Refert au-



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tem in aliquo moliendo aut demoliendo utrum putes idē an aliud ſignificare: iſtuc,hoc non eſt illud,eſt iſtuc,hoc eſt non illud,ut nonnihil intereſt utrum exiſtimes, hoc non eſſe albū, idē eſſe quod hoc eſſe non albū,an aliud quiddā. Hæc quidē non ſignificant idē:nec huius orationis,hoc eſt album,eſt hæc negatio,hoc eſt non albū, ſed hæc,hoc non eſt albū: cuius eſt hæc cauſa: Qualis eſt comparatio inter has orationes,poteſt ingredi,poteſt non ingredi,talis inter has,album eſt,eſt non album: & has,ſcit bonum,ſcit non bonū. Nihil intereſt utrū dicas,ſcit bonū,an hoc modo,homo eſt ſciens bonū:poteſt ingredi,an ſic, potis eſt ingredi:cohærent igitur his contradicētia,non poteſt ingredi,nō potis eſt ingredi. Hæc igitur oratio, nō potis eſt ingredi,ſi ſignificat idem quod hæc,potes eſt non ingredi,aut hæc,poteſt non ingredi,quæ ſunt eadē,ſimul erūt in eodem,idem ſane poteſt ingredi, & nō ingredi:ac idē ſcientiam tenet boni & non boni. Affirmatio autē negatióque contradicentes in eodē ſimul non inſunt. Vt igitur hoc, neſcire bonū,non eſt idē quod hoc,ſcire non bonū,ita, eſſe nō bonū,non eſt idem quod non eſſe bonū. Nam quorū proportio eſt atque comparatio,ſi altera ſint diuerſa,uaria quoque erunt altera:nec iſtuc,eſſe nō æquale,idē quod, nō eſſe æquale.Ei quidē quod dicimus eſſe nō æquale,ſubiicitur aliquid, nempe inæquale:ei uero quod non eſt æquale, nihil ſubiicitur. Quapropter non omnia ſunt paria aut imparia, ſed omnia paria ſunt aut non paria. Præterea hoc,eſt lignū nō albū, & hoc,non eſt albū lignū,nō ſimul ſtant. Siquid enim ſit lignū nō album,id erit lignū:quod uero non eſt albū lignū,id ut lignū ſit,nihil eſt neceſſe. Hinc perſpici poteſt,huius orationis,Eſt bonū,nō hanc eſſe negationē,Eſt nō bonū. Quod

ſi de

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſi de unaquaque re uere dicitur uel affirmatio uel negatio, ſi non eſt negatio, non eſt dubiũ quin quodãmodo ſit affirmatio. Síque affirmationis omnis eſt negatio, certe erit & huius, nempe hæc, non eſt nõ bonũ. Eſt autem iſtorũ inter ſe ordo huiuſmodi: Sit ad a, eſſe bonũ, ad b non eſſe bonum, ad c ſub b eſſe non bonum, ad b ſub a non eſſe non bonum.*




*Nihil erit quod non ſit aut a aut b, ſed nihil utrunque: nihil quoq; erit quod non ſit aut c aut d, ſed nihil utrũq;. Cui c ineſt, ei toti ineſſe b neceſſe eſt, quia ſi uere dicitur, hoc eſt non album, id quoq; uere, hoc non eſt album: quia fieri non poteſt, ut idẽ ſimul albũ ſit & non albũ: aut ut ſit lignũ non albũ & albũ lignũ. Itaque ſi non ſit affirmatio ſuccedet negatio. Non autẽ ſemper b eſt c: quod enim prorſus non eſt lignũ, non erit lignũ non albũ. Eregione reſpondentia ſi cõferas, de quo dicitur a, de eo toto dicitur d: aut enim dicitur c aut d, quandoquidẽ fieri non poteſt ut idẽ ſimul ſit albũ & non albũ: d erit a, quoniã id quod eſt albũ, uere dices non eſſe non albũ. Atuero non omne d eſt a, quia ſi quid non ſit omnino lignũ, nõ dicetur uere lignũ candidũ, d uere de eo dicetur, a falſo. Perſpicuũ eſt etiã a & c nulli eidẽ cõuenire, tametſi b & d poſſunt in eodẽ aliquo ineſſe. Priuationes ſi conferantur cũ aſſertionibus, eundẽ ſeruant ordinẽ. Aequale imponatur a, non æquale b, inæquale c, non inæquale d.*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance




*In rebus multis in quibus idem partim ineſt, partim non ineſt, eodē modo uera erit negatio quæ pronunciat, non eſſe alba omnia, & quæ dicit, non eſſe ſingula alba. At quæ pronunciat res ſingulas non albas eſſe, aut omnia eſſe non alba, falſa eſt: itemq; orationis huius, omne animal eſt albū, nō eſt hæc negatio, omne animal eſt non albū, quia utrūq; pronunciatū falſum: ſed hæc, non animal omne eſt albū. Quia planū factum eſt has orationes nō idem ſignificare, eſt nō album, non eſt album, & priorē affirmare, poſteriorē uero negare, apparet non eſſe eādē rationem utriuſque demonſtrandæ, ut huius, quicquid eſt animal non eſt album, aut fieri poteſt ut animal nullū ſit album: & huius, uere dici poteſt omne animal eſſe nō albū: quæ tantū ualet quantū hæc, omne animal eſt non albū. At idem genus eſt huiuſce demonſtrādæ, uere dici poteſt omne animal albū eſſe, & huius, uerè dicas animal omne eſſe non albū. utrūq; pronūciatū quū moliatur aliquid uniuerſum, oſtēditur uirtute primæ formæ. Sic enim uſurpatur iſtuc, uere dici poteſt, ut ſolemus uſurpare uerbū, eſt. Orationis huius, uere dici poteſt hoc eſſe candidū, nō eſt hæc negatio, uere dici poteſt hoc eſſe nō candidū, ſed hæc, uere non poteſt dici hoc eſſe candidum. Si demonſtrāda ſit hæc oratio, uere dici poteſt omnē hominē eſſe muſicū, uel eſſe non muſicum, aſſumēda erit hoc enunciatio, omne animal aut eſt muſicum aut nō muſicū, eſt inuenta ratio demonſtrandi. Hoc autē pronunciatū, nullus homo muſicus eſt, demoliēdo oſtenditur tribus ijs quos diximus modis: ut generatim dicam, ſi a & b ita ſint affecta, ut eidē ſimul nō poſſint conuenire, ſed alterū*

*neceſſario*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*necessario cõueniat, & contra si c & d eodẽ sint affecta modo, a consequens est c, neq; reciprocatur, & d consequens est b, neq; retro cõmeat. a & d possunt de eodem dici, b & c non possunt. Primum b & d esse consequẽtia hinc perspici potest, quia necesse est alterũ aut c aut d de quaq; re dici: cui autẽ b cõuenit, cum eo c cohærere nõ potest, propterea q ei cõsequẽs est a, quod b contradicit, itaq; haud dubie d cõsequetur. Cõtra quia a nõ retro cõmeat in c, atq; est necesse ut omnia sint aut c aut d, poterunt a & d in eodẽ inesse, nõ poterũt b & c, quoniã a consequens est c: hinc enim accidit absurdũ quiddã & quod cohærere nõ potest. Nec dubitandum b non retro cõ meare in d, quandoquidem fieri potest ut a insit in d.*




*Fieri potest interdũ, ut in hoc ordine extremorũ quispiã fallatur, si nõ recte cõtulerit opposita, quorũ alterum necesse est de rebus omnibus dici: ut si a & b non possunt in eodẽ simul inesse, atq; necesse est cui non conuenit unũ, de eo alterũ dici, itemq; è regione c & d: cui uero toti c cõuenit, ei consequens est a, uidebitur effici necessario ut b sit cõsequẽs ei qđ est d. id autẽ falsũ. Sumatur utriusq; a & b negatio, & ponãtur ad f: deinde negatio c & d statuatur ad g, necesse est ut de quaq; re dicatur aut a, aut f: aut enĩ affirmatio aut negatio. atq; rursũ aut c aut g, qa affirmatio est & negatio. Cui toti c cõuenit, ei subiicitur a: quare cui toti f cõuenit, ei g*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſubiicitur. Atq; etiã quoniã iſtorũ alterũ aut f aut b de quaque re dicitur, alterum aut g aut d de re quauis eodẽ modo dicetur. g eſt conſequens ei quod eſt f, b etiã conſequens erit ei quod eſt d. id quidẽ ſcimus. itaq; ſi a conſequẽs eſt ei quod eſt c, b erit cõſequẽs ei quod eſt d. id autẽ falſum. In hoc ordine reſpondet ex aduerſo conſecutio. At non eſt neceſſe fortaſſe ut omnia ſint aut a aut f, atque ut omnia ſint aut f aut b, quia f nõ eſt negatio eius quod eſt a. Boni quidẽ negatio eſt hæc, non bonũ. Non autẽ idẽ ualet hæc oratio, non eſt bonũ, quod hæc, neq; bonum neq; non bonum. Similis eſt ratio c d, duæ ſunt enim aſſumptæ negationes.




© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

# PARTITIONVM PRIORVM ARISTOTELIS LIBER II.

QVOT *in formas cadat, ex quot & quibus enunciationibus constet, quando & quomodo efficiatur argumẽtatio, iam oratione percurrimus: præterea quæ sint exploranda tam molienti quidpiam, quàm demolienti, quóq; modo ad quamq; rem propositam inuenienda sint argumenta in unaquaq; ratione reperiendi, atq; etiam qua uia atq; ratione excerpemus in quaque disputatione principia. Quum sint conclusiones aliæ quæ de toto genere pronunciant, aliæ quæ de parte, priores omnes plura semper colligunt posteriores: si quid affirmant, plura: si negant, tantum id quod cõcluditur. Nam reliquæ enunciationes retro commeant: quæ tollit partem, nequaquam reciprocatur. Conclusio aliquid de aliquo dicit. Itaque sunt conclusiones, quæ plura colligent: ut si demõstratum sit omne aut quoddam b esse a, necesse est ut a quoddam sit b: siq; conclusum sit nullum b esse a, effectum quoq; est nullum a esse b: quæ conclusio non eadem est quæ prior. Si uerò complexio fuerit, quoddam b non est a, non est necesse ut a non sit b, quia fieri potest ut omne b sit a. Hæc quidẽ cõmunis omnium causa, & earũ quæ totum, & earũ quæ partem pronunciant. Possumus autem de ijs conclusionibus quæ totum colligunt, aliam tradere præceptionem, ut efficiantur plures. Eorum omniũ quæ aut sub mediũ, aut sub conclusionẽ subiecta sunt, erit eadem argumẽtatio, si quædam ad mediũ, quædam ad conclusionem adiuncta sint: ut si a b cõclusio demõstrata sit per c, necesse est ut a dicatur de ijs omnibus, quæ*

M

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*sub b, aut sub c posita sunt: quia si d sit in toto b, & b in toto a, erit d in toto a: atq; rursus si e sit in toto c, & c in a, erit e in toto a. Eadē ratio ualebit in argumētatione quæ negat. In secunda conformatione hoc solum efficere licebit, quod erit subiectum sub conclusionem: ut si nullum b sit a, omne c a, cōclusio, nullum c b. Si d sit sub c, non est dubium quin ei nō cōueniat b. Non autē cohærere b cum ijs quæ sub a posita sunt, non est argumentatione demonstratum: tametsi non est e, si est sub a, sed nullum c esse b ratiocinatione demōstratū: non inesse in a, nulla ratione effectum, sed usurpatum. non efficitur ergo ratiocinando, e non esse b. In argumētationibus quæ colligunt partem, non erit necessaria eorum cōclusio, quæ subijciuntur extremo minori. Nihil enim necessario efficitur, quū ea partem modo pronunciat oratio. Omnium uerò conclusio succedet eorum, quæ sub medio posita sunt, nisi quod nō efficientur argumentandi necessitate: ut si omne b a, quoddam c b, eius quod subijcietur c, non erit conclusio: eius autem quod erit positum sub b, cōclusio quidē constabit, sed haud quaquā ex antecedētibus conclusionibus. Est eadem ratio cæterarum formarum: quia non erit rei subiectæ extremo minori cōclusio: alterius erit quidem, sed haud quaquam argumentandi necessitate: qua ratione in argumentationibus totum concludentibus res subiectæ medio demonstrabantur assūpta enūciatione, quæ nō erat demonstrata. aut igitur illic nō erit cōclusio: aut si erit, in his quoque necessaria. Porrò autē fieri potest, ut ambo pronunciata ex quibus constat argumentatio, sint uera, aut ambo falsa, aut ut unum uerum, alterū falsum: conclusio ut aut uera sit, aut falsa est necesse. Ex ueris falsum ratiocinando non efficitur: ex falsis uerum colligi potest,*

*non*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

non ob medij cauſam, ſed extremorum affinitatem. Nō enim concluſio efficitur ex falſis, ſi medium fuerit cauſa cōplexionis. cur ita ſit, poſtea dicetur. Primum ex ueris falſum colligi non poſſe, hinc perſpici poteſt, quòd ſi quum eſt a, neceſſe eſt eſſe b: quum b non eſt, neceſſe eſt a non eſſe. Si uerum ſit a, neceſſe eſt ut b uerum ſit: aut accidet ut idem ſimul & ſit, & non ſit. id autem fieri non poteſt. Quod autem a uelut unum extremum uſurpauimus, ne quis exiſtimet ex uno aliquo cōcluſionē effici neceſſario. Id quidem haud quaquam fieri poteſt: quia quod neceſſario conficitur, eſt concluſio: ex quibus hæc conficitur, tria minimum ſunt extrema, ac duo interualla atq; enunciationes. Si uerum eſt omne b eſſe a, & omne c eſſe b: neceſſe eſt ut omne c ſit a, nec cōcluſio poteſt eſſe falſa: alioqui ſimul & erit, & non erit. A, quātuis uelut unū ſit extremum, pro duobus tamen pronunciatis uſurpatum eſt. Eadem ratio demoliētiū argumētationū: quia non licet in eis falſum efficere ex ueris, ſed cōtra, uerū ex falſis licet colligere, ſiue ambo pronūciata falſa, ſiue unum uerum, alterum falſum: nō utrūlibet, ſed ſecūdum, ſi totum pronunciemus falſum: alioqui nihil refert, utrum uerum ſit, & utrum falſum.

De prima conformatione. 1.

OMNE c ſit a, nullū b a, nullū c b: id quidē accidere poteſt ut nullus lapis animal, nullus homo lapis. Si fuerint aſſūpta hæc pronunciata, omne b a, omne c b, cōſequetur omne c a. Ex duobus ergo pnūciatis falſis uera cōcluſio, quia eſt omnis homo animal. non aliter cōcluditur oratio negans. Faciamus ut nullū c ſit a & b, tamē omne b a: ut ſi extremis eiſdē ſumptis medium ſtatuatur homo, nec animal ullū, nec homo lapis eſt, ſed omnis homo animal eſt. Itaq; ſi dicamus ei toti conuenire



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cui nulli conuenit, nulli ineſſe cui toti ineſt, ex utroque falſo pronunciato uera concluſio. Erit eadem ratio demonſtrandi, ſi utrunque aliqua ex parte falſum propoſitũ fuerit. Si unum modo falſum, primũq; ex omni parte falſum, ut a b, non erit uera concluſio: ſi fuerit eiuſmodi ſecundũ b c, concluſio uera. Totum dico falſum, quod eſt uero contrarium, ut ſi dicas aliquid ei toti conuenire, cui nulli conuenit, aut contrá. Nullũ b ſit a, omne c, b: ſi pronunciatum b c uerum, a b falſum totum proponamus, quia omne b, a, fieri non poteſt ut ſit uera cõclu ſio c a: quia nullum c erat a, ſi nullo cum b cohærebat, c uerò cum b omni. Similiter uera non erit, ſi omne b a, omne c b, ac c b pronũciatum ſit uerum, a b omni ex parte falſum. Si nulli partium quas b continet, conuenit a, falſa concluſio: quia omne c a, ſi pars omnis b ſit a, & omne c ſit b. quare perſpicuũ eſt, ſi uſurpetur pronũciatum primum omni ex parte falſum, ſiue affirmet, ſiue neget, alterum uerum, non effici uerã concluſionem: ſi non omni ex parte falſum, effici poſſe. Nam ſi omne c a, quoddam b a, omne c b, ut olor omnis animal, albũ quiddam animal, olor omnis albus: ſi propoſueris omne b a, omne c b, erit uera cõcluſio omne c a, quia olor omnis animal eſt. itémque ſi neget a b: etenim fieri poteſt ut b quoddam ſit a, nullum c a, omne c b, ut aliquid album eſt in animantium numero, nulla nix animal, nix omnis alba. Si pronuncies nullum b a, omne c b, nullum c erit a. Si a b enũciatio tota falſa ſit uſurpata, b c tota uera, erit uera concluſio: quia nihil prohibet quominus omne b & c ſit a: tamen nullum c b, ut ſunt ſpecies generis eiuſdem non uno & eodem ordine collocatæ, animal ineſt & in equo & in homine, equus in homine nullo. Itaque ſi pronuncietur omne b eſſe a, omne

c b,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*c b, uera ſequetur concluſio, quum ſit ex omni parte falſa oratio c b. Idem accidit ſi neget oratio a b, quia fieri poteſt ut neque b neque c ullum ſit a, nullumque c b: id quod accidit formis generis alterius, ſi alij ſubijciãtur generi. Animal enim nec in muſica, nec in medicina ineſt, nec muſica medicina eſt. Si protuleris nullum b eſſe a, omne c b, erit uera cõcluſio. Quod ſi non omni ex parte falſa ſit oratio c b, ſed ex aliqua, haud aliter erit uera cõcluſio: propterea quòd nihil prohibet quominus a ſit in toto b totóq; c, & tamen quoddã c ſit b, ut genus in tota ſpecie atq; differẽtia. Animal enim eſt in omni homine & animali terreno, homo in aliquo, nõ omni animanti terreno. Itaque ſi dixeris omne b eſſe a, omne c b, efficietur omne c eſſe a, quod uerum quidem eſt. itemque ſi neget a b enunciatio. Accidere poteſt ut nullum b nullumque c ſit a, tamen quoddam c ſit b, ut ſi genus dicatur de ſpecie atque differentia generis alterius, nulla quidem prudentia, nullaque uis contemplationis eſt animal, quædam uero facultas contemplationis eſt prudentia. Si ſumãtur hæc pronunciata nullum b a, omne c b, cõcluſio ſuccedet nullum c a, eaq; uera eſt. In ijs ratiocinationibus quæ partem modo cõcludunt, fieri poteſt ut ſi prima ſit oratio omni ex parte falſa, altera autem uera, efficiatur uera concluſio: atq; etiam ſi qua ex parte falſa ſit a b, & b c omni ex parte uera. Et ſi a b uera, oratio minoris quantitatis falſa, ſique utraq; falſa. nihil prohibet a in nullo b ineſſe, alicui c conuenire, b uero quoddã eſſe c: ut nulla nix animal, aliquid album animal eſt, & aliquid album nix. Si medium ſtatuatur nix, extremũ primum animal, atq; dicatur omne b a, quoddam c b, oratio a b tota erit falſa, b c uera, ac uera cõcluſio. Idẽ fieri poteſt ſi neget oratio a b: acci-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dit enim ut a ſit in toto b, in aliquo c non ſit, & tamen quoddam c ſit b: ut animal eſt in omni homine, & nonnulli rei candidæ non eſt conſequens, aliquid autem candidum homo eſt. Itaque ſi medium collocatũ fuerit homo, pronuncieturq; nullum b a, quoddam c b, concluſio adhibebitur uera, quum ſit omni ex parte falſa prima oratio a b. Si aliqua ex parte falſo nitatur a b, uero b c, erit uera concluſio: quia nihil prohibet a ineſſe & b & in c quodam, & b in c, ut animal in pulchro & magno quopiam, pulchrũ in magno. Si proponatur omne b a, quoddam c b, pronunciatum a b ex aliqua parte falſum, b c extrema efficiunt orationem ueram: concluſio autem uera. Itemq; ſi tollat aliquid a b enunciatio, erũt eadem extrema, eodémque modo collocabuntur ad efficiendã demonſtrationẽ. Contra ſi a b uera ſit, b c falſa, concluſio uerum pronunciabit: quia fieri poteſt ut a ſit in toto b, in aliquo c, c uerò in nullo b, ut animal in olore omni, in aliquo nigro, olor in nulla re nigra. Itaq; ſi aſſumpta fuerint hæc, omne b a, aliquod c b, uera ſequetur concluſio, quum b c pronunciatum ſit falſum. Similis eſt ratio quando pronunciatum a b ex negantibus aſſumptum eſt. Fieri quidẽ poteſt ut nullum b ſit a, quoddã c a, quoddam c b, ut genus de nulla ſpecie generis alterius dicitur, ſed de eo quod ſuis formis accidit: animal enim inter numeros non habetur, ſed aliquid album continet: numerus autem nullus eſt albus. Si mediũ poſitum ſit numerus, & uſurpatum nullum b eſſe a, quoddam c b, quoddam c nõ erit a: id quidem uerum: enunciatio a b uera, b c falſa. Si qua ex parte falſa a b, ac falſum pronunciet b c, efficietur concluſio uera. Nihil eſt impedimento quo minus a inſit in utroque, ſi non omni, tamen aliquo b & c, nullum b in c, ut ſi b contrarium

ſit c,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*sit c, & ambo sint accidentia eidem generi: animal enim est in aliquo candido, & aliquo nigro, nihil nigrum est candidũ. Si antecedentia sic assumpta fuerint omne b a, quoddam c b, erit uera conclusio: id quod haud aliter accidet, si ex negantibus sumpta fuerit a b enunciatio: extrema collocabuntur eadem, & eodem modo ad perficiendã demonstrationem: atque ex utroque pronunciato falso colligetur uera conclusio. Est enim quum a in nullo b, in quodã c ineſt, nullum uero b in c, ut genus in nulla specie generis alterius, in aliquo accidenti formis ipsius: animal, nullus est numerus, aliquid album animal, nihil album numerus. Si sumpseris omne b a, quoddã c b, conclusio erit uera, antecedentia falsa. Eadem ratio, si neget oratio a b, quia accidit ut a sit in b toto, in aliquo c non sit, utque b in nullo c reperiatur, ut animal in olore omni, in aliquo nigro minime, olor in eo nullo quod nigrum est: quare si dicatur nullum b a, quoddam c b, quoddam c non erit a, cõduſio uera, antecedentia falsa.*

*Secunda forma.* 2.

IN *conformatione media in omni specie possumus ex falsis uerum colligere, & ex utroque pronunciato omni ex parte falso: atque ex uno uero, altero falso: (nec refert utrũ sumatur falsum totum) ac ex utroque aliqua ex parte falso. Et si unum sit plane uerum, alterum nõ omnino falsum, aut unũ plane falsum, alterum aliqua ex parte uerum, idque tam in argumentationibus quæ totum quàm quæ partem cõcludunt. Si a in nullo b insit, & in omni c, ut animal in lapide nullo, in homine omni: si cõtra ac ueritas postulat, usurpẽtur pronunciata, ita ut dicatur omne b a, nullum c a, ex antecedentibus omni ex parte falsis efficietur uera conclusio. Itémq; si a in-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſit in omni b, & in c nullo, erit idem genus concluſionis, atque etiam ſi una oratio tota falſa, altera tota uera.* Fieri *quidem poteſt ut a ſit in omni b & c, b in nullo c, ut genus in formis iis quæ non ſunt in eodem ordine collocatæ: animal enim in omni equo & homine, & nullus homo equus. Si dicas alteri toti, alteri nulli animal conuenire, una oratio plane falſa, altera omnino uera, atque uera concluſio nec refert utra negauerit: ſique altera non omnino falſa, altera tota uera. nam accidit ut a ſit in aliquo b & in omni c, ut tamen b in nullo ſit c, ut animal in aliquo candido, & omni coruo, ut nihil album ſit coruus. Si ſtatuantur hoc modo antecedentia, nullum b a, omne c a, oratio b a pro parte falſa, & c a tota uera, ac concluſio uera. Eadem ratio mutata negatione in affirmationem. ex iiſdem conficietur extremis demonſtratio. itémque ſi affirmans oratio in aliqua parte falſa, negans autẽ tota uera. Nam fieri poteſt ut a ſit in aliquo b, in nullo c, utque nullum c ſit b, ut animal in albo quopiam, in nulla pice, utque nulla pix ſit alba. Si igitur hæc fuerint aſſumpta, omne b a, nullum c a, oratio b a partim falſa, c a tota uera, concluſióque uera: atque ſi ambo pronunciata cõtineant partem falſam, poterit eſſe in concluſione ueritas. accidit ut b & c quoddã ſit a, nullum c b: ut eſt aliquid album & aliquid nigrum animal, nihil album eſt nigrum. Si pronunciaueris omne b a, nullum c a, erunt ambo pronunciata aliqua ex parte falſa, atq; uera cõcluſio. Haud aliter accidet, ſi negatio mutata fuerit in affirmationem eiſdem manentibus extremis.* Id *quoque perſpici poteſt in iis ratiocinationibus quæ partem colligunt.* Eſt *quum a omni b, & cuidã c conuenit, b uero non eſt in aliqua parte c, ut animal omni homini cõuenit, & cuidam candido, homo*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*homo uero non erit in aliqua parte rerum candidarũ. Si proposueris, nullum b a, quoddam c a, oratio totum pronunciãs omnino falsa, partem, uera, atque etiam conclusio. Sic est quũ b a confirmat aliquid. accidit enim ut a in nullo b sit, & in aliquo c non insit, & ut b in aliquo c nõ sit, ut animal in nulla re inanima, & in aliqua candida nõ est, & aliquid album reperietur nõ inanimum. Si statueris omne b a, quoddã c non a, b a enunciatio generis uniuersi tota falsa, c a uera unà cum conclusione. Idem accidet si oratio totius uera ponatur, partis autem falsa. nihil enim uetat a neque b neque c esse consequens, & quoddam c non esse b, ut animal nulli numero, nullíque rei inanimæ cõsequens est: numerus autem non est consequens alicui rei inanimæ. Si assumptum fuerit istuc, nullum b a, quoddam c a, in cõclusione erit ueritas, atque uniuersum pronunciatum uerum, non uniuersum falsum. Quod si affirmans uniuerse pronunciet, sic accidet: quia fieri potest, ut a sit in toto b & in toto c, ac ut b non consequatur c, ut genus est in tota specie atque differentia: animal enim in omni homine & animali terreno: homo nõ est in omni animanti terreno. Si statuatuatur a esse in omni b, in quodam c non esse, uera est oratio quæ totum confirmat: quæ partem, falsa: conclusio uera.* Nec dubium quin *ex utroque pronunciato falso uera efficiatur conclusio: quando quidem accidit ut a sit in toto b, totóque c, ac ut b quoddam non sit consequens c: si dicatur nullum b a, quoddam c a, ambo pronunciata falsa, atque uera conclusio. Itémque si confirmet aliquid oratio quæ de genere toto pronunciat, quæ de parte tantum, neget. Fieri potest ut a sit in omni c, in nullo b, utque b in aliquo c non sit, ut animal scientiæ nulli, omni homini consequens est, scien-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*tia non homini cuiuis. Si propoſitum fuerit iſtuc, omne b a, quoddam c non a, pronunciata falſa, uera concluſio.*

*Tertia forma.* 3.

*IN tertia forma & ultima licebit ex falſis uerum concludere, & ſi utraque aliqua ex parte falſa ſit oratio, & ſi altera tota uera, altera falſa, ſique una in aliqua parte falſa, altera omnino uera, & cõtrà, ac quotquot modis aliter enunciationes uariare poſſunt. Nihil eſt impedimento quominus neque a neque b ſint in c, quoddam b ſit in c, ut neque homo, neque terrenum animal conſequens eſt inanimo, homo tamen eſt in aliquo animali nitenti pedibus. Si ſumpta fuerint hæc, omne c a, omne c b, pronunciata plane falſa, complexio uera. itémque ſi alterum neget, alterum confirmet. Eſt enim quum b in nullo c, a uerò in omni c eſt, b in aliquo a non eſt, ut nigror in olore nullo, animal in omni cycno, animálque non in quouis nigro. Itaque ſi ſumpſeris nullum c a, omne c b, cõcluſio erit uera, nempe quoddam b non eſt a, antecedentia falſa. Quod ſi antecedentia falſa ſint aliqua ex parte, uerum poterit effici: quia accidit ut a & b ſint in c, & a in aliquo b, ut candor & pulchritudo ineſt in animali quopiam, & candor in aliquo pulchro. Si igitur propoſueris omne c eſſe a & b, antecedentia partim falſa, at concluſio uera. Eadem ratio ſi ſtatuas c a inter negantes. Nihil enim uetat quoddã c eſſe a, & quoddam eſſe b, & non omne b eſſe a, ut animal quoddam non eſt album, eſt animal pulchrũ, nec id omne quod eſt pulchrum, candidum eſt. Si poſita ſint antecedentia, nullum c a, omne c b, erunt in parte falſa, cõcluſio autem uera: itémque ſi una ſumatur oratio tota falſa, altera tota uera. Etenim poteſt & a & b cõſequi totum c, & b quoddã cum a nõ cohære-*

*re, ut*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

re,ut animal & album consequens est olori omni,non tamen quicquid est album,idem quoque animal. Extremis ita constitutis,si dixeris c quoddam non esse a, omne c b:oratio c b tota uera,c a omnino falsa,complexio autem uera. Similis est est ratio si c b falsa,c a uera: eadem ualent extrema ad demonstrationem,nigrum,olor,inanimum:atque etiam si ambo pronunciata fuerint affirmantia.Nihil prohibet b cõsequens esse omni c, & huic omni non conuenire:b autem aliquod esse a, ut olor omnis animal, nullus olor niger, quoddam animal nigrum. Si assumpseris omne c a,omne c b, oratio c b tota uera, c a tota falsa, ac conclusio uera. Eadem ratio si a c sumptum sit pronunciatum uerum: extremis eisdem demonstratio peragitur.Contra,si unum sit omnino uerum,alterum partim falsum:accidit enim ut b in omni c,a in c quopiã,b in aliquo a sit, ut bipes in homine omni, pulchritudo non omni, pulchritudo in aliquo bipede.Si id positum sit,omne c a,omne c b,oratio b c tota uera,a c in parte falsa,complexio uera.Similis est ratio si a c uera sit,b c partim falsa,traiectis extremis ijsdem demonstratio:atque si una demoliatur, altera moliatur,quia accidit ut b sit in toto c, & a in c quodam: si ita cohæreant extrema, non omne b erit a. Si antecesserint hæc, omne c b,nullum c a, oratio negans partim falsa, altera tota uera , ac complexio uera. nam demonstratum est si nullum c sit a,quoddã c b,accidere ut aliquod b non sit a.Itaq; perspici potest si a c tota uera sit,b c partim falsa,conclusionem ueram esse posse: quia si quis usurpauerit nullum c a,omne c b, oratio a c tota uera,b c ex parte falsa. Perspicuum esse potest etiã in ijs argumentationibus quæ partem colligunt,ex falsis in omni specie uerum concluſum iri. Extrema sunt eadem su-



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mẽda, quæ afferebamus ad orationes uniuerſe pronunciãtes, ad affirmãtes affirmãtia, ad negantes negãtia: quia nihil intereſt, ſi quãdo duo extrema nullo pacto conueniunt, dicas omnino cõuenire: ſi aliqua ex parte cõueniunt, pronũcies omnino cohærere, in explicãdis nominibus. Nec alia ratio negantium. Planũ fecimus, ſi cõcluſio ſit falſa, neceſſe eſſe antecedentia ex quibus ratio ducitur, aut omnia, aut nõnulla eſſe falſa: ſi uera, nõ opus eſſe ut aut antecedẽtium pars una aut utraque ſit uera, ſed fieri poſſe ut etſi neutra pars quæ uſurpatur ad efficiendã concluſionẽ eſt uera, nihilominus concluſio uera ſit, nõ neceſſario tamen, cuius rei eſt hæc cauſa: Si duæ res ita inter ſe affectæ ſint, ut ſi una ſit, alterã quoq; eſſe ſit neceſſe: hæc ſi nõ ſit, altera nõ erit: at ſi ea ſit, ut altera quoq; ſit, nihil eſt neceſſe. Quod ſi idem ſit & non ſit, fieri non poteſt ut neceſſario cõſequatur eadẽ concluſio: exempli cauſa, fieri nõ poteſt ut ſi a candidum ſit, b neceſſario conſequatur: & ſi nõ ſit a candidũ, ut neceſſe ſit eſſe b. Si enim quando eſt hoc album ut a, neceſſe eſt hoc eſſe magnũ b: quando uero eſt b magnũ, c nõ eſſe albũ, erit neceſſe ut ſi a album ſit, c non ſit album. Ex duobus ueris ſi quũ unũ eſt, eſſe alterũ neceſſe: quando b non eſt, non eſſe a neceſſe eſt. B quidẽ magnũ ſi non eſt, fieri nõ poteſt ut a ſit album: quando uero a non eſt album, ſi neceſſe eſt b magnũ eſſe, neceſſario efficitur, ut ſi non ſit b magnum, ipſum b magnum ſit: id quod fieri non poteſt. Si enim b non eſt magnum, a album neceſſario non erit. Si igitur quando a non erit album, erit b magnum: accidet ut ſi b non ſit magnum, idem ſit magnum, ut ex tribus ratione confecta.

De ratione cõmonſtrãdi quæ uerſatur in orbem. 4.

ALIQVID oſtendere argumẽtatione quæ circũagitur

*in orbem, & uices alternat, nihil aliud est quàm conclusione & una priorum enunciationum sumpta, retro acta affirmatione, alteram concludere, quæ fuerat assumpta in altera argumentatione: ut si quum demonstrãdum esset, omne c esse a, id factum sit, interueniente b: contra ostendatur b esse a, sumptis his antecedẽtibus, c est a, b est c, quum prius assumptum fuisset c b: aut si quis demõstraturus c esse b, sumat c a, id est conclusionem prioris argumentationis, & a b: nam prius assumptum fuerat b a, retro commeans. Haud aliter possumus alternante uices argumentatione rem commonstrare: quia si aliud medium sumetur, non circunducetur orbis, propterea quòd nihil idem usurpabitur: si quod est iam usurpatum, necesse est ut alterum tantum: quia si ambo, eadẽ erit conclusio, quæ debet esse diuersa. In ijs quæ non reciprocantur, conclusio efficitur ex altero pronunciato minime uero atque demonstrato, quia non licet ostẽdere manentibus extremis eisdem tertium ineſſe medio, medium primo. In ijs autem quæ reciprocantur possumus omnia uicissim commõstrare: ut si a b c uicissim retrocõmeent, efficiatur conclusio a c interueniẽte b: rursum a b sumpta conclusione e, & inuersa b c enunciatione. item q; b c, sumpta conclusione, & immutata a b enunciatione. Est autẽ demõstranda c b, & b a, quia solis his usi sumus haud demõstratis: si pronuncietur, omne c b, omne a c, conclusio iunget b cum a. Contra, si dicatur omne a c, omne b a, necesse est ut omne b sit c: in utraque argumẽtatione pronunciatũ c a, sumptum quidem, sed non est demonstratũ: alia demõstrata sunt. illud igitur si demõstrauerimus, omnia uicissim erunt demõstrata. Quod si assumpta fuerint hæc antecedentia, omne b c, omne a b: & antecedẽtia iam demonstrata sumũtur, & a esse*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

c necesse est. Hinc perspici potest, ex ijs solum quæ reciprocã-
tur effici ratiocinationes uicissim cõmonstrantes, in orbemq;
redeuntes. Alijs id accidit, quod prius ostendimus. In his au-
tem reciprocãtibus utimur conclusione quæ demonstratur, ad
antecedentia demonstranda. Nã b esse c, & a esse b ostendi-
tur, ubi propositũ est c esse a: c uerò dici de a his orationibus
ostenditur. utimur ergo conclusione ad antecedentia demon-
strãda. In ijs ratiocinationibus quæ negãt, orationes uicissim
demonstrantur hoc modo: Sit omne c b, nullum b a: conclusio,
nullum c a. si rursum concludendum nullum b a, quod paulo
ante sumptum fuit, sic erit dicendum, nullum c a, omne b c. sic
enim conuertenda enunciatio, si colligendum est nullum c esse
b, non item retro agendum a b pronũciatum: est idem pronũ-
ciatum nullum a b, nullum b a: sed hoc assumendum, in quo
nullo a inest, in eo toto b inest. Nullum c sit a, quæ fuit supe-
rior conclusio. Cui nulli cõuenit a, ei toti cõuenire dicatur b:
necesse est igitur ut omni c conueniat b. Itaq; quũ tres sint ra
tiocinationes, sua cuique conclusio est: atque si quis assumpse-
rit conclusionem, & alteram enunciationem retroactam, po-
terit circumagere demõstrationem in orbem. In ijs ratiocina-
tionibus quæ partem pronunciant, non possumus ostendere
pronunciatum quod totum complectitur, per alias partes il-
lius argumentationis: id autem quod partem continet, possu-
mus. Illud ostendi non posse hinc perspici potest: id quod est
generale, demonstratur ijs quæ generalia sunt. Non autem est
eiusmodi conclusio, quum tamen oporteat assumpta cõclusio-
ne, & altera enũciatione rem conficere. Præterea nulla pla-
ne efficitur conclusio inuersa enũciatione: propterea q antece-
dentia tota nihil aliud quàm partẽ enunciant. Orationem

uerò

*uerò ſecundã, quæ non totius ſed partis eſt, demõſtrare poſſumus. Demonſtratum ſit quoddam c eſſe a, interueniente b. Si dicatur omne a b, & concluſio maneat, quoddam c erit b. eſt enim prima conformatio, medium a. Si ratiocinatio neget, non poſſumus oſtendere eam quæ uniuerſe pronũciat orationem: quid ſit cauſæ, prius oſtendimus. eam uerò quæ partem continet, ſi retro commeat a b, quemadmodum fit in enunciationibus uniuerſis, non poſſumus. Licet demonſtrare aſſumptione quadam facta, ut hac, alicui non conuenit a, cui b conuenit. Si aliter ſumantur extrema, non efficietur concluſio, propterea quòd concluſio partem tantummodo pronunciãs eſt in negantium numero.*

*Secunda forma.* 4.

IN *ſecundo ordine non poſſumus oſtendere orationẽ affirmantem, ut ſeruetur genus formæ: eam quæ priuat, poſſumus. Affirmãs quidem nõ demonſtratur, propterea quòd nõ affirmat utrunque pronunciatum, quia negat concluſio. Dicebamus autem affirmantem concluſionem ex antecedẽtibus eiuſdem generis confici. Cõplexio negans oſtenditur hoc modo: Sit omne b a, nullum c a, concluſio nullum c b. Si dicamus omne a b, nullum c b, neceſſe eſt ut nullũ c ſit. eſt enim ſecunda forma, medium, b. Quod ſi oratio a b ex negantibus aſſũpta ſit, altera ex affirmantibus, erit figura prima, quia omne a c, nullum c b. quare nullum a b, nullum igitur b a: medium eſt c. aſſumpta igitur concluſione, & una antecedentiũ parte, nõ efficitur cõcluſio: altera ſumpta, perficitur. Si argumẽtatio non concludat totum, oratio totum pronuncians oſtendi non poteſt, ob eam quam prius diximus cauſam. altera, quæ partem tantummodo continet oſtenditur, ſi conformet totum*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

prima. Omne b sit a, quoddã c ne sit a, concluſio b c. Si dixeris omne a b, non omne c b, concludetur c quoddam non eſſe a: medium, b. Si pronunciatum generis uniuerſi cõfirmet, non oſtendetur a c enunciatio, ubi a b fuerit inuerſa, quia accidit ut aut utraq;, aut altera pars antecedentium neget: quare nõ conſequetur neceſſario concluſio: at uerò poterit oſtendi, quẽadmodum in argumẽtationibus uniuerſe aliquid demonſtrãtibus, hoc aſſumpto, cui b non conuenit, ei conuenit a.



Tertia forma. 5.

IN tertia conformatione, ſi ambo pronũciata afferãtur uniuerſa, non poterimus uti demonſtratione uices alternãte. Nam totum demonſtratur aſſumpto toto. In hac autem forma concluſio non aliud unquã pronũciat, quàm partem. Perſpicuum eſt igitur in hoc ordine enunciationem generis uniuerſi non poſſe omnino commõſtrari. Si una totũ, altera partem complectitur, interdum commonſtrare licebit, interdũ nõ licebit: ſi ambæ confirment, & cum extremo minore ſit maior quantitas, licebit: ſi cũ altero, nequaquã. A ſit in omni c, b in aliquo, concluſio a b. His antecedentibus conſtitutis, omne a c, retroacta oratione maioris quantitatis, quoddam b a, quæ fuit concluſio. Demonſtratum quidem fuerit, b eſſe c, at c eſſe b, non eſt patefactum: tametſi neceſſe eſt ut ſi b eſt c, c quoq; ſit b. Sed aliud eſt hoc ineſſe in illo, & illud in hoc. Iſtuc aſſumendum, ſi hoc eſt in illo, & alterum quiddam in eodem: hoc enim ſumpto, iam non efficitur argumentatio ex concluſione, & altera enũciatione. Iam ſi b ſit in toto c, & a in aliquo c, poterimus oſtendere a c, ubi propoſitum fuerit omne b c, quoddam b a. ſi enim omne b c, quoddam b a, neceſſe eſt ut c quoddam ſit a, mediũ b. Si una affirmet oratio, altera neget,

atque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

atque totum firmet illa, poterit altera demõstrari. B sit in omni c, a ne sit in aliquo c, conclusio, b quoddam non est a. Si assumatur hoc, omne b c, (dicebamus autẽ non omne b esse a) necesse est c quoddam nõ esse a: medium, b. Si negans oratio tollat totũ, non ostenditur altera, nisi si fuerint orationes assumptæ uti superiores: ut hæc uerbi causa, cui non conuenit hoc, ei alterum conuenit: ut si nullum c a, quoddam c b, cõclusio, b quoddã non est a. Si attuleris hæc, quod nõ est a, illud est c, necessario efficitur ut b quoddam sit c. haud aliter licet inuertendo generalem enunciationem afferre alterius demonstrationem, quoniã sic nõ efficietur conclusio. Apparet ex ijs quæ diximus, ea quæ commonstrantur in prima figura orbem circunducto, ostẽdi posse & ordine primæ, & tertiæ formæ: quando conclusio affirmat, primæ: quando negat, ultimæ. assumitur enim istuc, Cui nulli conuenit hoc, ei toti inest illud. In media forma si conclusio sit generis uniuersi, ostenditur partim secunda, partim prima, partim tertia conformatione: si partem modo pronunciet, & secunda & ultima. In tertio ordine cõclusiones omnes non aliò transferuntur. Atque manifestum est ratiocinationes mediæ & ultimæ formæ, aut nequaquam pertinere ad orbem illum ratiocinandi, aut non esse perfectas.

De argumentationũ mutatione in aduersam partem. 7.

OBVERTERE est cõclusione in aduersum mutata nectere argumentationem, ad demonstrandum aut extremum primum medio, aut medium ultimo non conuenire. Est enim necesse conclusione in aduersum mutata, & una antecedentium parte manente, alteram tolli: quæ si stabit, conclusio quoq; stabit. Non autẽ obuertere contrarie conclusionẽ idem

est quod detorquere in cõtradictionem. Non est eadem ratio-
cinandi genus, si uno & altero modo mutetur conclusio, id
quod postea planum faciã. Dico opponi & in cõtradictionẽ
torqueri, id omne, non id omne: id nonnullũ, id nullum: cõtra-
rie uerti, id omne, id nullum: rei cuiuspiã partem esse, partem
non esse. Demõstrata sit conclusio c a interueniẽte b: si dixeris
nullum c a, omne b a, effeceris nullum c esse b. Si uerò dixeris
nullũ c a, omne c b, non omne b erit a, nõ omnino tolletur unũ
ab altero: quia ostẽdimus uniuersum genus haud cõcludi ter-
tia forma. Non licet omnino tollere pronũciatum uniuersum
quod extremo maiore cõstat, si utamur oppositione, quia sem
per tollitur ui tertiæ formæ. Est enim necesse unà cũ minore
extremo utrunq; assumere pronũciatum. Eadem ratio si quid
demoliatur argumentatio. Demõstrata sit conclusio nullum c
interiecto b: si pronunciaris omne c a, nullum b a, concludes
nullum c b: si uerò sic, omne c a, omne c b, efficies quoddam
b a, quum fuerit in superiore conclusione nullum. Quod si cõ
clusio uertatur in orationem contradicentem, aliæ conclusio-
nes erũt generis eiusdẽ, non uniuersæ. Nam quia altera enũ-
ciatio partem solum pronunciat, conclusio quoq; partẽ enun-
ciabit. Affirmet cõclusio, ac ita uertatur in aduersum: si qui-
dem non omne c a, omne b a, efficietur istuc, non omne c b: si
non omne c a, omne c b, conclusio est non omne b a. Est eadem
ratio conclusionis eius quæ negat totum. Nam si quoddam c
a, nullum b a, quoddam c non erit b, nec omnino tolletur ab
eo. Atque si quod c a, omne c b, efficietur istuc, quoddam b a,
quod initio fuerat assumptũ. In argumẽtationibus quæ par-
tem commonstrant, si conclusio mutetur in orationem cõtra-
dicentem, tollitur utrunque pronũciatum: si contrarie uertã-
tur,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*tur, neutrum. Non enim iam quemadmodũ in ijs quæ uniuerſe quidpiam oſtendunt, tollere licet: quia deeſt contraria enũciatio in quam uertatur concluſio, ſed etiam nullo modo tollere licet. Oſtenderit quiſpiam c quoddam eſſe a, ſi quis attulerit nullum c a, quoddam c b, concludet quoddam b nõ eſſe a: ſíque nullum c a, omne b a, efficiet nullũ c b. Tollitur igitur utraq; oratio: neutra uerò, ſi cõtraria ſit mutatio. Si quod c non ſit a, omne b a, quoddam c non erit b. at nondum tollitur id quod initio propoſitũ fuerat: quia fieri poteſt, ut pars una ſit, altera non ſit. Quum totum complectitur genus a b, nulla efficitur concluſio: quia ſi dicas c quoddã a, c quoddam b, neutra enunciatio eſt uniuerſa. Eadem ratio argumẽtationis aliquid tollentis: quia ſi pronunciet quiſpiam omne c a, tollitur utrunque pronunciatum: ſi quoddam c a, neutrũ: cuius rei ſimilis eſt demonſtratio.*

## Secunda forma.

*IN ſecunda forma non poſſumus tollere pronunciatum quod extremo maiore cõſtat, mutatione ducta utrolibet modo: quia concluſio ſemper in tertia forma, in qua dicebamus nullam eſſe uniuerſam cõcluſionem. Alterum tolletur eodem modo, hoc eſt, ſi contrarie mutetur, contrarie: ſi torqueatur in contradictionem, contradicẽtium more. Omne b ſit a, nullum c a, concluſio b c. Si ſumatur oratio contraria, omne c b, atque maneat a b, erit omne c a: eſt enim prima forma. Si omne c b, nullum c a, concluſio non omne b a: eſt ultima conformatio. Quod ſi b c uertatur in contradictionem, oratio a b demonſtrabitur eodem modo, ā c uerò contradicẽtium more. Nam ſi quoddã c b, nullum c ā, quoddã b non erit a. Contra, ſi quoddam c b, omne b a, quoddã c erit a: quapropter cõtradicit cõ-*

cluſio. Eadem ratio demonſtrãdi, ſi contrà ac ſuperiores ſtatuantur enunciationes. Si neget argumentatio, contrarie mutata concluſione, neutra pars antecedentiũ tollitur, haud aliter, atq; in prima figura. Si ſumatur cõtradictio, tollitur utraque. Faciamus ut nullum b a, quoddã c a, concluſio b c. Si ſtatuas c quoddã eſſe b, ut maneat a b, erit concluſio, c quoddam non eſt a: ſed nõ tollitur id quod initio propoſitũ fuerat: quia poteſt & eſſe nonnullũ, & quoddã non eſſe. Contra, ſi quoddam c b, quoddã c a, non efficietur cõcluſio: quia neutrũ pronunciatum generatim effertur, quare nõ tollitur a b. Si uerò ſumpta contradictione uertatur, utraq; pars antecedẽs tollitur. Nam ſi omne c b, nullum b a, nullũ c a. dicebamus autem eſſe nonnullum. Contra, ſi omne c b, quoddam c a, concluſio quoddam b a. eadem eſt demonſtratio, quæ in uniuerſa oratione confirmante.

Tertia forma. 9.

IN tertia conformatione ſi contrarie mutetur concluſio, neutrum tollitur pronunciatum, quæcunq; ſpecies illius ordinis tractetur. Si uertatur in contradicentẽ, utrunq; tolli poteſt, in genere omni. Demonſtrata ſit concluſio, quoddam b a, mediũq; ſumptum c, atque generatim dictæ enunciationes: ſi quis afferat b quoddã non eſſe a, omne c eſſe b, nõ eſt cõcluſio in qua dicatur a de c: nec ſi b quoddã nõ ſit a, omne c a, efficietur concluſio b c. Non aliter res oſtendetur, ſi antecedẽtia non enunciẽt uniuerſe. Neceſſe eſt enim aut utrunq; pronunciatum partẽ modo continere, facta mutatione: aut quod eſt uniuerſum, eſſe cum extremo minore. hoc modo oſtẽdebamus nullam effici concluſionẽ, nec in prima, nec in ſecunda forma. Si contradicẽdo mutentur concluſiones, antecedẽtes tollũtur orationes.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*orationes. Si nullum b a, omne c b, efficitur nullum c a. ac rursum, si nullum b a, omne c a, nullum c erit b. Est eadē ratio, si altera nō sit uniuersa. Nam si nullum b a, quoddā c b, quoddam c non erit a. si nullum b a, omne c a, efficietur nullū c b. Similis est ratio priuātis argumenti. Demōstratū sit b quoddam non esse a, affirmetq; b c, neget a c: sic enim necessario aliquid effici ostendebamus. Si oratio conclusioni contraria sit assumpta, non succedet argumentatio. Si quoddā b a, omne c b, dictum est non esse conclusionem c & a. Nec si quoddā b a, nullum c a, concludetur c b, ut supra demonstratum est: quare non tolluntur enunciationes. Quum uerò contradictio sumitur, eas demoliri possumus. Si omne b a, omne c b, erit omne c a, quum dictum fuerit esse nullum. Itemq; si omne b a, nullum c a: cōclusio nullum c b, quæ demolietur illam, omne c b. Eadem ratio demōstrandi, si non uniuersē proūncient antecedentia. Est enim c a pronunciatum totum negans, alterum partem cōfirmans. Si igitur omne b a, quoddam c b, efficitur ut c quoddā sit a: at propositū fuerat esse nullū. Itemq; si omne b a, nullum c a: conclusio, nullum c b. Si quod b a, & aliquod c b, non efficitur quicquam necessario: non etiam si quod b a, nullum c a. Tolluntur ergo illo modo pronūciata, hoc uerò minime. Ex ijs quæ diximus apparet ut uersa conclusione in quaque forma conficiatur aliquid, quando sumpta contraria, quando contradicente. In prima, utendo secunda & ultima concludimus: atque minor enunciatio semper tollitur ui secundæ formæ, maior uirtute tertiæ. In secunda partim ui primæ, partim ultimæ: minor semper necessitate primæ, maior ultimæ. In tertia, tum primæ tum mediæ: maior semper lege primæ, minor autem mediæ. Planum fecimus quid sit ob-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uertere, quomodo & quæ in quaque forma efficiatur conclusio.

## De ratione commonstrandi quæ perducit ad id quod fieri non potest. 10.

QVAE ad incommodũ perducit argumentatio, tum peragitur, quum usurpata fuit contradicens oratio conclusioni, & assumpta est alia enunciatio. Cadit autem in omneis formas: quia similis est ei ratiocinationi quæ obuertitur in contrariã partẽ: nisi quod aliqua ex parte differt ab ea, nempe q retro agimur in contrariã partem: ubi iam ducta est argumentatio, & assumptum est utrunque pronunciatum, abducimur in absurdum quiddam, atque minime concedendũ, tametsi non ante concessimus id quod contradicit, sed quia propositũ est ut certum atque uerum. In utroq; argumentandi genere similiter extrema statuuntur, & eadem est ratio sumendi utranque partem quæ præponatur conclusioni: ut si omne b esse a dicatur, idque demonstretur interueniente c: feratur conditio aut non omne aut nullum prorsus esse, sed omne c esse a, id quod dabatur uti uerum, necesse erit b aut nullum, aut non omne esse c, quæ conclusio perabsurda. Itaque falsum quod subiectum est uti fundamentum, quare illud est uerum quod ei contradicit. Est eadem ratio cæteris in formis obseruanda. Omnes enim argumentationes quæ admittunt obuersionem, admittunt & ad incommodum rationem: quo fit ut alia omnia genera quæstionum commonstrentur in quaque forma perducendo ad incommodum. Pronunciatum uniuerse affirmans tum in secunda, tum in tertia ostenditur forma, non commonstrãtur in prima. Faciamus ut aut non omne aut nullũ b sit a, assumatur alia enunciatio utralibet ex parte, aut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

te, aut omne a esse c, aut omne d esse b: hoc modo conficietur forma prima. Si faciamus non omne b esse a, non efficitur cõclusio utralibet ex parte sumpta enunciatione. Si statuamus nullum b esse a, quum fuerit assumpta oratio b d, erit conclusio falsum pronuncians: nec id ostenditur quod fuerat propositum: quia si nullum b a, omne d b, nullum d a: hoc autem nullo modo fieri potest. Falsum igitur pronunciatum, nullum b a: at non si falsum hoc, iccirco uerum illud, omne b a. Si assumatur c a, non efficitur conclusio: non etiamsi feratur conditio, ut non omne b sit a. Certum est igitur orationem totum pronunciantem in conformatione prima non ostendi ratione, quæ perducit ad id quod est absurdum. Enunciatio uerò quæ partem confirmat, & ea quæ totum tollit aut partem, ostendi potest. Faciamus ut nullum b sit a, atque statuamus aut omne aut quoddam c esse b, necesse quidem erit aut non omne aut nullũ c esse a: id quod haudquaquã fieri potest. Vere igitur & perspicue dicetur omne c esse a: quod si istuc falsum, necesse est b quoddã esse a. Si cum assumatur alterum pronunciatũ, non succedet conclusio, etiãsi proponatur id quod est contrarium conclusioni, ut pronunciatum quod tollit partem. Statuenda igitur oratio quæ contradicit, non autem contraria. Contra faciamus ut b quoddam sit a, sumamusque istuc, omne a est c, necesse erit b quoddam esse c: id quod fieri non potest: quapropter lata conditio falsa. Quod si ita est, uera erit oratio quæ pronunciat nullum b esse a. similiter si c a sumatur ex negantibus. Si sumpta fuerit enunciatio qua parte b est, non efficietur necessario conclusio. Si contrarium pronunciatum propositum fuerit, efficietur conclusio quidem, & absurdum aliquid concludetur: sed non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

oſtendetur id quod erat propoſitũ. Statuamus omne b eſſe a, & aſſumamus hoc omne a c, neceſſe eſt omne b eſſe c: id quod habendum in ijs quæ fieri non poſſunt: quare falſo dicitur omne b eſſe a. at ſi non omne b eſt a, non ſtatim neceſſe eſt nullũ b eſſe a. Eſt eadẽ ratio quũ ſumitur enunciatio b c: erit neceſſario concluſio, & cõcludetur abſurdum, ſed nõ tollitur poſitum quaſi fundamentũ: itaque ſtatuendum quod cõtradicit. Vt autem oſtendamus non omne b a, proponendum eſt omne b a: quia ſi omne b a, & omne a c, erit omne b c. Quod ſi id eſt in numero rerum quæ nunquam accidere poſſunt, id erat falſum quod iaciebatur ut fundamentum. Nec alia ratio, ſi cũ b ſumpta fuerit altera enũciatio: itémq; ſi neget c a: etenim concluſio ſuccedit hoc modo. Quod ſi b neget, nihil oſtenditur. Si ſeratur cõditio, non ut omne b ſit a, ſed ut aliquod b a, non oſtenditur oratio quæ partem modo tollit, ſed quæ totum: quia ſi quod b a, & omne a c, quoddam b erit c. Id ſi fieri non poteſt, falſum iſtuc, quoddam b eſſe a: quare uerum eſt pronunciatũ quod ait, nullum b a: quo demonſtrato, ſimul tollitur uerum: nam quoddã b dicebatur eſſe a, quoddam non eſſe. Præterea incommodum non accidit ex cõditione lata, quia falſa erit, ſi ex ueris falſum colligere non licet. At nunc uera eſt, quoniam b quoddam a, quamobrem non eſt ſtatuendum b quoddam eſſe a, ſed omne b a. Eſt eadem ratio, ſi quoddam b non eſſe a demonſtremus: quia ſi in aliquo nõ eſſe eſt idem quod non in omni ineſſe, erit eadem utriuſq; pronunciati demonſtratio. In omnibus igitur argumentationibus, nõ quod contrarium eſt, ſed quod contradicit eſt uſurpandum. Hoc enim modo neceſsitas afferetur, & effatum probabile. Nam ſi de omni re dicitur aut affirmatio aut negatio, ubi demonſtratum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

monſtratũ eſt non cõgruere negationẽ, neceſſe eſt affirmationẽ eſſe ueram. Contra ſi quis decernat non eſſe uerã affirmationem, credibile eſt habere negationẽ pro effato quodam uero atque certo. Id autẽ quod eſt contrariũ, neutro debemus modo pro certo ſtatuere: quia nõ eſt neceſſe, ut ſi oratio quæ totum tollit falſa ſit, eam eſſe ueram quæ totum confirmat: nec id putandum, ſi una ſit falſa, alteram eſſe ueram. Perſpicuum eſt igitur omnia alia genera quæſtionum in prima cõformatione demonſtrari perducendo ad incommodum: pronunciatũ quod genus uniuerſum confirmat, haud oſtendi. In media & ultima forma hoc pronunciati genus oſtenditur. Subijciatur hoc ueluti fundamentum, nõ omne b a, aſſumatur hæc oratio, omne c a. Si igitur non omne b a, omne c a, non omne b c: id quod in ijs habendum quæ fieri non poſſunt. Hæc quidẽ oratio ſit perſpicue uera, omne b c. Eſt igitur falſa conditio data & iccirco uera quæ contradicit oratio totum pronunciãs genus. Si ſubijciatur enunciatio contraria, efficietur concluſio & res abſurda concludetur, nõ tamen oſtendetur inſtitutum: quia ſi nullum b a, omne c a, nullum b c: hoc quidem in eorum numero quæ fieri nõ poſſunt, quare falſum pronunciatũ quod totum tollit. at non ſi illud falſum, iccirco uerum quod totum dicit eſſe uerum. Quũ uero quoddam b eſt a, feratur conditio nullum b eſſe a, atq; omne c ſit a: neceſſe erit nullum b eſſe c. Itaque ſi id abſurdum, neceſſe eſt ut quoddam b ſit a. Si proponatur quoddam b non eſſe a, accident eadem quæ in figura prima. Contra, ſi hoc ſtatuatur, b quoddam eſſe a, ita ut nullum c ſit a, neceſſe erit b non eſſe c: at in eo inerat omni. Falſum igitur quod ſubiectum eſt fundamentũ, quapropter nullum b erit a. Quũ autem demonſtrare uolumus, non omne



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

b a, faciamus omne b esse a, nullum c a, necesse erit nullum b c, id quod fieri nõ potest: quare dicitur uere, a non in omni b inesse. Ex ijs quæ diximus apparet conclusiones omneis media conformatione demonstrari.

## De tertia forma. II.

OSTENDVNTVR item ui tertiæ formæ. Fac enim quoddã b non esse a, omne b c: quoddã c igitur nõ erit a. Id si fieri nequit, falso dicitur b quoddã non esse a: est igitur uerum quod ait, omne b a. Si subijciatur oratio cõtraria, nullum b a, concludetur aliquid absurdũ, sed non ostendetur propositum: euenient eadem quæ in prioribus formis. Si ostendere uelimus quoddã b esse a, est hæc ferenda conditio: quia si nullum b a, quoddam b c, non omne c erit a. hoc si falsum, illud uerum, quoddam b a. Si demonstrandum sit istuc, nullum b a, proponatur in aliquo inesse, sumaturque enunciatio omne b c, necesse quidem c quoddam esse a: at nullum esse dicebatur, quare falsum est hoc, quoddam b a. Si propositũ sit, omne b a, nõ ostenditur propositũ, sed ad demõstrandã enunciationem quæ tollit partẽ ea ferenda conditio: quia si omne b a, quoddam b c, quoddam c est a, id autem nõ erat: hoc igitur falsum, quod ait in omni inesse. Id si ita est, uerum certe quod ait, nõ omne b a. Quod si subijciatur illud, quoddã b a, accident ea quæ ostendimus in prioribus formis. Est igitur perspicuum in omnibus ratiocinationibus quæ perducunt ad incommodum, usurpandum id esse quod contradicit: appareteque in media forma ostendi quodãmodo enunciationẽ affirmantem, in tertia totũ genus pronunciantẽ. Demonstratio quæ rem eo deducit quo rerũ natura nõ permittit, differt commonstranti ratiocinatione, quia usurpat id quod tollere

uult abducens ad id quod quisq; fateatur esse falsum. Ratio commonstrans initia uera ponit & confitenda. Ambæ quidē sumunt duas enunciationes admittendas, sed hæc, ex quibus efficitur conclusio: illa unam ex eis, & unam quæ contradicit cōclusioni: & hic, non est necesse conclusionem esse notam, nec opus prius intelligere aut esse aut non esse: illic uero, non esse. Non autem differunt affirmatione aut negatione cōclusionis, sed in utraque seruatur eadem ratio. Id autem omne quod commonstrando cōcluditur, poterit ostendi perducendo ad incommodū, & quod cōcluditur ex absurdo, cōmonstrari potest, idq; extremis eisdem, nō eisdē formis. Nam quū ratio quæ perducit ad incommodum primā formā cōcluditur, uera conclusio erit aut in media aut in ultima forma: negans in media: affirmans in ultima. Si in media cōformatione conclusio falsi, uera efficietur in prima: quādo in postrema, uera erit in prima, atq; media forma: affirmās quidē prima, negās media. Demonstratū sit ordine primæ figuræ nullū aut nō omne b esse a. Erat igitur cōditio, b quoddā esse a, & assumebatur hoc, omne a c, nullū b c: sic enim conficiebatur cōclusio, & ratio absurda. Eaq; forma media est, si omne a c, nullū b c, atq; ex his plane efficitur, nullū b esse a. Itemq; si demōstratū est nō omne b esse a, quia cōditio fuit, omne b a, assumptumq; istuc, omne a c, nō omne b c. Est eadē ratio si oratio c a sumatur è negantiū numero: etenim fit hoc modo secūda forma. Cōtra, demōstratū sit quoddā b esse a: propositū est nullū b esse a, & assumptū istuc, omne c b, omne uel quoddam c a: sic enim res perducetur ad id quod fieri nequit: atq; forma tertia erit, si omne c sit a & b. Ex his planum fit esse necesse, ut quoddā b sit a. Est eadem ratio si c quoddam dicatur esse b uel a.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

De secunda forma. 12.

ATQVE *rursum commonstratum sit in media forma omne b a, cõditio fuit, non omne b a: & istuc assumptũ, omne c a, omne b c. Hoc enim modo peruenietur ad incõmodũ, & efficietur forma prima, si omne c a, & omne b c. Itemq; si demonstratum sit quoddam b a, hypothesis erat, nullum b a, & assumebatur hoc, omne c a, quoddam b c. Si conclusio neget totum, hypothesis, quoddam b a, & assumptũ illud, nullum c a, omne b c: sic enim formatur primus ordo. Quod si conclusio non totum, sed partem tantũmodo tollat, simulis est ratio: nam conditio lata est, omne b a, & id sumptum, nullum c a, quoddam b c. Hoc modo efficitur prima conformatio.*

De tertia figura. 13.

ATQVE *rursum in tertia forma demonstratum sit omne b a, erat quidem conditio, non omne b a, sumebatúrque istuc, omne b c, omne c a: hoc modo res deducitur ad absurdũ quiddam, ac ea forma prima. Itémque si demonstratum est quoddam b a, data est conditio, nullum b a: assumptum autem quoddam b c, omne c a. Si conclusio neget, lata conditio est quoddam b esse a: atque istuc est assumptum, nullum a c, omne b c. ea autem forma secunda. Eadem quoque ratio si demonstratio non uniuerse facta sit. Ferenda conditio, omne b a, sumpta uerò sunt hæc, nullum a c, quoddam b c, quæ conformatio media est. Ex ijs quæ diximus apparet, demõstrari posse quodq; genus quæstionis manentibus extremis eisdem, & uerum & falsum cõcludendo. Licebitq; ratiocinationes uera cõmonstrantes abducere in aliquid absurdũ, manentibus ijs nominibus quæ assũpta sunt, si oratio quæ contradicit cõclusioni fuerit accepta. Argumentationes*

*istæ*

*istæ similes sunt ijs quæ conficiuntur per obuersionem quandam: quapropter continuo reperimus formas, quibus unumquodque genus quæstionis debeat conformari. Perspicuũ est igitur omne genus enunciationis utroque modo posse demonstrari, & concludendo incommodum, & efficiendo uerum, & alterum ab altero separari non posse.*

De ratiocinatione quæ ducitur ex oppositis. 14.

QVA *liceat forma ex enunciationibus oppositis efficere conclusionem, quáque non liceat, hoc modo perspicere licebit. Oppositas enunciationes quatuor esse dico, si uocem rationemque uerborum spectemus. Opponuntur omne, nullum: omne, nõ omne: aliquod, nullum: aliquod, non aliquod. Si ueritatem spectemus, tria genera oppositionũ dicemus: quia aliquod non aliquod uerbo tantũ, non reuera dissidet. Contrarias enunciationes appello, quæ totum pronunciãt genus, ut ea quæ ait in omni inesse, contraria est ei quæ dicit in nullo inesse: ut hæc oratio, omnis scientia est bona, cõtraria est huic, nulla scientia bona. alias uoco oppositas, siue contradicentes. In forma prima nulla conficitur argumentatio ex enunciationibus oppositis, neque aiens, neque negans: aiens quidem, quoniam necesse est utrunque pronunciatum confirmare: enunciationes autem oppositæ, affirmatio & negatio: negans uerò, quia oppositæ idem affirmant de eodem atque negant. at in prima forma medium non dicitur de utroque extremo, sed ab eo tollitur aliud, ipsum de alio dicitur. eiusmodi effata non opponuntur.*

De secunda forma. 15.

IN *media forma & ex contradicentibus, & ex cõtrarijs effici potest argumentatio. Sit bonum loco a, scientia b & c.*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Si quis omnem ſcientiam dixerit eſſe bonam, nullamq; bonā, omne b eſt a, nullum c a, itaque nullum c b: nulla igitur ſciē-tia eſt ſcientia. Itemq; ſi quis ſtatuit omnem ſcientiam eſſe bonam, medicinam uerō nō eſſe bonam, omne b eſt a, nullum c a: itaq; ſcientia aliqua nō erit ſcientia. Siq; omne c a, nullum b a: eſt autem b ſcientia, c medicina, a opinio: qui pronunciauit nullam ſcientiam eſſe opinionem, dixit aliquam ſcientiā eſſe opinionem. Differt autem ab eo quod paulo ante dicebamus, quia mutantur extrema: prius cum b, nunc cum c affirmatio. Eadem ratio ſi altera enūciatio nō ſit uniuerſa. Semper enim medium eſt quod enunciando tollitur ab altero, & de altero affirmatur. Poſſunt igitur contradicentia concludi, non tamē ſemper, nec omnino: ſed ſi ita ſint affecta ad mediū, ut aut eadē ſint, aut ut totūatq; pars, alioqui nequeūt concludi: quia nequaquam erunt aut contrariæ, aut oppoſitæ enunciationes.*

## De tertia figura. 15.

*IN tertia conformatione nulla unquam perficietur argumentatio affirmans ex oppoſitis enunciationibus, ob eā cauſam quā prius expoſuimus, quū de prima forma ageremus: duci poterit ratio negans, ſiue extrema dicātur uniuerſe, ſiue non dicantur. Statuatur ſcientia loco b & c, medicina loco a: Si quis pronunciet omnem medicinā eſſe ſciētiam, nullāq; medicinam ſcientiam, hæc aſſumpſerit, omne a b, nullum a c: erit igitur quædam ſcientia non ſcientia: itemq; ſi a b oratio non ſumatur generatim. Nam ſi qua medicina ſcientia, atque rurſum nulla medicina ſcientia, efficitur concluſio, quædam ſcientia non eſt ſcientia Quum pronunciata ſtatuuntur uniuerſa, tum ſunt contraria: quum unum pro parte modo ſumitur, cōtradicētia. Exiſtimādum eſt ea quæ ſunt oppoſita poſſe accipi,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſe accipi, quemadmodum diximus, ut omnem ſcientiã eſſe bonam: & contra, nullam aut non omnem ſciẽtiam eſſe bonam, id quod ignorari non ſolet. Licet autem ex his pronunciatis unum argumentando demonſtrare, nempe interrogationibus alijs interiectis, aut certe ſic aſſumere, ut in libris de ſedibus argumẽtorum diximus. Quia uerò affirmationum tres ſunt oppoſitiones, ea quæ ſunt oppoſita, ſex modis accipi poſſunt: aut enim omne & nullum opponẽtur, aut omne & nõ omne, aut quoddam & nullum: & hæc immutari poſſunt uariatis extremis, ut omne b a, nullũ c a: aut omne c a, nullum b a: aut omne b a, non omne c a: ac contra mutari poſſunt hæc mutata qualitate extremorum. ſimiles erunt oppoſitionum uarietates in tertia forma.* Ex *his apparet quot modis quibúſque formis argumentatio poſſit effici ex oppoſitis pronunciatis. nec dubium quin ex falſis liceat uerum colligere, quemadmodum ſuprà demonſtrauimus.* Ex *oppoſitis uerum non efficitur, quia concluſio ſemper eſt rei contraria: ut ſi res eſt bona, concluſio pronũciat non eſſe bonã: ſi animal, non eſſe animal: quia ex oppoſitis efficitur cõcluſio, & extrema ſubiecta aut eadem ſunt, aut unum totũ, alterum pars.* Ac *perſpici poteſt in captionibus ſophiſtarum, nihil prohibere quominus propoſito ſubijciatur contradictio: ut ſi eſt impar, nõ eſt impar: quia dicebamus ex oppoſitis enunciationibus concluſionẽ duci cõtrariam. Si ſumas eiuſmodi, propoſito ſubijcietur contradictio.* Eſt *animaduertendum contraria non hoc modo concludi poſſe unica argumentatione: ut concluſio ſit, quod non eſt bonum, illud bonũ, aut aliud generis eiuſdem: niſi ſtatim initio ſumatur huiuſmodi enũciatio, omne animal albũ & nõ albũ, homo eſt animal: ſed aut aſſumenda contradictio, ut omnis*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſcientia eſt opinio & non eſt opinio: deinde ſubijciendũ iſtuc, medicina ſcientia eſt, ac nulla opinio, ut ſunt fallaces captiones: aut ea concluduntur duabus argumentationibus. Vt ſint contraria reuera quæ fuerint aſſumpta, non aliter licet conſtituere atque prius explicauimus.*

De *repetitione principij.* 17.

QVOD *initio propoſitum eſt uſurpare uelle & aſſumere, nihil aliud eſt (ut generatim accipiam) quàm nõ demõſtrare propoſitum. Id multis accidit modis: nempe ſi quis non conficit argumentationem, ſi per ignotiora aut æque ignota conficit, ſi quod prius eſt per poſteriora demonſtrat. efficitur enim demonſtratio ex credibilioribus prioribusq;. Nihil horum pertinet ad uſurpandum ad quod initio propoſitum eſt. At quoniam alia per ſe cognoſci queunt, alia uerò non per ſe quidem, ſed aliorũ perſpicuitate: (Nam principia per ſe, ſubiecta principijs per alia noſcuntur) quãdo id quod per ſe cognoſci non poteſt, aliquis demonſtrare per ſe contẽdit, tum ſibi dari poſtulat id quod initio propoſitum eſt. Hoc autem licet ita moliri, ut ſtatim quiſquam propoſitam quæſtionẽ ſtatuat uti certam atque perſpicuam. Fieri poteſt etiam ut nonnulli ſe conferant ad alia quædã, quæ ſuapte natura oſtendi queunt per illud de quo agitur, ac per ea id de quo ambigitur demonſtrare conentur: ut ſi a demonſtretur per b, b autem per c, & c ſit eiuſmodi, ut per a debeat oſtendi: accidit ut qui ita ratiocinãtur, ipſum a per ſe demonſtrent, quod faciũt qui exiſtimant ſe lineas pari interuallo diſtantes deſcribere. qui aſſumũt eiuſmodi rationes, non intelligũt ſe ea accipere quæ demõſtrare non poſſint, niſi lineæ pari interuallo dirimãtur. Euenit ijs qui ita ratiocinantur, ut dicant unamquanq; rem*

*eſſe*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*eße, ſi eſt. Sic omnia per ſe nota, quod abſurdũ & in ijs quæ fieri non poſſunt, habendum. Quod ſi quis, incertum quum ſit an c ſit a, itemq; an b ſit a, uelit hoc ſibi dari ut certum, b eſſe a, non ſtatim apparet, an id de quo ambigitur uti manifeſtum proponat: ſed perſpicuum eſt eum nihil demonſtrare: quia quod æque ignotum eſt & obſcurum, nõ eſt principium demõſtrationis. Tamen ſi b ſic affectũ eſt ad c, ut aut ſit idẽ, aut plane reciprocetur cũ eo, aut alterum inſit in altero, hoc dari petit, quod ambiguum proponitur: quoniam per ea demonſtrare poſſet b eſſe a, ſi reciprocantur. Nunc autẽ hæc dubitatio prohibet quo minus uideatur aliquis poſtulare incertum pro certo, non ratio modusq; conficiendæ argumentationis. Id ſi faciat, quod diximus faciet, ac per tria utetur reciprocatione. itemq; ſi ſtatuat c eſſe b, quod æque eſt obſcurũ, atque c eſſe a, nondũ nititur ambiguo propoſito, ſed nihil demonſtrat. at ſi a ſit idem quod b, aut quia reciprocantur, aut quia conſequentia ſunt, ob eã cauſam ignotũ pro noto dari poſtulat. Iam diximus quænam ſit uis uſurpandi, quod initio propoſitum eſt, nẽpe ut per ſe demõſtret aliquid, quod per ſe minime certũ eſt. Quod ſi petere initio propoſitũ eſt oſtẽdere per ſe, quod per ſe minime certũ eſt: & hoc nõ eſt demonſtrare, propterea quòd æque ſunt obſcura quod demõſtratur, & id per quod demõſtratur: aut q̃ eadẽ inſunt in eodem, aut idẽ in eiſdẽ: in media certe forma, atq; in tertia poterit utroq; modo, ut in prima, petere quis uti certũ dari quod ambiguũ ꝓponitur. Si cõcluſio cõfirmet, in tertia & in prima: ſi negatio ſit, ut quũ eadẽ tollũtur ab eodẽ, nec ſimiliter efferũtur enũciationes, non aliter in media atque in prima: quia nõ retroagũtur extrema in argumẽtationibus quæ negant. Licet autẽ*

Q

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*id de quo ambigitur uti certum petere, ſumẽdo in demõſtrationibus quæ uere ſunt eiuſmodi : in diſceptationibus, quæ eiuſmodi eſſe exiſtimantur.*

*De ea quæ uidetur eſſe cauſa, nec eſt cauſa.* 18.

*QVOD in diſputationibus ſæpe conſueuimus uſurpare, non ob eam cauſam accidere falſum, primum eſt in ijs argumentationibus quæ perducunt ad incommodum, ſi comitetur contradictionẽ eius quod oſtendebatur ratione in abſurdum quiddam deducente. Nullus enim qui non contradixit, hoc dicet, id ob eam cauſam non accidit: ſed quia pars aliqua antecedẽtium uſurpata ſit falſa. nec etiã dicet iſtud in ea ratiocinatione quæ uerum aliquid commonſtrat, quia non aſſumit contradictionem. Atque etiam ſi quid ſublatũ fuerit per a b c, non licet hoc dicere, concluſionem non propter id quod uſurpatum eſt, eſſe confectam: quia aliquid non ob eam quæ proponitur cauſam tum concludi dicimus, quum ea ſublata nihilominus efficitur concluſio: id quod non eſt in ijs ratiocinationibus quæ aliquid commonſtrant: quoniã ſi tollatur id quod eſt aſſumptum, non efficietur concluſio quæ ſequebatur illud. Perſpicuum eſt igitur, aliquid dici non ob cauſam quæ profertur accidere, in ijs argumentationibus quæ perducunt ad incommodum, & quum propoſitum initio ſic affectũ eſt ad id quod fieri nequit, ut ſiue illud ſit, ſiue non ſit, nihilominus ſequatur incommodum. Eſt genus quoddã apertius eius quod non propter hypotheſin accidit falſum, ſi cõcluſio quæ colligit id quod fieri non poteſt, nõ cohæreat cum accepta cõditione, & ijs quæ intermedia ſunt: uti diximus in opere de ſedibus argumẽtorũ. id enim eſt ueluti cauſam ſtatuere quod cauſa non eſt: ut ſi quis uelit oſtendere lineam mediam quam*

*uocant*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uocãt diametrũ, non esse parẽ lateri quadrati, nitatur ostẽdere quod Zeno, nihil moueri posse, & eò rem abducat absurdã: nulla ex parte hæc falsa conclusio cohæret cum eo quod initio dictum fuit. Alterũ genus, si cum proposita cõditione cohæreat absurda conclusio, non tamen efficiatur illius uirtute. Id quidem certe fieri potest ab eo, qui sumit aliquid cohærẽs cum extremo superiore & cum inferiore: ut si b dicatur esse a, & c b, ac d c, idq; sit falsum d esse b. Nam ã sublato, si nihilominus c est b, & d c, non concludetur falsum ex eo quod initio propositum est. aut contrà, si quis assumat id quod cohæret cum extremo superiore: ut si b dicatur esse a, a e, e f, falsumque sit istuc, f est a. Hoc enim modo nihilominus colligeretur absurdum, si sublatum foret id quod initio propositum est. Quod igitur incommodum efficitur, debet coniungi cum extremis quæ statuuntur initio. Sic enim conclusio propter hypothesin afferetur: ut si sumatur de partibus subiecti id quod cohæret cum extremo, quod de alio dicitur. Si d non possit esse a, ubi ademptum fuerit a, non colligetur falsum. Si qua de partibus enunciati sumatur, cohæreat cum eo de quo enunciatur, si b non possit esse f, ubi ademptum fuerit b, iam non sequetur aliquid absurdum. Eadem ratio argumentationum quæ negãt. Apparet igitur nõ accidere falsum propter id quod usurpatum est, nisi quod efficitur absurdum, cohæreat cũ extremis initio sumptis. An ne hoc modo quidẽ semper ob hypothesin accidet falsum? Nam si facias ut si nõ b at g sit a, c g, g d, hoc modo relinquitur absurdũ quiddã: itemq; si sumãtur extrema ex ijs quæ pertinent ad maius extremũ. Quoniam igitur siue hoc sit, siue non sit, concluditur incõmodum, non accidit propter propositum. an quũ dicimus, ut hoc



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*non sit, nihilominus accidere falsum, non ita capiundum, ut si usurpetur aliud, cõcludatur id quod fieri nõ potest: sed si tollatur illud, propter reliquas enũciationes idẽ cõcludatur incõmodũ: quia fortasse non est absurdũ, falsum idẽ ex multis colligi pronunciatis contradicendo propositis, ut lineas pari interuallo deuinctas cõcurrere: & si angulus interior maior est externo: & si triangulus plures habet angulos rectos, q̃ duos.*

De ratione falsa. 19.

RATIO *falsa conficitur ob id falsum, quod in antecedẽtibus usurpatur. Aut enim ex enũciationibus duabus, aut ex pluribus omnis perficitur argumẽtatio. Si ex duabus, ne-necesse est earum unam aut utrãq; esse falsam: quia dicebamus ex ueris non effici conclusionem falsam. Si ex pluribus, ut si c efficiatur ex a b, & hæc ex d e f g, ex his antecedentibus aliquid est falsum, atque ratio ob usurpatam causam ita confecta, quia a & b illorum ui concluditur. Itaque propter aliquid eorum falsa efficitur conclusio.*

De uitanda necessitate ratiocinationum. 20.

NE *quis in nos efficiat conclusionẽ, obseruandũ, ne, quum sine conclusionibus rationem proponit interrogando, bis demus idem in enũciationibus: quandoquidem scimus sine medio non effici conclusionem. Est autem medium, quod semel & iterum dicitur. Vt medium sit obseruandum pro ratione cuiusque conclusionis, perspici potest ex cognitione quæstionis ac problematis, quod in quaque forma demonstratur. Id nos minime fallet: quia intelligimus quẽadmodũ sustinemus disputationem. Debent autẽ qui aliũ rationibus aggrediuntur, occultare, quod ut uitẽt respondẽtes, admonemus. Id fiet primum, si conclusiones non ante colligãt, quàm peruenerint*

*quo*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quo uolunt, sed si assumptis necessarijs occultæ manserint: deinde si interrogando non proponant proxima quæque, sed quàm maxime longinqua: uerbi causa, efficienda sit hæc conclusio, f est a, sintque media b c d e, quærendum sitne b a: atque rursum, non est quærendum an c sit b, sed an e sit d: deinde sitne c b, ac reliqua eodem modo perquirenda. Quod si uno medio peragitur conclusio, à medio initium ducendum. Hoc enim modo maxime fugere possit eum qui respondet.

De reprehensione quæ dicitur elenchus. 21.

QVIA tenemus quando, quáque extremorum constitutione efficiatur cõclusio, perspici potest quando erit & quando non erit reprehensio. Quum responsiones omnes affirmãt, aut uicissim capiunt locũ ea quæ negat & ea quæ affirmat, fieri potest reprehensio: dicebamus enim argumentationẽ hoc & illo modo collocatis extremis effici. Itaque si quod proponitur sit cõtrarium conclusioni, ut reprehensio fiat necesse est. Est enim is quẽ diximus elenchũ, ratiocinatio cõtradictionis. Si nihil concedatur aut affirmetur, nulla esse potest reprehensio: quia demonstratum est ex omnibus extremis negantibus non effici conclusionem. quare non ita efficietur elenchus: qui si est, ut ratiocinatio sit, necesse est, non item contra. Similiter reprehensio non erit, si respondendo nihil proferetur uniuerse: quia eadem est reprehensionis & ratiocinationis ratio.

De errore ex opinione. 22.

ACCIDIT interdũ, ut quemadmodũ occulto situ uerborum decipimur, ita erremus & fallamur opinione: ut si idem in multis maxime insit, & id ignoret quispiam, existimetque in nullo inesse: b & c insint in a per se, & ea in omni d ut in a. Si quis putet omne b esse a, & b esse d, nullum ue-



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ro c a, ſed omne d eſſe c, habebit eiuſdē rei eadem ratione ſeruata & ſcientiam & ignorationē. Atque etiam ſi quis erret in ijs quæ ſunt ordinis eiuſdem: ut ſi b ſit a, c b, d c, & exiſtimet omne b eſſe a, contrà nullum c a, ſimul quidem cognoſcet ineſſe, nec id putabit. An igitur nihil aliud exiſtimat, quàm ſe neſcire quod ſcit? Nam ſcit quodāmodo c eſſe a interuenente b, ut cognitio partis eſt in cognitione totius. Quod igitur ſcit, id plane ſe neſcire iudicat, quod eſt abſurdum. In eo quod ante diximus, ſi mediū non ducatur ex eodem ordine, in utroque medio utrāque enunciationē exiſtimare ueram nemo poteſt, ut omne b eſſe a, nullū c a, d utrūque: quia poteſt aut generatim aut pro parte ſolum, contraria ſumi enunciatio prima. Nam ſi putat omne b eſſe a, atque ſcit d eſſe b, ſcit quoque d eſſe a. Itaque cōtra ſi arbitratur nullum c a, quū b ſit c, non putat b eſſe a. Opinio huius omne b a, & huius b nō eſt a, ſiue generatim ſiue aliqua ex parte pronuncies, eſt contraria. Hoc igitur modo nemo poteſt opinari. Nihil autem prohibet unam enunciationem credere ueram utroq; medio ſumpto, aut utranque altero copulante, ut omne b eſſe a & omne d eſſe b: & rurſum, nullum c a. Hic error eſt ſimilis ei quo fallimur in ijs quæ partem ſignificant, ut ſi omne b a, omne c b: omne c a. Si quis nouit omne b eſſe a, nouit quoq; c eſſe a: ſed nihil prohibet quominus ignoret c eſſe in rerum natura: ut a deſignet duos angulos rectos, b triangulum, c triangulum in ſenſum cadentem: arbitretur aliquis c non eſſe, qui ſciat omnē triangulum duos habere rectos angulos, ſimul idem ſciet & ignorabit. Nam ſcire triangulum omnem duos habere angulos rectos, nō eſt aliquid ſimplex & unum, ſed eſt habere partim communem, partim propriam ſcientiam. Sic nouit c duos

habere

*habere angulos rectos ſcientia communi, propria uero minime nouit: quapropter non habebit contrarias opiniones. Similis eſt ea ratio quam Plato ſcribit in Menone, diſciplinam eſſe recordationẽ. Non accidit uſquã ut res ſingulas ante cognoſcamus, ſed ut unà cum inductione capeſſamus diſciplinã rerũ ſingularũ, uelut agnoſcẽtes. Quũ enim quædã nouimus, continuo ſcimus, ut hoc treis angulos habere duobus rectis pares, ſi ſciamus triangulum eſſe: eadẽ ratio cæterorum. Communi igitur ſcientia uidemus partes resque ſingulas, propria uero neſcimus arte. Quapropter errare poſſumus in illis, non tamen contrariè: ſed habere diſciplinam cõmunem, falli partium ignoratione. Eſt eadem ratio eorum quæ ſupra diximus. Error in medio non eſt contrarius ſcientiæ concluſionis, nec opinio utriuſque medij cõtraria. Nihil prohibet quominus is qui nouit omne b eſſe a, atque etiam c b, putet c non eſſe a: ut ſi quis exiſtimet omnem mulam non parere, & eam quam uidet credat eſſe mulam, arbitretur tamen eſſe grauidam. Neſcit enim c a, niſi ſimul contempletur uim utriuſque partis antecedentis. Hinc perſpici poteſt, ſi unum nouit, alterum uero minime nouit, fore uti fallatur: id habent ſcientiæ generis uniuerſi comparatæ cum partium cognitione. Nihil enim eorum quæ cadunt in ſenſum, quum ſenſu iam non percipitur, ſcimus: nec ſi ſenſimus, id ſcimus, niſi ſcientia cõmuni, & ſcientia propria quadam, non ea quæ conſiſtit in actione. Scire porro dicitur tribus modis, aut enim eſt cognoſcere ſcientia cõmuni, aut propria, aut actione: quare totidem modis quiſpiam falli poteſt. Fieri quidem poteſt, ut in eodẽ quis & aliquid uideat & erret, niſi quod id non ſit cõtrarie. Hoc quidem accidit ei, qui nouit quid utraq; pronunci enuncia-*

*et*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*tio, neque ſpectat illud prius. Nam quũ putat grauidã eſſe mulam, non exercet quam habet ſcientiam, nec opinione ductus uerſatur in errore contrario ſcientiæ. Eſt enim concluſio contrarius error ei qui eſt in genere communi Qui exiſtimat definitionem quæ bono conuenit, etiam malo cõuenire, putabit idem eſſe bonum quod malum. Sit definitio boni in a, mali in b, bonum rurſum in c: quia putat b idem eſſe quod c, arbitratur c eſſe b: itemq; b eſſe a, ideoq; c eſſe a. ut enim ſi uerum eſt de quo c dicitur, de eodem b, & de quo b, de eodẽ a: à de c uere dici, ita & in opinione, nec aliter in ſubſtãtia. Nã quum c ſit idem quod b, atque rurſum b quod a, c erat idem quod a, quapropter idem opinione. Id quidem neceſſarium, ſi quis dabit id quod eſt primum. At id forte abhorret à uero, ſi quis exiſtimet idem eſſe bonũ quod malum, niſi quid aliud intercurrat. Frequenter quidem accidit ut homines hoc exiſtiment: at iſtuc diligentius inquirendum.*

De *conuerſionibus quæ fiunt in prima cõformatione.* 23.

*SI reciprocentur extrema, neceſſe eſt etiam medium reciprocari cum utroq; ſi c dicatur eſſe ã copulante b, ſi reciprocantur, & omne c eſt a, b quoq; & a reciprocantur, & omne a b eſt coniungente c: c etiã & b reciprocãtur, medio nectente a. Eſt eadem ratio argumentationis negantis, ut ſi c eſt b, b non eſt a, c non erit a. Si b & a reciprocantur, c & a conuertentur. B ne ſit a: non igitur erit c, quia omne e dicebatur eſſe b: & ſi b & c reciprocantur, a & c cõuertentur: nam de quo toto dicitur b, de eo dicitur c. Si c cum a conuertatur, cum b conuertetur: cui enim conuenit b, ei conuenit c: cui c, non ei congruit a. Hoc ſolum à concluſione ducit initium, non item reliqua ut in ratiocinatione confirmanti. Atq; etiam ſi a & b reciprocantur,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*reciprocantur, itémque c & d, neceſſéque eſt in omni re aut ā aut c ineſſe: b quoque & d ſic erunt affecta, ut omni in re alterum inſit.* Nam *cui conuenit a, ei conuenit b: & de quo dicitur c, de eo enunciatur d: nihil eſt autem quod non ſit aut a aut c, ſed nunquam ſimul utrunq;: quare ſine dubitatione nihil eſt quod non ſit aut b aut d, non ſimul utrunque: ut non natum, non interiturum: non interiturum, non natum: neceſſe eſt quod eſt natum, ut intereat: quod non interibit, ut natum non ſit.* Ex *his duæ conficiuntur argumentationes: atque etiã ſi in omni re ineſt aut a aut b, ſic aut c aut d: ſimul autẽ non inſunt. Si reciprocantur a & c, reciprocabũtur b & d. Si cui non ineſt b, cui conuenit d, ei haud dubie conuenit a. Quod ſi a conuenit, conuenit & c, quandoquidem reciprocantur. Simul autem erunt c & d, quod fieri non poteſt. Si uero a inſit in toto b atque in c, ac de alio nullo dicatur, & b inſit in omni c, neceſſe eſt a & b reciprocari: quia quum a dicatur ſolum de b & c, & b enuncietur de ipſo & c, non eſt dubium quin de quibus a dicetur, de ijs omnibus dicatur b, præterquam de a. Quum uero a & b inſunt in toto c, & c & b reciprocantur, neceſſe eſt ut omne b ſit a.* Nam *quia omne c a, & c b, propter reciprocationẽ, omne b erit a. Si duo ſint contraria ut a b, quorum a magis ſit expetendum quàm b, itemque c quàm d: ſi magis expetenda a c quàm b d, a potius eſt proſequendum quàm d.* AEque *enim proſequendũ a atque b fugiendum, quandoquidem ſunt oppoſita: & æque d petendum, atque c uitandum, quia & hæc opponuntur. Si igitur a æque petendum atque d, b & c ſimiliter erunt fugienda. Vtrũque horum tam fugiendum, quàm illorũ utrunque proſequendum: quapropter utrunque ā c non magis aut*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

minus expetendum quàm c d. Quod si conuenit inter nos a & c magis expetenda, fieri non potest ut æque tantum sint persequenda: etenim b d æquabilia essent atque paria. Si uerò d quàm a magis optãdum, b minus quàm c fugiẽdũ: quoniam minus opponitur minori. Est autem magis prosequendũ bonũ quod est maius unà cum minore malo, quàm minus bonum cum maiore malo. hoc ergo totum b d magis expetẽdum quàm a c. Nunc ita res non est, quamobrem a magis persequendum quàm d, ac c minus fugiendũ quàm b. Quod si omnis amator mallet in amore a, hoc est ita se affectum esse ut obsequeretur, & c ut obsequi nõ posset, quàm d, id est ut obsequi posset, & b ita se affectum ut obsequi nollet, nõ est dubium, quin a esset magis expetendum quàm obsequi. In amore igitur magis expetenda beneuolentia, quàm ueneris consuetudo: quia amor potius contendit ad amicitiam, quàm ad consuetudinem. Quod si maxime ob hanc causam suscipiendus, hic certe finis eius. Habere ergo consuetudinem ueneris, aut omnino non est finis amoris, aut refertur ad amorẽ. Hoc enim modo referuntur aliæ cupiditates & artes. Planum fecimus quæ sit extremorũ ratio in reciprocationibus, quæque sint expetenda magis atque fugienda. Quia uerò non solum communes omnium dialecticorum argumentationes, & eæ quæ aliquid demonstrant conficiuntur ijs quas diximus formis, sed etiam quæ pertinent ad oratores, & ut generatim dicam, omnis probatio & ratio in quauis disciplina, de reliquis nunc erit differendum. Omnibus enim fidem adhibemus aut adducti ratiocinatione, aut inductione.

De Inductione. 24.

INDVCTIO & quæ ex ea ducitur argumẽtatio, est con-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*concludere unum extremum medio conuenire utendo altero extremo pro medio: ut si duorum ā c medium sit b, inductio est si quis ostendat b esse ā uirtute c.* Hoc enim modo concludimus inductiones: *ut sit a animal diuturnæ uitæ, b quod fel non habet, c unaquæq; species animantis diuturnæ uitæ, ut homo, equus, mulus. Omne b quidem est a, quia omne animal felle uacans est diuturnæ uitæ: atque etiam b, hoc est, felle uacans inest in c toto. Si igitur c & b reciprocantur, & c non patet latius quàm mediū, ut b sit ā necesse est.* Hoc enim demonstratū prius est, *si duo aliqua insint in eodem, sicq; cum altero eorum reciprocetur ultimum, alterum eorum quæ de tertio dicūtur, dictum iri de eo quod cum tertio reciprocatur. Animaduertendum autem c debere cumulari singulis partibus, ita ut nulla desit: quia ex omnibus conficitur partibus inductio: hæc ratio probandi pertinet ad enunciationem primam atque medio uacantem. Quibus enim medium est, ea medio copulante demonstrantur: ea uerò quibus mediū non est, ostenduntur inductione. Ac quodammodo ratiocinationi opponitur inductio: quia ratiocinatio uinculo medij nectit extremum cum tertio, ac ita demonstrat. Inductio sumit tertium, ut coniungat extremum cum medio.* Naturā quidē certe, *quæ medio coniungitur argumētatio, prior est notiórque. Euidentior autem nobis, quæ nititur inductione probatio.*

De exemplo. 25.

EXEMPLVM *est quum medio conuenire maius extremū ostenditur interueniente eo quod tertio simile est. Debet autem quod tertium est perspicue maius, quàm magis extremum medio cōuenire, & quod est primū, euidentius inesse in simili quàm medium in minori: ut sit a malum, b in simi-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*timos ſuſcipere bellum, c Athenienſes in Thebanos bellum ſuſcipere, d Thebanos Phocenſibus bellum attuliſſe. Si uelimus oſtendere malum eſſe bellum cum Thebanis, ſumendũ iſtuc, bellum ſuſcipere in finitimos, malum: cuius rei fidem facit ſimilitudo, ut ea quæ ducitur ex bello Thebanorum in Phocenſes. Quoniam quod geritur in finitimos, malum, quod ſuſcipitur in Thebanos, eſt finitimum: perſpicue concluditur, eſſe malum cum Thebanis gerere bellum. Facile eſt uidere b ineſſe & in c & in d, utrũque ſignificat in finitimos ſuſcipere bellum, nec obſcurum d cohærere cum a: Thebanis enim non fuit utile bellum in Phocenſes: b autẽ eſſe a per d planũ fiet. Eodem modo digerenda ratiocinatio, ſi quis oſtendat medium conuenire extremo, ſimilitudine multorũ. Ex his apparet exemplum non eſſe uelut totum ad demonſtrãdam partem, neque uelut partem ad totum, ſed uti partem ad demonſtrandam partem, ſi utraque ſubiecta ſit ſub idem, & una ſit notior quàm altera. Atq; differt ab inductione, ꝙ hæc ex indiuiduis omnibus, uti dicebamus, oſtendit extremum ineſſe in medio, nec cum extremo coniungit concluſionem. Exemplum uero coniungit, & omnibus ex partibus ducit argumentum.*

*De ratione abducendi.* 26.

AVOCATIO *ſiue ratio abducendi eſt, quũ primum conſtat ineſſe medio, mediũ uero ineſſe poſtremo non conſtat quidem, ſed tamen æque credibile eſt atque cõcluſio, aut certe paulo probabilius: atque etiam ſi pauca ſint media quæ demonſtrent orationem ex ultimo medioque confectam. Nam ea parte demonſtrata, res omnino ad ſcientiam propius accedit, ut ſit a quod arte tradi poteſt, b ſcientia, c iuſtitia. Non eſt dubium quin ſcientia res ſit quæ arte tradi poſ-*

*ſit:*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſit: an uerò iuſtitia ſit ſcientia, ambigitur. Si igitur oratio b c aut æque ignota atque a c, aut paulo probabilior, auocatio eſt: quia ea commonſtrata propius admouet nos ſcientiæ, qui a c concluſionem ante acceperamus, quàm ſcientiam illius haberemus. Atque etiam ſi pauca ſint media ad demõſtrandum c eſſe b, auocatio eſt: hoc enim modo commonſtrato b c pronunciato, propius accedimus ad cognitionem cõcluſionis: ut d ſit idem quod in quadratum redigi, e quod cõcluſum lineis rectis, f circulus. Si unum eſſet medium ad demõſtrandum e f, unà cum formis lunaribus circulum parẽ oſtẽdi quadrato, res ad cognitionem prope accederet. Si b c non ſit probabilius quàm a c, nec pauca ſint media, non appello auocationem, non ſi b c medio careat, quia ſcientia eſt generis eiuſdem.*

De ea contradictione quæ dicitur ἀνθασις. 27.

E A *contradictio qua repugnat aduerſarius, eſt enunciatio enunciationi contraria. Differt autem ab enunciatione, quia contradictio poteſt partem tantummodo pronunciare: enunciatio aut non poteſt omnino, aut in ratiocinationibus totum concludentibus. Duobus autem modis & duabus in formis obijcitur contradictio: duobus modis quidem, quia omnis contradictio aut partem ſumit, aut totum: duabus in formis uerò, quia oppoſita obijciuntur enunciationi. Oppoſita duabus tantum formis concluduntur, prima ac tertia. Si aduerſarius affirmarit aliquid uniuerſe, contradicimus, atq; dicimus aut nihil eſſe eorum quæ dixit, aut partem eſſe falſam. prior contradictio ad primam formam, ſecunda ad tertiam pertinet: ut ſit a idem quod una diſciplina, b contraria. Si quis propoſuerit unam eſſe contrariorum diſciplinã, alter*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

contradicendo contendit, aut non eandem esse plane oppositorum scientiam: quum contraria sint opposita, ut ratiocinatio cadat in formam primam, aut contēdit noti & ignoti nō eandem esse doctrinam: ea autē ratio pertinet ad tertiā formam. Vere quidem dices notum & ignotum esse contraria, horum unam esse disciplinam falso dixeris. Est eadem quoq; ratio pronunciati negantis. Si quis enim pronunciet non unā esse contrariorum scientiam, tum si contradicere uelimus, hoc dicimus, eandem esse doctrinam oppositorum omniū, aut certe eandem esse quorundam contrariorum, ut rei salubris & male salubris: illud ostendimus conformatione prima: hoc uerò tertia. Vt generatim dicam, omnibus ijs quæ pronunciantur uniuersè, qui aduersatur, debet contradicere, atque labefactare propositum genus totum: ut si quis censuerit nō eandem esse scientiā contrariorum: dicat alter, unam & eandem esse oppositorum omnium: hoc autem modo efficitur prima forma. medium enim fit id quod generale est contra id quod initio propositum est. Si parte sumpta cōtradicimus, medium fit id quod subijcitur uniuersō generi, de quo dicitur enūciationis extremum: ut si dicamus noti & ignoti non eandem esse disciplinam. Contraria enim uniuersè de ijs enunciātur, atque tertia efficitur forma: quia medium est, quod pro parte assumitur, ut notum & ignotum. Ex quibus enim possumus concludere contrarium, ex ijs contradictiones opponere contēdimus. Quapropter ex his tantūmodo formis ducimus obiectiones. in his enim solis formantur ratiocinationes contrariæ: in media nihil affirmando concludi posse dicebamus. Adde quòd opus erit pluribus uerbis, si argumentationes hæ cadant in mediam formam: ut si quis non det b esse a, quia c

non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*non eſt ei conſequens, id planum fit per alias enunciationes. Non debet in alia mutari contradictio, ſed continuo perſpicuam præ ſe ferre alteram enunciationem: quamobrem ſignum in hac ſola conformatione non reperitur. Videnda ſunt autem & alia genera contradicendi, ut quæ uerſantur in cõtrario, in ſimili, in opinione aut ſententia: uidendúmque an contradictionem partis in prima figura, negantem in ſecunda poſſimus informare.*

De re credibili atque ſigno. 28.

QVOD *credibile dicimus, & ſignum, non ſignificant idem. Sed credibile eſt idẽ quod enunciatio probabilis. Quod enim ſciunt homines plerunque ſic fieri, aut nõ fieri, aut eſſe, aut non eſſe, id probabile ueriſque ſimile eſt: ut inuidentes hominibus odio eſſe credibile, & eos qui amant, diligi. Signum autem eſſe uult enũciatio demõſtrans aut neceſſaria, aut probabilis. Illud eſt ſignũ, quod aliquid eſſe demonſtrat, quo tẽpore eſt, aut fuiſſe prius, aut poſtea, quo tempore fuit.*

De enthymemate. 29.

ENTHYMEMA *eſt argumentatio imperfecta ex ueriſimilibus argumẽtis atque ſignis. Sumitur autem ſignum tot modis quot & mediũ in formis, nempe tribus. Aut enim ut in prima, aut ut in media, aut ut in tertia: ut ſi quis oſtendere uelit grauidã eſſe mulierem, quia lac habet, ordine primæ formæ digeret argumẽtationem. medium, lac habere ſtatuatur in a, grauidam eſſe in b, mulier in c. Si demonſtrandum ſit illud, ſapientes eſſe bonos, quia Pittacus erat bonus, utendum tertia conformatione. In a ſit bonus, in b ſapientes, in c Pittacus. uere quidem a & b de c dicentur, niſi quòd unam partem proferunt homines, tametſi non habent notam: alterã*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uerò ſumunt. Quod argumentum grauidam mulierem oſtẽdit ex pallore, uult in media forma tractari. Nam quia pallor comitatur grauidas, & hanc comitatur, commonſtratum putant hãc eſſe grauidam. pallidum in a, grauidam eſſe in b, mulier in c. Si pronunciata ſit una enunciatio, tantummodo ſignum eſt: ſi altera fuerit aſſumpta, tum erit ratiocinatio: ut ſi dicatur Pittacus liberalis, quia honoris cupidi liberales ſunt, Pittacus autem cupidus honoris. aut rurſum, ſi ſapientes dicantur eſſe boni, qui bonus erat Pittacus atque ſapiẽs. hoc modo conficiuntur argumẽtationes. At quæ conficitur in prima forma, ſi uera ſit, diſſolui labefactarique non poteſt, quia pronunciatur uniuerſe: quæ in tertia, ſolui poteſt atque refutari, etiam ſi uera ſit concluſio: quia nihil pronunciatur uniuerſe, quódque ratiocinatio non eſt congruens ad rem demonſtrandam. Non enim ſi Pittacus bonus, neceſſe eſt eam ob rem cæteros ſapientes eſſe bonos. Argumẽtatio ſecundæ formæ ſemper labefactari, ſoluiq; omnino poteſt. nũquam enim neceſſario efficitur concluſio extremis ita digeſtis. Non enim ſi prægnans eſt pallida, & hæc mulier eſt pallida, neceſſe eſt ut hæc grauida ſit. Omnibus in ſignis licebit uerum concludere, ſed ita differunt ut ante diximus. Aut igitur hoc modo diuidendum ſignum, atque medium ſumendum eſt id quod eſt neceſſarium: quia neceſſarium aiunt gignere ſciẽtiam: aut ſignum dicendum quod eſt in extremis: neceſſarium, quod in medio. hoc enim maxime probabile atque ueriſsimum quod prima concluditur figura.

De natura cuiuſque ex forma perſpicienda. 30.

POSSVMVS uti ſigno quo natura hominis perſpicitur, ſi quis det atque concedat unà corpus & animum mutari ab

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ri ab ijs affectionibus ac perturbationibus, quas natura ingenuit. Qui musicam didicit, nonnihil fortasse mutauit animum, sed hæc affectio nõ est in earum numero quæ nobis insitæ sunt: sed tales quales sunt, iræ, cupiditates, quæ motibus concitantur naturalibus. Illud si datum fuerit, & hoc, unum unius esse signum: sique possimus deprehendere propriam cuiusque generis affectionem propriúmque signum, poterimus inuenire medium ad demonstrandam ex forma corporis naturam. Nam si propriè & priuatim cuipiam generi indiuiduo insit affectio, ut leonibus fortitudo, necesse est eius esse notam quandam: quia hoc uti fundamentum posuimus, unà affici corpus & animum. Sit eiusmodi nota in corpore quod magnas habet extremitates, quæ possit & alijs generibus, sed non totis conuenire. Hoc modo proprium capi uolumus propriam totius generis affectionem, sed non unius tantum, uti propriũ appellare consueuimus. Erit igitur & in alio genere nota eadem, ac homo fortis erit, & aliud quodpiam animal. Erit igitur notatum signo, quia unum unius signũ esse dicebamus. Si hæc ita sint, sique possimus eiusmodi signa colligere in ijs animantibus, quæ habent unam propriámq; affectionem, cuius omnis est nota quædam, quandoquidem necesse est unam inesse, poterimus efficere argumentationem ex eo signo. Si sint duæ proprietates totius generis, ut si leo sit fortis atq; liberalis, quomodo cognoscemus utrum utrius signum sit eorum, quæ priuatim generi sunt cõsequentia? an si alij cuipiam generi nõ toti attributum sit utrunq;, & in quibus non omnibus inest utrunque, uidendum quando quis unum habeat, alterum nequaquam? Si enim fortis sit non liberalis, ac ex duabus notis habeat eam quæ fortitudi-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*nis eſt, non eſt dubium quin ſit hoc in leonibus ſignum fortitudinis. Eſt autem ratio pernoſcendi naturam ex forma, in ijs quæ primi ſunt ordinis medium reciprocari cum maiore extremo, latius patere quàm minus extremum, non cum eo reciprocari: ut ā fortitudo, b grandes extremæ corporis partes, c leo. Cui c conuenit, ei formæ toti conuenit b, nec ei ſoli, ſed & alijs. Cui uero conuenit b, ei omni conuenit a, non autem pluribus: ſed b & a reciprocantur: alioqui non unius erit unum ſignum.*

*Libri ſecundi partitionum priorum* Ariſtotelis *finis.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

# Aristotelis Partitionū

POSTERIORVM, SIVE DE-
*monstrantis scientiæ* Libri II. *Iacobo*
*Lodoico Strebæo interprete.*

PARISIIS,

*Apud Vascosanum, uia Iacobea, ad insigne Fontis.*

M. D. XLVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

# ARISTOTELIS PARTITIONVM posteriorum, siue demonstrantis scientiæ Liber I.

OMNIS & doctrina & disciplina quæ mẽte percipitur, ducit initium ex priore cognitione, id quod perspici potest ab ijs, qui contemplantur & inspiciunt sciẽtias omnes. Nã scientiæ quæ mathematicæ nominantur, atq; aliæ artes singulæ, perficiuntur hoc modo. itemq; rationes illæ quæ & syllogismis, & inductionibus ostenduntur: utræq; nituntur ea cognitione quæ antecessit. Rationes quæ syllogismis ostenduntur, aliquid assumunt quod intelligunt iam qui nobiscum agunt: inductiones ostendunt totum genus ex rebus singulis, quæ iam notæ sunt. Similiter rationes oratoriæ persuadent: aut enim nitũtur exemplo, quod est inductio, aut enthymemate, quod est ratiocinatio. Duobus autẽ modis res ante cognoscendæ: alias esse in rerum natura, ut iam teneant qui docentur opus est: aliarum nomẽ quid significet. In alijs utraque cognitio necessaria, ut tenendum illud esse uerũ, de quaque re affirmatio dicitur aut negatio, quid significet trianguli nomen. Quum agitur de unitate, utrunq; iam notum esse debet, & unitatem esse, & quid hoc nominis designet. hæc omnia non eodem modo nota sunt. Fieri autem potest ut aliquis agnoscat quæ antea cognoscebat, & ut quorundam simul imbibat notionem, ut eorũ quæ posita sunt sub generibus, quæ nouit. Nouit iam triangulum omnem pares duobus rectis angulos habere: esse triangulum qui in orbe dimidiato latet, intellexit unà cũ inductionis disciplina. Quarundam cognitio rerũ percipitur hoc modo, nec quod est ex-



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tremum per mediũ cognoſcitur: ut quæ iam deducta ſunt ad ſingulas partes, nec de ullo ſubiecto enunciantur. Antequam inductio admota fuerit aut ratiocinatio, uno modo ſcire quẽpiam fortaſſe confitendum eſt, altero neſcire. Quod enim minime nouit, an ſit omnino, quî ſciet plane habere duos angulos rectos? Perſpicuũ eſt hoc modo eum ſcire, quia genus cognouit, non tamen plane ſcire: alioqui dubitatio Platonis in Menone locum inueniet: aut enim nihil diſcet, aut ea quæ nouit. Non enim dicendum, ut quidam contendunt, ambiguitatis ſoluẽdæ gratia. Noſtin' omnem dyada, id eſt numerũ duorum eſſe parẽ an non? ubi qui rogabatur confirmaſſet ſcire ſe, protulit alter dyada quandã, quam nõ exiſtimabat eſſe: quapropter uidebatur ignorare num par eſſet. diſſoluunt iſtuc, nec dicunt hoc homines ſcire omnem duorum numerũ parem eſſe, ſed quem ſciunt eſſe dyada. at uerò ſciunt cuius rei demonſtrationem teneant, & cuius acceperunt. Non acceperũt autem omnis eius rei quam ſciant aut triangulum eſſe aut numerũ, ſed generatim trianguli omnis atque numeri. Nulla quidem enunciatio ſumitur huiuſmodi, quem tu noris eſſe numerum, aut quod tu noris lineis rectis eſſe concluſum, ſed de toto genere oratio pronũciat. Sed nihil phibet, opinor, quod diſcit aliquis, ſcire poſſe, & ignorare poſſe. Non eſt abſurdũ ſi quod nouit quodãmodo, id diſcit: ſed abſurdum ſi eo nouit modo quo diſcit, & ut diſcit. Scire nos unãquanq; rem plane (non ſophiſtarum more, qui ut ſors tulit, nititur occurrente ratione, tum putamus, quum exiſtimamus ſcire nos eam cauſam, quâ gente res eſt, & arbitramur eius rei cauſam eſſe, eſſe quidpiam huiuſmodi. Etenim ea ſententia eſt, & eorum qui

Solutio argumẽti

Cap. 2. de modis ſciẽdi et demonſtrationẽ.

Scimus de ſors tulit quãdo progradiuntur a poſteriora atq; aliter effici nõ poſſe. Perſpicuum quidem eſt ſcientiam ad priora fallaciter habemus habilitatem nondum habita exacta rei cognitione

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

qui nesciunt, & eorum qui sciunt: illi putant ita rem esse, hi qui sciunt, non opinionem modo, sed etiam rem tenent. Itaque res cuius scientia uera est, nullo pacto fallere uarietate potest. Quod si quod aliud est sciendi genus, postea dicemus. Dicimus etiam aliquid ex demonstratione sciri. Demonstrationem autem dico ratiocinationem quae scientiã parit. Quae scientiam parit, eam esse dico, qua rem scimus: propterea quod ea argumentatione nitimur. Si igitur scientia est quam diximus, necesse est scientiam demonstrantem ex ueris enunciationibus primis, atque medio uacantibus cõfici, & ijs quae notiores priores q; sunt, & causae cõclusionis. Hoc enim modo sumentur propria rei quae demõstratur, principia. Efficietur quidem sine his aliqua conclusio, non efficietur demonstratio: quia si aliud sumptum fuerit, scientiam non pariet. Debent igitur esse uera quae sumuntur: quia quod non est, siue quod falsum est, id scire non possumus, ut lineam mediam quam uocamus diametrum parem esse lateri quadrati. Ac scientia gigni debet ex principijs quae demonstrare non oporteat: quia nescit quispiam, si nõ teneat eorum demõstrationem. Nam scire est habere demonstrationẽ eorum quae demonstrari queunt, non temere & fortuito ut quaeuis occurrit ratio. Ac causae notiores & priores esse debent: de causis ago, quia tum scimus quum causam uidemus: priores statuo, quia causae sunt, & iam scimus non solum altero intelligendi modo, sed etiam eo quo scimus rem esse. Duobus autẽ modis res dicuntur notiores ptioresque: non enim res eadẽ prior est natura, & prior quum refertur ad nos: nec eadem notior suapte natura, notiorque nobis. Ea dico nobis esse notiora ac priora, quae propius accedunt ad sensum. Priora notioraque



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*simpliciter, quæ longius à sensu summota sunt: plurimum distant genera, proximæ singulæ partes. hæc autem è regione respondent. In primis rebus numerari debet id quod pertinet ad propria principia. Eandem rem nomine primi uoco & nomine principij. Principium est pronunciatū ad demonstrationem congruens, nullóque demonstrandū medio. Nullo demonstrari medio potest id pronunciatum, quo non est aliud prius. Pronunciatū enunciationis pars altera, in qua unū de uno dicitur. Dialectica enūciatio, quæ nullo discrimine alterutram partē sumit. Demonstrans, quæ habito delectu sumit alterā, propterea quòd est uera. Enunciatio, pars contradictionis utralibet. Contradictio, oppositio cuius non est medium per se. Pars contradictionis quæ aliquid enunciat de aliquo, dicitur affirmatio: quæ aliquid tollit ab aliquo, negatio. Fundamentum principij medio uacantis unde ratiocinatio ducitur, id esse dico, quod demōstrare nō possumus, nec est necesse illud haberi ab eo qui aliquid discet. Quod tenendum est ab eo qui discet quidpiam, uocatur axioma, id est effatum commune quod quiuis intelligat. Quædā sunt eiusmodi quibus significandis, hoc nomine consueuimus uti. Fundamenti pars ea quæ sumit alterutram partem enunciationis, ut aliquid esse aut aliquid non esse dico, uocatur hypothesis, id est subiectum fundamentum: quæ non habet istuc, definitio. Est enim definitio fundamentum. Arithmeticus ponit uti fundamentum unitatem id esse, quod in quantitate diuidi non potest. Non autem est hypothesis, nec est eadem res, quū ostenditur quid sit unitas, & quū unitas esse dicitur. Quia uero fides adhibenda conclusioni, atque habenda res certa, propterea q habemus eam ratiocinationē quam uocamus demōstrationem,*

Hoc adimemus nunc est ut omnis demonstratione bo mnima eximatur

propositio ad ratiocinā dum pertinēs ad debitatē ex primeda auctores trapezuntio

per se idest simplex teretia secundum formandi

estis omnibus particulis quæ dā praboe occasē dandē alterū candi optimi cum modi sunt eiusdē de eodē ad idē eo simodo res pectu eiusdem

est ita propositio quæ demonstrari non potest

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tionem, ratiocinatio autem concludit aliquid eo q̃ antecedentia ex quibus efficitur conclusio posita sunt, necesse est non solum principia aut omnia aut aliqua habere nota, sed notiora cõclusione. Semper enim propter quod unaquæque res est eiusmodi, id in eo genere potius est: ut id cuius causa aliud amamus, potius est in amore. Itaque si quid scimus principiorum beneficio, & uerum esse credimus, principia melius tenemus & habemus ueriora: quia propter illa posterioribus adhibemus fidem. Fieri autem non potest ut aliquis ijs quæ nescit, maiorẽ adhibeat fidem q̃ ijs quæ nouit, ac ut sit propensior, q̃ si nouerit antecedentia. id accidet, nisi si quis habeat cognitionem priorem ea qua nituntur, qui ex demonstratione credũt. Magis enim adhibenda fides principijs, aut omnibus, aut quibusdam, q̃ conclusioni. Qui scientiam luce demõstrationis est adepturus, nõ solũ debet principia habere certiora, & eis fidem adhibere maiorem, q̃ conclusioni quæ demõstratur: sed etiam nihil habere credibilius, nihilque notius ex ijs quæ principijs opponuntur, ex quibus efficietur cõclusio quæ ducat in errorem cõtrarium: quandoquidem debet is qui scit, neque labi omnino, neque errare. Sunt qui putant nihil sci- Cap. 3
ri posse, quia pernoscenda sunt principia. Sunt qui scientiam cõparari fatentur, sed omnia demõstrari posse credunt. Horũ neutrũ uerum est atque necessariũ. Nam qui nitũtur hoc ueluti fundamento, nihil plane cognosci sciriq; posse, ij iudicant in infinitum retro agi nos oportere, q̃ nesciamus posteriora per priora, quorum nulla sunt principia. Hi quidem nonnihil uere dicunt: quia infinita percurrere non possumus. Si uerò sint, ut qui ad principia peruenerint, aiunt ea non esse nota: quia nulla sit eorum demonstratio: confirmant autem nos hoc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tantum scire posse quod ex demõstratione cognoscimus. Quod si non possumus principia cognoscere, dicunt ea scire nõ posse, nec plane nec proprie, quæ efficiuntur ex illis, sed accepta cõditione, si illa principia sint firma. Alij consentiunt nihil sciri posse nisi ex demonstratione, sed aiunt nihil esse impedimento quominus omnia demõstrentur: quia demonstratio fieri possit orbe circunducto, & ex ijs quæ inter se reciprocãtur. Nos uero confirmamus non omnem scientiam ex demonstratione gigni, sed esse quandam medio uacantem quæ demonstratione non eget. Id ita esse necessario perspici potest: Si necesse est scire priora ex quibus efficitur demonstratio, & tandem consistunt omni quo demonstrari possint medio carentia, necesse est ut minime demonstrentur. Hæc ita statuimus, nec scientiam modo dicimus esse, sed etiam principium quoddam scientiæ, quo nomina quæ uocãtur extrema cognoscimus. Perspicuum est autem nihil plane orbe ducto posse demonstrari, si demonstratio ducenda sit ex prioribus notioribusq; : quia fieri non potest ut eadẽ priora sint simul eisdem & posteriora, nisi alio & alio modo, ut alia referantur ad nos, alia ad naturæ cõmunionem, quo modo inductio rem patefacit. Quæ si ita sunt, scientia non erit generatim probeque definita: sed duo sunt illius genera: aut ea quæ fit ex ijs quæ sunt notiora nobis, non est prorsus demõstratio. Non id solum quod nũc diximus accidit ijs, qui aiunt orbe circũacto fieri demonstrationem, sed etiam ut nihil aliud dicant quam hoc esse, si hoc est: at hoc modo facile est omnia demonstrare. Id accidere perspici potest tribus extremis collocatis. Nihil refert utrum dicas retro agi argumentationem per multa an per pauca, ac per pauca quidẽ, an per duo. Si quando a est, b necessario est: & quan-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& quãdo b, tum quoq; c est: quũ a erit, c quoq; erit. Si igitur quãdo est a, necesse est b esse, & quãdo b est, c esse: id enim docebamus argumentũ in orbem circuactum: statuatur a pro c, qui dicet a esse quãdo b est, dicet c esse. Hoc autẽ dicit si a est, c est: at c & a res est eadem. Hoc igitur accidit ijs qui dicunt fieri demonstrationẽ orbe ducto, ut nihil aliud cõmonstrent q̃ a esse si est: hoc autẽ modo res demõstrare nõ est negocij magni. Enimuero ne istuc quidẽ fieri potest, nisi in ijs quæ inter se consequentia sunt, atq; reciprocantur uti propria. Ostendimus autẽ si quid unum, sit assumptũ, nõ esse necesse unquam ut aliquid alterũ sit: unum dico, quia neq; si extremũ usurpatur unum, neq; si una enunciatio, cõficitur aliquid necessario. Ex duobus pronunciatis primis nõ paucioribus numero fieri potest orbis, quandoquidẽ licet hoc modo cõfici ratiocinationem. Si a sit consequens duobus b & c, & hæc reciprocentur inter se & cum a, possumus hoc modo uicissim cõmonstrare omnia ista si quæsita fuerint, cõmonstrare inquam ui primæ conformationis, uti planũ factum est quũ de ratiocinatione communiter ageretur: atque cõmonstratum est alijs in formis aut nullam necessario monstrari conclusionẽ, aut si qua monstretur, nõ ostendi ex rebus assumptis. Quæ nõ reciprocãtur atq; uicissim aliud de alio non enunciantur, ea non possumus orbe facto demõstrare. Quod igitur hæc in demõstrationibus pauca sunt, non est dubiũ quin ridicula sit & absurda eorum sentẽtia, qui aiunt fieri demonstrationẽ ex reciprocãtibus, & iccirco omnia posse demonstrari. Quia nullo modo uariari c. 4.
potest id cuius est scientia stabilis & firma, necessariũ erit id quod cadit in scientia demonstrantem, atq; per eam cõparatur. Scientia demonstans est, quã habemus quũ suppetit



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nobis demonſtratio. Ex neceſſarijs igitur cõficitur argumentatio, quæ demonſtratio nominatur: itaq; animaduertendum ex quibus qualibúſq; conſtent demõſtrationes. Primum definiemus quid ſit id quod dicimus de tota re enunciari, quid ſit per ſe dici, quid ſit totum ſiue genus uniuerſum. Id aũte dico de tota re dici, quod nõ in parte quidem eſt, in parte uero nõ eſt: quodq; cohæret interdum, & aliquando nõ cohæret, ut ſi animal de homine dicatur omni. Si uere dicas quempiã eſſe hominem, uere dicas animal eſſe: quod ſi nunc alterum uere dices, & alterũ uere confirmabis. Erit eadem rerum conſtantia, ſi in omni linea punctum dicatur eſſe. Huius rei ſignum eſt & argumentum: etenim contradicimus hoc modo, quum de tota re propoſita quæſtio nobis eſt, aut obijcientes ſi cui parti non conueniat quod de toto enunciatur, aut ſi quando non conueniat. Per ſe dicuntur ea quæ ſunt in definitione, ut in triangulo linea, in linea punctum. Nam eorum ſubſtantia conſtat ex his, ac inſunt in oratione quæ quid res ſit explicat. Per ſe quoque dicuntur ineſſe accidentia, in quorum definitione quid res ſit declarante, ſubiecta quibus inſunt uſurpantur: ut rectum ineſt in linea & ambitus, in numero par impar, primum, cõiunctum, habens æqua latera, quod una parte longius eſt: omnibus his inſunt quum definitio declaratur, partim linea, partim numerus. Similiter ea per ſe ineſſe dico, quæ accidunt alijs ſubiectis. Quæ neutro dicuntur ineſſe modo, ſunt accidentia, ut muſica & candor animanti. Præterea dicitur eſſe per ſe, quod non dicitur de alio quopiam ſubiecto, ut de alio dicitur, incedit ſiue ingreditur: quum aliquid aliud eſt, illud ingreditur aut album eſt. Subſtantia uero, & quæ certum quiddam ſignificant, non quia

ſunt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*sunt aliud quidpiam, id sunt quod sunt. Esse igitur per se dico, quæ de subiecto non enunciantur: quæ autem de subiecto dicuntur, accidentia uoco. Addo & aliud genus eorum quæ per se dicuntur: nempe quod cuique rei sit, accidit ut sit illius causa: quod accidit nec illius est causa, accidens appello. Non enim ꝙ ingrederetur quispiam, coruscauit, sed hoc dicimus accidisse. Si quid uero euenit illius causa, id per ipsum factũ dicimus: ut si quis obtrũcatus interijt, interijt inquã propter cædem: quia moritur propterea ꝙ obtrũcatus est, non id accidit temeritate fortunæ, si cæsus interierit. Quæ igitur in ijs quæ simpliciter sciri queunt, sic in enunciatis aut in subiectis esse dicuntur, ea per se insunt atque necessario. Non enim fieri potest ut non insint aut uniuerse, aut quæ sunt opposita, ut lineæ aut rectum aut prauum, numero par aut impar. Est enim contrarium aut priuatio, aut cõtradictio in eodem genere, ut par non impar in numeris, qua ratione consequentia sunt. Itaque si necesse est affirmare aut negare, necesse est ea quæ per se insunt, inesse. Hoc modo quid sit aliquid de re tota dici, aut per se inesse definitum sit. Id uniuersum dico, quod & de re tota dicitur & per se, & qua ratione est quod est. Non dubium est igitur, quin omnia quæ ita sunt uniuersa, necessario rebus insint. Per se autem, & qua ratione est quod est, significant idem: ut lineæ per se inest punctum, & longitudo recta, quaque ratione linea est: ac triangulo, quia triangulus est, duo sunt anguli recti: etenim per se triangulus par est duobus rectis. Tum uero uniuersum est, quum in qualibet parte & prima inesse demonstratur: ut habere duos angulos rectos, nõ cuiuis inest formæ generatim, tametsi licet ostendere formam duos ha-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bere angulos rectos, nõ omnem tamen: nec utitur prima quaque forma, qui demonstrat. Nam quadratum est in figuris, nec habet angulos pares duobus rectis. Triangulus quiuis dictus ἰσοσκελὴς angulos habet pares duobus rectis, sed nequaquam primus: at prior habet triangulus. Quicquid igitur primum duos habet rectos, aut aliud quidpiam, in eo prima ineſt uis uniuerſa, ac demõſtratio per ſe huius eſt uniuerſitatis: aliarũ quodamodo eſt demõſtratio, non tamen per ſe. Nec trianguli eius cui latera duo ſunt paria, demõſtratio eſt uniuerſa, ſed latius profertur demonſtratio. Porro autem ignorare nõ debemus, frequẽter accidere ut erremus atq; labamur, ac ut quod demõſtratur, non ſit genus uniuerſum primum, qua ratione uidetur oſtẽdi primũ & uniuerſum. In huc error labimur, ſi aut nihil aſſumere poſſimus quod ſuperet indiuiduũ, aut indiuidua: aut ſi poſſumus quide, ſed id quod ſumendũ eſt, nõ habet nomen in rebus ſpecie differẽtibus: aut eſt ut in parte totũ in qua fit demõſtratio. Partibus adhibetur demonſtratio, quæ de tota parte dicetur: attamen non erit unius partis uti primæ generaliſque demonſtratio. dico non eſſe partis huius primæ demonſtrationẽ, quia pars eſt, ſi demonſtratio eſt primi generis & uniuerſi. Si quis oſtenderet lineas rectas non cõcurrere, uideretur eius rei eſſe demõſtratio, propterea q̃ hoc eſſet in omnibus lineis rectis: nulla tamen eſt, quia id nõ fit, quod hoc modo rectæ ſunt, ſed quia quouis modo rectæ ſunt. Et ſi nullus eſſet alius triangulus quàm qui duas habet lineas pares, is uideretur habere per ſe treis angulos pares duobus rectis. Et proportio uideretur ineſſe numeris uiciſsim, quia numeri ſunt, aut quia lineæ, aut quia ſolida corpora, aut quia tempora, ut id olim ſingulatim demon-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

demõstrabatur, quũ poßit id una demõstratione totũ cõfici: sed quia nihil est nominis quo ista omnia coniungantur, numeri, longitudines, tempora, corpora solida, atque specie differunt inter se, singulatim sumebantur: nunc autem communiter hæc omnia demonstrãtur. Nõ enim quia lineæ, aut quia numeri erãt, ea cõueniebat demonstratio: sed quia illud conuenit, quod existimant generatim omnibus conuenire. Ea de causa si quis ostenderit una aut altera demõstratione, unamquanq; trianguli speciem duos angulos habere rectos, ut singulatim triangulum ex paribus lineis, aut alterum ex omnibus imparibus, aut alium ex duabus paribus, nondum intelligit triangulum duobus rectis esse parem, nisi forte sophistarum more: nec scit omnem triangulum, neque nouit nullus ne sit alius triangulus præter eos quos nominauimus. Non enim nouit, quia triangulus est, nec scit omnem triangulum: numerum quidem tenet, speciem non tenet: tametsi nihil est quod non nouerit. Quando igitur nescit demonstrationẽ esse generis uniuersi, quando scit plane? Profecto si triãgulus esset idẽ, qui triangulus tribus lineis paribus clausus, aut quilibet, aut omnis, nosset generatim: si alius est, hoc ei tamẽ cõuenit, quia triangulus est, nescit. Vtrum duos habet rectos quia triangulus est, an quia tantum duos habet pedes pares? Quando hoc nomine & ea de causa demõstratio fit alicuius primum & uniuerse? Planum fiet quid primum conuenerit, si cætera tollantur: ut triangulo æneo cui duo paria sunt latera, duo erunt anguli recti: erunt etiam si non sit æreus, si nõ sit ἰσοσκελὲς: non erunt si figuram tollas aut terminũ: sed hæc non sunt prima. quo igitur sublato primo non inerũt? Si triangulus sublatus fuerit, illius causa duo sunt recti cæteris,



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

caput 6

& illius uniuerſe demonſtratio eſt. Quod ſi ſcientia demonſtrationis efficitur ex neceſſarijs principijs: quia quod ſcitur, uariare non poteſt: ſi quæ per ſe inſunt, neceſſario rebus inſunt, quorum alia ponuntur in definitione, alia admittũt ſubiecta in definitionem, de quibus debeant dici, quorum accidẽtium oppoſitorum alterum neceſſe eſt ei quod ſuſcipit, cõuenire: certe ex rebus eiuſmodi cõficietur argumẽtatio quæ demonſtrat. Omnia quidẽ certe aut hoc modo rebus inſunt, aut accidentium more: accidentia autem minime neceſſaria. Aut igitur hoc modo dicendum, aut neceſſariam fore demonſtrationem principijs uſurpatis: & ſi quid eſt demõſtratum, nullo modo deflectere poſſe ab eo quod pronunciat. Ex neceſſarijs igitur debet effici concluſio. Ex ueris quidem poteſt aliquis efficere concluſionem, ut demonſtratione non utatur: ex neceſſarijs non poteſt, præterquam qui certa demonſtrat: id enim iam demonſtrationis eſt. Demõſtrationem ex neceſſarijs effici id argumento ſit, quod hoc modo contradicimus ijs qui ſe arbitrantur aliquid demonſtrare: ac dicimus nullã eſſe neceßitatem, aut plane rem aliter fieri poſſe, aut contradicimus inſeruientes diſputationi. Ex his perſpici poteſt eos ſimplices & ſtolidos eſſe, qui exiſtimant præclare ſe principia uſurpare, ſi probabilis enũciatio ſit & uera, ut ſophiſtæ: quia ſcire, eſt ſcientiam habere. Nõ enim quod eſt probabile, aut nõ eſt, illud eſt principium, ſed quod principium eſt generis eius in quo uerſatur demonſtratio: nec id omne quod eſt uerum, proprium eſt atque familiare. Ex neceſſarijs efficiendam concluſionem demonſtrationis, ex his perſpici poteſt: Si quis enim cauſam ignoret ex qua aliquid efficitur, etiã ſi ſit illius demonſtratio, non tenet ſciẽtiam. Fieri poteſt ut a de c neceſſario

rio dicatur, & b medium ſit, quo interueniente demõſtratum eſt c a ſine ulla neceſsitate, homo tamen cauſæ expers neſciat qua de cauſa ſit neceſſaria concluſio. non enim conſequens eſt propter uim medij, quia fieri poteſt ut non ſit mediũ, concluſio uerò neceſſaria. Præterea ſiquis neſcit modo, cui ratio cauſaq; fuerat, neſcit inquam incolumis, nulla obliuione captus, re integra, neſciebat antea. Tolli quidem & perire medium poteſt, ſi neceſſarium nõ eſt. Habebit igitur rationem ſuperſtes, re manente, neque ſciet: non igitur antea ſciebat. Si medium non interijt, interire autem poteſt, quod ex eo cõcluditur, in contingentibus eſt habẽdum: at fieri non poteſt, ut quinitatur ea ratione, aliquid ſciat. Quũ igitur neceſſaria eſt cõcluſio, nihil prohibet medium nõ eſſe neceſſarium, quo interueniente demonſtrata fuit. Poſſumus enim neceſſariam concluſionem ex antecedentibus haud neceſſarijs efficere, ut ueram ex enũciationibus haud ueris. Quum uerò medium neceſſario cohæret, concluſio quoque neceſſario pronũciat, ut ex ueris neceſſario ſemper uerum colligitur. Dicatur a de b neceſſario, b de c, neceſſariũ quidem c a. Si concluſio non ſit neceſſaria, medium non poteſt eſſe neceſſarium. Fac ut c ſit a ſine ulla ui neceſsitatis, ut b neceſſario ſit a, & c b: erit igitur c a neceſſario: at conuenerat non ineſſe neceſſario. Quod igitur ſi quis ſcit uia demonſtrandi, debet neceſſario cohærere quod ſcit: perſpicuum eſt eſſe neceſſe, ut habeat demõſtrationem per medium neceſſariũ: aut neſciet, nec tenebit quamobrẽ res ſit, nec eſſe neceſſe ut ſit. Sed aut putabit ſe ſcire qui neſciat, ſi neceſſarium putet quod non eſt neceſſarium: aut nõ arbitrabitur eodem modo ſcire ſe, ſiue ſciuerit eſſe, per media, ſiue quamobrem ſit, per medio uacantia. Accidentium porrò

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quæ per se non insunt, quemadmodum definita sunt cohærẽtia per se, non est scientia ex demonstratione: quia non possumus necessariõ demonstrare conclusionẽ, propterea quòd fieri potest ut accidẽs absit. At uerò quæret aliquis fortasse, quare petendum sit ab aduersario, uti concedat quæ nõ sunt necessaria, ut afferatur cõclusio, si nihil est necesse aliquid effici? Nihil enim uidetur interesse, utrum aliquis quærat quæcunque ueniant in mentem, ac postea pronunciet conclusionem, an ex contingentibus concludat. Interrogãdus est quidem qui disputat ex aduerso, non ita ut conclusio necessaria sit propter id quod admisit interrogatus, sed ita ut si antecedentia det, dicat necessario atque uere conclusionem esse ueram, si uere cohæreant antecedentia. Quoniam autem necessario insunt in unoquoque genere quæ per se insunt, & qua ratione quodq; genus est: non est dubium quin demõstratiotiones quæ scientiam pariunt, uersentur in ijs quæ per se rebus insunt, atq; ex illis conficiantur. Accidentia non sunt necessaria, quapropter nihil est necesse scire: quamobrem annectatur conclusio, etiamsi perpetuo cohæret, non tamen per se: ut sunt conclusiones quæ commonstrantur ex signis. Nõ enim quod per se est eiusmodi, sciet sic esse per se, nec intelliget cur ita sit: scire autẽ cur ita sit, est cognita causa scire. Debet igitur medium tertio, primum medio conuenire. non potest igitur qui ad aliud genus confugit, ex eo conficere demonstrationẽ, ut arithmetica demonstratione non potest aliquid geometricum comprobare. In demonstrationibus enim tria sunt: Vnum quod demonstratur, nẽpe conclusio, illud est quod per se in aliquo genere inest: Alterũ, id principium quod uocatur ἀξίωμα. Principia huiusmodi sunt, ex quibus efficitur demõstratio:

Occupatio.

Cap. 7.

Vult ex principiis eius de artis demõstrationẽ componi adeo ut demõstrator artis suæ finibus cõtineatur nec in alias irruat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtratio. Tertium genus, eſt ſubiectum, cuius proprietates affectionesue, & quæ per ſe inſunt accidentia, oſtẽdit demonſtratio. Ea ex quibus demonſtratio cõficitur, eadem eſſe poſſunt. Quorum genus eſt diuerſum, ea non admittũt eadẽ antecedentia, ut arithmeticæ genus eſt aliud quàm geometriæ. Non poſſumus igitur arithmeticam demõſtrationem ijs accommodare, quæ magnitudinibus accidunt, niſi ſi magnitudines ſint numeri: ut hoc fieri poſsit in quibuſdam, poſtea dicetur. Sed arithmetica demõſtratio ſemper habet genus in quo demonſtratio uerſatur, itemq; reliquæ ſcientiæ. Itaq; aut neceſſe eſt omnino idem eſſe genus, aut quodammodo, ſi demõſtratio transferẽda: alioqui transferri non poſſe perſpicuum eſt: quia ex eodem genere extrema mediaq; ſumenda, quoniã ſi non inſunt per ſe, erunt accidentia. Ob eam cauſam nõ eſt geometriæ demonſtrare contrariorum unam eſſe diſciplinam, & duos cubos eſſe cubũ: nec eſt alterius ſcietiæ demonſtrare, quod ad aliam pertinet, niſi quæ ita ſunt affecta inter ſe, ut unum ſubiectum ſit ſub alterum: ut quæ cadũt in aſpectum, affecta ſunt ad geometriam: & quæ ſpectant ad concentum, affecta ad arithmeticam: nec eſt geometriæ demonſtrare, ſi quid eſt in lineis non qua ratione ſunt lineæ, & qua ex proprijs oſtenduntur principijs: ut ſi linea recta diceretur pulcherrima, aut ſi lineæ in orbẽ ductæ diceretur contraria: non enim hæc inſunt, qua ratione proprium genus eſt, ſed cõmune quoddam. Apparet ex ijs quæ diximus, ſi pronunciata ex quibus efficitur concluſio, ſemper cohærẽt per ſe, eſſe neceſſe ut connluſio demonſtrationis eius ſit conſtãs ac perpetua, ac ut generatim dicam, demonſtrationis omnis. Non eſt igitur demonſtratio eorum quæ intereũt, nec ulla plane ſcientia, ſed

prima ratio.

Simplex exceptio.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ita ut alia de causa interueniẽte: quia nõ uniuerse eius quod interit est demonstratio, sed aliquando & quodammodo. Si talis sit demonstratio, necesse est alterum pronunciatum non esse uniuersum & esse caducum: caducum quidem, quia conclusio caduca: nõ uniuersum uerò, quia pars erit, pars nõ erit eorum quibus inerat. Itaque non licet concludere quidpiam uniuersum, sed id tantum quod nunc manet. Est eadem ratio definitionum: quoniã definitio demonstrationis est principiũ, aut demonstratio situ differẽs, aut conclusio demonstrationis. Illæ demonstrationes & scientiæ rerum quæ plerũque fiunt, ut defectionis lunæ, quid? Perspicuum est esse perpetuas, qua ratione res sic esse demonstrantur: quia uerò non omni tempore manent, ad partem spectat. Vt est defectionis demonstratio, ita rerum generis eiusdem. Quia planum fecimus quãq; rem non posse demonstrari, sed utendum esse principijs cuiusque propriis: si quod demõstratur, insit qua ratione illud est, non est scientia eius rei semper quæ demonstrata fuit ex ueris, ex ijs quæ non indigẽt demõstrationis, & quæ medio uacant. Qui probat hoc modo, sic demõstrat, ut Bryson demonstrabat rationem orbis in quadratũ redigẽdi. Rationes eiusmodi communi principio nituntur, quod & ad aliud pertinebit: qua de re accõmodantur & alijs, non cognatis atque familiaribus. Nescit igitur id quod demõstrat per se, sed interuentu alterius causæ. non enim demonstratio congruẽs est in aliud genus. Scimus autem quanque rem non interuentu fortuito, quando cognoscimus eam cohærere ex principijs eius per se: ut triangulum treis angulos habere pares duobus rectis, cui per se conuenit id quod dicimus ex principijs eius. Itaque si per se ineſt illud cui conuenit, debet medium esse in eadem

eadem propinquitate. Si non efficitur ex principijs ſubiecti demonſtratio, efficitur ut ea quæ demonſtrat concẽtus per arithmeticã. Quæ ſunt eiuſmodi, demonſtrantur eodem modo: differunt tamen, quia eſt alterius diſciplinæ demonſtrare ita eſſe: nam genus ſubiectum diuerſum, cur ita ſint, oſtendere eſt ſuperioris diſciplinæ, cuius per ſe ſunt affectiones. Ex his apparet non poſſe quanq; rem commonſtrari plane, niſi ex propriis eius principijs. Scientiarum ſuperiorum & inferiorum principia habent aliquid cõmune. Id ſi certum eſt, certũ quoque propria cuiuſq; rei principia nõ poſſe demonſtrari. Erunt enim illa principia omniũ cõmunia, & illorum ſcientia, princeps omnium. Etenim certius ſcit, qui ex cauſis ſuperioribus ſcit: ex prioribus ſcit, ſi cauſas nõ nouit ex effectis. Si certius nouit, maxime nouit, ac ea ſciẽtia dignior erit hoc nomine & certe digniſſima. At demõſtratio non eſt congruens ad aliud genus, niſi uti diximus, geometricæ ad opticas aut mechanicas, & arithmeticæ ad harmonicas. Difficile autẽ ſcire utrũ aliquis ſcit an nõ: quia difficile eſt cognoſcere, utrũ ex cuiuſque rei principijs ſcimus an non, id quod eſt ſcire. Exiſtimamus autem ſcire nos, ſi ex ueris primisq; effecerimus concluſionẽ, ſed ea non eſt ſcientia: debent enim quæ ſumuntur eſſe cognata rei propriaq; principia. Dico autẽ in unoquoq; genere principia, quæ ita eſſe demõſtrare non poſſumus. Quid ſignificent & principia, & quæ proficiſcuntur ex illis, proponendum uti certum: ac eſſe principia ſtatuẽdum ſine demonſtratione, cætera demonſtranda: ut quid unitas, aut quid rectum, & triangulus. Eſſe unitatẽ magnitudinemq; ſine demõſtratione proponendũ, cætera demonſtrãda. Principia quibus utimur in diſciplinis demonſtrantibus, alia propria cuiuſque Cap. 8 Principiorum dum io



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

disciplinæ, alia communia. Cõmunia ex analogia & proportione quadam: quia tanta est eorum utilitas, quantam genus subiectũ scientiæ quærit. Propria quædam sunt, ut quæ aiunt lineam, & rectum esse eiusmodi. Cõmunia, ut hoc, si paribus paria detrahas, paria quæ supersunt: hæc singula sunt idonea, quoad requirit genus de quo agitur. Idem enim perficiet geometres, etiam si non ad omnia usurpauerit, sed ad magnitudines tãtum: si arithmeticus ad numerum. Propria sunt & ea quæ proponũtur & esse dicuntur, in quibus scientia uersatur, quũ inquirit quæ per se insunt, ut arithmetica in unitatibus, geometria in punctis lineisque. Hæc enim statuunt & dicunt esse & hoc esse, atq; proponũt uti certum quiddã affectiones eorũ, perinde atq; si quisq; teneat quid significent: ut arithmetice quid par aut impar, aut quadratũ aut cubus: geometria, quid nõ habeat proportionem, quid fractũ, quid incurrens. Ea uerò esse demonstrãt ex cõmunibus principijs, & ijs rebus quæ iam demonstratæ sunt, itemque astrologia. Omnis enim scientia demonstrans tribus uersatur in rebus, quæ dicuntur esse. Eæ sunt genus, cuius proprietates per se contemplatur & inquirit: & cõmunia principia quæ uocamus axiomata, ex quibus demonstrationes constant: deinde affectiones, quarum significationes usurpat uti notas. Nihil tamen prohibet quominus scientiæ quædã negligat aliquod istorum: ut interdum non statuunt esse genus, si illud constat esse: non enim æque notum numerum esse, atq; rem frigidam & calidã. Interdũ non usurpant significationes proprietatũ, si perspicuæ sint: ut non ostendunt quid significent principia communia, ut quid sit paribus paria detrahere, quia istuc est perspicuũ. At nihilominus hæc tria sunt in rerũ natura, id in quo

quo uersatur demõstratio, ea quæ demonstrat, ea quæ suscipit ad demonstrandũ. Non est autẽ fundamentum nomine hypothesis, neq; postulatum quod per se esse necesse est, ac uideri. Non enim demonstratio intuetur quid os loquatur, sed quid animus sentiat: nam eo spectat omnis argumentatio. Semper enim licet contradicere uerbo, non semper animo. Quæ igitur demõstrationis indigentia proponit aliquis uti nota, nec ostendit: si discenti proponit quod cõsentiat eis, non plane sunt fundamenta, sed ei solum qui comprobat. Si uero assumat aut quando nulla est opinio, aut contraria, postulat hoc sibi dari. Hoc differũt hypothesis & postulatum. Est enim postulatũ quod propemodum contrariũ est discentis opinioni, aut quod aliquis proponit neq; demõstrat, tametsi demonstrari potest. Definitiones nõ sunt fundamenta quæ dicuntur ἀξιώματα: quia nõ affirmant aliquid esse uel nõ esse, sed in enunciationibus sunt eiusmodi subiectiones: definitiones intelligere modo debet is qui discit. Ea nõ est hypothesis, nisi quispiam dicat hoc nomine uocem quæ auditur, sed ea quæ propterea q̃ sunt, conclusionem efficiunt. Geometres autem nõ iacit falsa quasi fundamenta, ut dixere nonnulli, qui contendebant non utendũ esse falso, geometren proponere falsum, quũ lineam dicit pedalem quæ non est pedalis, aut lineam descriptã esse rectam quæ recta non est. At geometres nihil concludit q̃ ea sit linea quam uoce protulit, sed q̃ ea sint uera, quæ descriptione aut uoce designauit. Adde & aliud discrimen, quod postulatio & hypothesis omnis est aut ut totum, aut ut pars: definitiones uero neque totum, neque pars. Species, quæ ideæ nominantur, aut unum quiddã à multis separatum esse nihil est necesse, si futura sit demonstratio: est tamen necesse uere



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

confirmare opus esse in demonstratione uno aliquo quod de multis enuncietur: quia non erit aliquid uniuersum, si id non erit. Quod si nõ erit aliquid uniuersum, deerit mediũ, & ob eam causam demõstratio. Debet igitur esse aliquid unum & idem de pluribus dici, ita ut nomine seruato ratio nõ uariet. Nulla porro demõstratio suscipit hoc principium, nihil posse simul affirmari negariq́ue, nisi si necesse est hoc modo demonstrare conclusionem. Ea conclusio demonstratur ab ijs qui assumunt pronunciatũ, in quo maius extremum de medio enunciatur, sic ut affirmatio uera sit, negatio falsa. Ac nihil refert utrum medium confirmetur an negetur: itémq; minus extremum. Nam si datum est medium de quo aliquid enunciatur, uere dici potest homo: si datur idem, uere dici potest non homo: at si solum hominem statueris medium, uere dicetur animal, non item dicetur nõ animal. Si datum sit medium homo, uere dicetur Callias, dicetur & non Callias: tamen animal erit, non item non animal. Eius rei causa est, q̃ maius extremũ de medio dicitur, & de alio, propterea q̃ in multis inest: itaque nihil pertinet ad conclusionẽ, siue sit medium, siue non sit. Hoc autem principium, omnia aut affirmare aut negare licet, suscipit ea demonstratio quæ perducit ad incõmodum, idq́ue non semper generatim, sed quantum satis est. Satis est id quod est ad genus accommodatum: ad genus accommodatum dico, quod uersatur in eo genere cui demonstrando quispiam admouet argumentationem demonstrationis, ut supra diximus. Omnes autẽ scientiæ habent aliquid cõmune, nempe principia communia. Cõmunia dico, quibus utuntur ij qui demonstrant aliquid, uti principijs assumptis, nõ ea quæ tractant in demonstratione, nec id quod demonstrant. At dialectica

Ctica omnibus ſcientijs utitur, ſiue omnium ſcientiarum principijs: & ſi qua uniuerſe contendat oſtendere quæ communia ſunt, ut hoc, omnia affirmare aut negare licet: aut hoc, ſi paria paribus detrahantur, paria quæ ſuperſunt, & eiuſmodi quædam. Dialectica autem non ita uerſatur in quibuſdam partibus contradictionis certis atque præſcriptis, nec in uno quodam genere, uti cæteræ diſciplinæ: non enim uteretur interrogatione. Non debet interrogare qui rem ſuam demonſtrat, quia non oſtendit idem ex ijs quæ ſunt pugnantia atque oppoſita: id patefactũ eſt in opere de ratiocinatione. Quod cap. 9.
ſi eſt eadem interrogatio ad efficiendã concluſionẽ quæ enunciatio pars contradictionis, & ſi enunciationes ſunt in quaque diſciplina, ex quibus efficitur cõcluſio in illa, erit interrogatio nõnulla quæ pariat ſcientiam, unde in quaq; ſcientia efficietur propria concluſio. Perſpicuum eſt igitur nõ omnem quæſtionem ad geometriam pertinere, nõ omnem ad medicinam, nõ omnem ad reliquas artes. Sed ea ſunt geometræ, ex quibus aut aliquid oſtenditur eorũ in quibus geometria uerſatur, aut ex quibus planum fit aliquid, cum ſint eadem quæ continet geometria, ut quæ tractantur à perſpiciendi ſcientia. Eſt eadem ratio cæterorum. De ijs diſputatio tuenda ex geometriæ principijs atque concluſionibus: de principijs non ſubeunda eſt diſputatio geometræ, quia geometres eſt, ac ſimilis eſt ratio cæterarum ſcientiarũ. Non igitur omnis quæſtio cuiuis proſeſſori ſcientiæ proponenda: nec quod de quaq; re quæri poteſt, de eo quiſque proſeſſor reſpondere debet, ſed de ijs quæ ſcientia ipſius continentur. Si quis diſputabit hoc modo cum geometra, qua ratione geometres eſt, profecto recte diſputabit, ſi quid oſtendat ex ijs quæ geometria profite-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tur: alioqui non apte differet. Nec dubium quin ita inepte differens non reprehendat hominem geometram, nisi forte tempore, & extra rem. Non est igitur inter imperitos geometriæ de geometria differendum, quia nõ animaduertent quinam praue disputet: eadem ratio ualet in cæteris disciplinis.

prima quæstio Quia sunt quæstiones quæ ad geometriam pertinent, suntne quædã quæ minime sunt eius? an quæ proficiscuntur ab ignorantia quapiam, sunt geometriæ, itemque disciplinarum cæterarum? utra argumentatio ex ignoratione proficiscitur, an

i Solutio quæ constat ex cotrarijs, an quæ uitiosa fallit? Interrogationes absurdæ aut sunt geometriæ, aut alterius artis: ut quæstio musica si quid exigat, à geometria, non pertinet ad eam. Lineas autem pari interuallo distantes si quis existimet tandem concurrere, id partim est geometriæ, partim non est. Id quidem duplex, ut quod numero uacat, unum quod nihil habet geometriæ, ut id quod nihil habet numeri: alterum quod habet quiddam, sed absurdum. Hæc autẽ ignoratio quæ proficiscitur ex eiusmodi principijs, est contraria. In disciplinis non reperitur ita captiosa argumẽtatio ut in dialectica: quia semper medium semel ac iterum usurpatur. Aliud enim de eo toto, id rursum de alio toto dicitur. Id quod de alio enunciatur, non sinit hoc uerbi, omne, sibi adiungi. Nomina quorum usus est in disciplinis, ita perspicua sunt, ut intelligẽtia perspiciantur: in disputationibus uero dialecticis obscura, ut quum quæritur: Estne circulus omnis forma? Si quis descripserit circulũ, nihil relinquet dubitationis. Quid? num carmina circulus? non dubium est, quin non sint. Non est contradicendum huic captioni, sic ut enunciatio sit inductionis. Vt non est enunciatio, nisi plura complectitur: ita non est contradictio

*tradictio quæ singulis partibus nititur : non enim dicetur de omnibus. Ex totis autem generibus conficitur argumentatio. Sunt enunciationes eædem quæ contradictiones. Quam obiecerit quispiã contradictionem, ea fiet pronunciatũ aut demõstrationis, aut uulgatæ disputationis. Vsuenit ut quidã differant ordine ratiocinationis minime seruato, quia assumunt utrique extremo consequentia: id quod facit Cæneus, quum uult ostendere ignem gigni multiplicata proportione: etenim celeriter gignitur ignis, ut ait. hæc est proportio & comparatio quædam: at hoc modo nihil necessario concluditur. Sed ualet ratio, si proportioni celerrimæ consequens sit multiplex incrementum, & igni celerrima in motu proportio. Interdum quidem non ita licet conclusionem efficere necessario ex rebus assumptis: interdum licet quidem, sed non perspicitur necessitas. Quod si ex falsis uera nõ posset ostendi conclusio, facilis esset regressus ad antecedentia, quia necessario reciprocarentur. Sit ã conclusio uera, quia est, hæc sunt antecedentia, quæ esse scio ut b. Ex his igitur ostendam illam effici conclusionem. Reciprocantur autem magis quæ pertinent ad disciplinas, quia nihil accidens assumunt, sed definitiones, & hoc quoq; differunt ab ijs ratiocinationibus quas habent sermones. Crescunt enim demõstrationes scientiarum, non adiunctione mediorum, sed assumptione extremi noui, ut a crescit per b, b per c, & hoc rursus per d, idque sine fine res protrahitur. Crescunt & transuorsum, ut a per b, & per e: ut sit numerus finitus aut infinitus in a, numerus impar finitus in b, numerus impar in c, a de c dicitur. Sit numerus par finitus in d, numerus par in e, dicitur ergo a de e. Est aliud scire conclusionem afferri ex antecedentibus, aliud* Caput. 10.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſcire quamobrem afferatur. Primum in eadem ſcientia, & in ea duobus modis: uno, ſi non efficiatur concluſio per ea quæ medio uacant: non enim prima ſumitur cauſa, ſcientia autem ex cauſa, ſumit primã cauſam: altero, ſi efficiatur per ea quæ medio uacant quidem, ſed nequaquam per cauſam, ſed per id quod eſt notius inter reciprocantia. Nihil eſt impedimento ex ijs quæ reciprocantur, alterum notius interdum non eſſe cauſam: itaque illo interueniente efficietur demonſtratio, ut ſi demonſtret quiſpiam errones propinquos eſſe, quia non ſcintillant. Sint ſtellæ errantes in c, non ſcintillare in b, non longe diſtare in a, uere de c dicitur b: quia non uibrant quaſi ſcintillam errones: dicitur & a de b, nam quod ſcintillarum more non emicat, remotum non eſt. Id autem mente comprehendatur ex inductione, aut cognitione ſenſus. Neceſſe eſt igitur ut c ſit a: demonſtratum eſt igitur errones propinquos eſſe. Ea ratiocinatio non continet proximam cauſam, ſed tantum oſtendit ex antecedentibus effici concluſionem. Non enim ſtellæ errantes quòd ſcintillent, ſunt propiores, ſed quia ſunt propiores, non eiaculantur radios atque ſcintillulas. Poteſt alterum alterius luce demonſtrari: quod ſi fiat, erit demonſtratio, cuius medium ſit proxima cauſa concluſionis: ut ſtatuantur errones in c, propinquitas in b, non ſcintillare in a. C quidem eſt b, & b a, quod eſt nõ circunijcere lucem: eſt igitur c a. Eſt hæc argumentatio ex proxima cauſa, quia prima ſumpta fuit: atque etiam ſunt qui demonſtrant hoc modo lunam eſſe rotundam ex incrementis. Si enim quod creſcit hoc modo rotundum eſt, & ita creſcit luna, non eſt dubium quin ſit globoſa: hoc modo peruentum eſt ad concluſionem, quia medium eſt aſſumptum, quod non*

*erat*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*erat illius causa. Si contra medium fuerit usurpatum, erit demonstratio ex proxima causa. Non enim propter incrementa luna est rotunda: sed quia figuræ est conglobatæ, eiusmodi suscipit incrementa. Luna in c, rotunda in b, incrementum in a. In quibus media nequaquam reciprocantur, & illud est notius quod causa non est, conclusio quidem effici ostenditur: quamobrem, nõ ostenditur. Præterea in quibus argumentationibus medium repetitur ex alto. In ijs enim planum fit effici conclusionem, causa finitima non explicatur, ut quid est cur paries non respirat? quia non est animal. Ea si est causa non respirandi, debuit animal esse causa respirandi, ut si negatio est causa, cur res non sit, affirmatio erit causa cur sit: ut si causa morbi sit intemperantia frigidarum calidarumque rerum, causa bonæ ualetudinis erit illorũ temperantia: itemque si affirmatio est causa standi, negatio causa non standi. In ijs quæ ita demonstrantur, non efficitur quod est usurpatum: non enim animans omne respirat. Conclusio porro ex eiusmodi causa statuitur in ordine secundo formarum, ut a sit animal, b respiratio, c paries. Omne b est a, quia quicquid respirat animal est, nullum c a: itaq; nullum c b, non igitur paries respirat. Huiuscemodi causæ tales sunt, quales eæ quæ longius peti dicuntur. Id fit quum quis longius progressus, affert medium. Tale est illud Anacharsidis, inter Scythas nullas esse tibicines, quia non sunt in Scythia uites. In eadem igitur scientia, in situ mediorum hæ sunt differentiæ conclusionis, & eius quæ ex proxima causa peragitur, & quæ non peragitur. Antecedentia esse proximam causam conclusionis non esse idem quod afferre tantum conclusionem, aliter perspici potest, nempe quum spe-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſtatur utrunq; in altera diſciplina. Id fit in ijs quæ ſic affecta ſunt inter ſe, ut unum ſit alteri ſubiectum: ut quæ ſunt ſcientiæ perſpiciendi, ſubiecta geometriæ: quæ ſunt ſubſtructionum, referuntur ad rationem corporum ſolidorum: quæ pertinent ad concentus, referuntur ad arithmeticam: obſeruationes aſtrorum, ad aſtrologiam. Harum ſcientiarum quædam propemodum ſunt rationis eiuſdem, ut aſtrologia quæ mathematica uocatur & quæ naualis: itemque muſica tum mathematica, tum uocalis & cadẽs in aures. In eiuſmodi diſciplinis noſſe aliquid eſſe, eſt eorum qui admouent ſenſum: ſcire cur ita ſit, eſt mathematicorum. Hi quidem tenent cauſarum demonſtrationes, atque perſæpe neſciunt eſſe rem, ut pote qui genus uniuerſum contemplantur: frequenterq; neſciunt aliquid rerum ſingularum, quoniam eo ſtudium nõ conferunt. Hæc autem mathematica formis utuntur, quũ aliud quidpiam ſit eorum ſubſtantia. Etenim uerſantur in formis, nec in uno aliquo ſubiecto occupãtur. Quod ſi in aliquo ſubiecto geometrica præcepta uerſantur, non tamen quia geometrica ſunt. Vt ſcientia perſpiciendi ſpectat ad geometriam, ita ſpectat alia ad perſpiciendi ſcientiam, ut quæ contemplatur rationes cæleſtis arcus. Eſt enim philoſophi naturalis cognoſcere id eſſe, cur ita ſit, non eius, ſed utentis arte perſpiciendi, aut generatim, aut quatenus hoc tenet diſciplinæ. Sunt diſciplinæ multæ ſic affectæ, tametſi una alteri ſubiecta non eſt, ut medicina refert aliquid ad geometriam. Rotunda uulnera tardius curari ſcire debet medicus, quamobrem, geometres. Inter argumentationum figuras prima ad ſcientiam demõſtrationis eſt accommodatiſſima. Nam ſcientiæ mathematicæ ad illius normam referunt demõſtrationes,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*tiones, ut arithmetica, geometria, optica, & omnes ferè quæ inquirunt & inueſtigãt, cur aliquid ita ſit: aut enim ſemper, aut plerunque & maxima ex parte concluditur hac forma ratiocinatio ex cauſa. Eſt igitur hoc nomine ad ſcientiam accommodatiſsima. Summa proprietas ſciẽdi eſt perſpicere cur quæq; res ſit: deinde ſcientiam definiendi per hãc unam uenari poſſumus, quia in ſecunda forma non concluditur argumentatio confirmans: ſcientia definiendi eſt affirmationis. In tertia efficitur ratiocinatio, quæ confirmet non totum, ſed tãtummodo partem. Definitio uerò eſt eorum quæ pronũciantur uniuerſe: non enim aliqua ex parte homo eſt animal bipes. Adde quòd hæc earum non indiget: illæ per hanc increſcunt & augentur, quoad peruenerint ad ea quæ medio uacant. Ex his apparet formam primam ad ſciẽtiam eſſe maxime congruẽtem. Vt autem a poteſt cohærere cum b proxime, ita poteſt non cohærere: dico proxime cohærere, aut non cohærere, quum inter a & b nihil eſt intermedium: hoc modo non poterunt alio interueniente cõiungi aut ſeparari. Quod ſi a aut b ſint in aliquo toto, aut utrunque, non poteſt b non eſſe a primum. Sit a in toto c, ſi b non ſit in toto c, non erit in a. Nam a poteſt ineſse in aliquo toto, in quo nullo ſit b: tum erit concluſio quæ negabit b eſſe a. Si omne c a nullum b c, nullũ b a. Similis eſt ratio, ſi b ſit in aliquo toto ut in d, tum omne b d, nullum d ā: itaque nullum b a in concluſione. Eodẽ modo res demõſtrabitur, ſi utrũq; ſit in aliquo toto: quia fieri poteſt ut b in nullo ſit eo, in quo toto ineſt a: aut contra a, in quo eſt b. Id perſpicuum fit ex ordinibus categoriarũ, quæ non miſcentur inter ſe. Nam ſi nihil eorũ quæ ſunt in claſſe a c d, de ullo dicitur eorũ quæ ſunt in claſſe b e f: ſi a ſit in to-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*to h,b certe non erit in h,quia miſcebuntur ordines. Eadē ratio,ſi b ſit in aliquo toto: ſi neutrum ineſt in aliquo toto, ſiq; b non ſit a,neceſſe eſt proxime nō cohærere: quia ſi quid erit medium, neceſſe erit alterum eorum in aliquo toto eſſe: erit enim aut in prima aut in ſecūda forma ratiocinatio. Si in prima,b erit in aliquo toto, quia debet eo accommodari pronūciatum confirmans: ſi in ſecūda,utrūlibet ut ſors tulerit,quia negatione poſita cum utrolibet extremo efficitur concluſio. Si neget utrunq; pronunciatū,non ſuccedet cōcluſio. Planū fecimus fieri poſſe,ut aliud in alio non inſit proxime,& ſine ullo intermedio: quando & quomodo id fiat,explicauimus. Ignoratio nō ea quæ nihil plane intelligit,ſed quæ cum affectione quadā coniuncta eſt,error eſt qui ex ratiocinatione cepit initium. Ea duobus modis oritur,tam in ijs quæ primū inſunt,q̄ quæ non inſunt maxime. Aut enim accidit, ſi quis ſimpliciter exiſtimet eſſe quod non eſt,aut non eſſe quod eſt: aut quū uia ratiocinandi bibit opinionem. Simplicis opinionis error eſt ſimplex: eius qui manat ex argumentatione,multiplex. Nullum b ſit a,ſic ut nihil ſit intermediū,ſanè ſi ratiocinādo concludat b eſſe a,ſumpto medio c,labetur in errorē argumētatione ducta. Fieri quidem certè poteſt, ut falſum ſit utrūque pronunciatum, fieri poteſt ut unum tantum: quia ſi nullum c a,nullum b c,& utrunque pronunciatum contra ac uerū eſt, uſurpatum fuerit,antecedentia tota falſa. C poteſt ita affectum eſſe ad a,& ad b,ut neque ſit ſub a,neq; generatim b: quia fieri nō poteſt, ut b ſubiȳciatur ſub aliquid totum: nam principio dicebamus b non eſſe a: nō eſt autem neceſſe ut a ſit in omnibus ijs quæ ſunt, quapropter utraq; enunciatio falſa eſt. At uerò poſſumus alteram uſurpare ueram, non tamen utranlibet*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*utranlibet,ſed a c:quia pronunciatũ c b ſemper erit falſum, quia in c nullo eſt b. a c poßumus aßumere uerum,ut ſi a inſit & in c & in b,ſine medio interuallo: quia ſi primũ idem de pluribus dicitur,neutrũ alterius erit.* Nihil refert an non *ſit ſine re media, quia error qui putat rem ineſſe, ex his gignitur,& hoc uno modo gignitur.* Nam dicebamus non eſſe *concluſionem affirmantem in alia figura.* Error qui negando *admittitur,cadit & in primam & in ſecundam formã.* Primum dicamus quot modis id efficiatur in forma prima, & *ut pronunciata ſtatuãtur.* Errare quis poteſt,quia falſum ſit *utrunque pronũciatum:ut ſi a inſit in c & in b,ſine ullo interuallo ſeparante:ſi pronunciarit nullum c a,omne b c,erunt falſa pronunciata.* Accidit etiam ut decipiatur aliquis, quia *alterum pronunciatum ſit falſum,idq; utrũlibet.* Poteſt enim *a c eſſe uerum,b c eſſe falſum:a c uerum,quia nõ omnibus ijs quæ ſunt in rerum natura ineſt a : c b falſum, quia b non poteſt eſſe c,cui nulli ineſt a,quia iam uera non eſſet enunciatio a c.* Adde quòd *ſi utrunque pronunciatũ uerum eſt,concluſio erit uera.* Poteſt etiam *c b uerum eſſe,ut alterũ ſit falſum:ut ſi b & in c & in a ſit, neceſſe eſt alterũ alteri eſſe ſubiectũ.* Si igitur *uſurpauerit nullum c a,falſa erit enunciatio.* Planũ *fecimus & ex altero & ex utroque pronunciato falſo, falſam concluſionem futuram.* In ſecũda forma non poteſt fieri, *ut utraque pars antecedentiũ falſa ſit omnino.* Nam ſi omne *b ſit a,nihil erit quod dicatur alteri toti, alteri nulli cõuenire.* Hoc autẽ modo *ſunt uſurpandæ enunciationes,ut una affirmet,altera neget,ſi futura eſt concluſio.* Si hoc modo capiũtur *falſæ,haud dubie contrariæ erunt ueræ: id autem haudquaquam fieri poteſt.* At nihil prohibet quominus utraq; ſit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*aliqua ex parte falsa, ut si c insit in aliquo a & b. Nam si dicatur omne a c, nullum b c, ambæ enunciationes erunt falsæ, non omni quidem, sed aliqua ex parte. Itemq; si contra actum est, negatio ponatur, alteram falsam & utrãlibet accipere possis: nam quod inest in omni a, idem inest in omni b. Si quis igitur pronunciet omne a c, nullum b c, oratio ā c uera erit, b c falsa. Contra quod nulli b inest, non in omni a inerit: quia si in a, & in b erit: at conuenerat nõ inesse. Si dicas omne a c, nullum b c, pronunciatum b c uerum, alterum uerò falsum. Itemq; si in alterum locum traijciatur negatio: quod enim nõ inest in ullo a, nõ inerit in ullo b. Quod si quis usurpet nullum a c, omne b c, enunciatio ā c erit uera, b c falsa. Ac cõtra, si dicas nullum ā c, quum omne b sit c, falso dices: quia necesse est ut si conueniat omni b, ut cuidam a conueniat. Si igitur dicat aliquis omne b c, nullum a c, pronunciatũ b c uerum, alterum ā c falsum. Ex ijs perspici potest, & quũ utrũque pronunciatum falsum, & quum alterũ tãtum, fore conclusionem fallacem in argumẽtationibus medio uacantibus. In ijs autem quæ aut insunt, aut non insunt, aliquo modo interiecto: si per medium proprium perueniatur ad conclusionẽ falsi, non poterit fieri ut ambæ enunciationes sint falsæ, sed ea tantum quæ cõtinet maius extremum. Medium proprium dico, cuius uinculo nectitur contradictionis argumẽtatio. Sit b a interueniente medio c, quia necesse est b c affirmare, quo seruetur ratio syllogismi, non est dubium quin semper sit uera, quia non immutatur: oratio uerò a c falsa, quoniam quum ea mutatur, contraria affertur conclusio. Est eadẽ ratio si ex alio ordine medium sumatur, ut d si sit in a toto, & de b toto dicatur, quia necesse est d b pronunciatum manere, alterum mutari,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*mutari: quapropter unum ſemper uerum, alterum falſum. Ac ferè eſt idem error iſte, qui alter ex proprio medio. Si ratiocinatio non copuletur per mediũ proprium, ſi ſub a ſit medium, ita ut nulli b conueniat, neceſſe eſt utrunque pronunciatum eſſe falſum: quia ſumenda ſunt pronunciata contra ac eorum natura patitur, ſi futura eſt cõcluſio. Hoc modo ſumpta ſunt ambo falſa, ut ſi omne d a, nullum b d: his enim permutatis efficietur concluſio, & erunt ambo falſa. Quod ſi mediũ nõ ſit ſub a, ut d, enũciatio a d uera, d b falſa: illa quidem uera, quia uti dicebamus, d nõ eſt in a: hæc autẽ falſa, quia ſi uera foret, concluſio quoque uera, quam falſam proponebamus. Si ex media conformatione manat error, non poteſt utrunque pronunciatũ omni ex parte eſſe falſum. Nam quum b eſt ſub a, nihil poteſt aſſumi quod uni toti, alteri nulli cõueniat, uti ſuprà demonſtrauimus. Altera poteſt uſurpari falſa, ac utralibet: ſi c & in a & in b inſit, ac dicatur eſſe a, non eſſe b, oratio ā c uera, altera falſa. Cõtra, ſi b dicatur eße c, & nullum a c, erit uera b c, altera falſa. Si neget argumẽtatio unde manat error, oſtendimus quando & ex quibus id fiat. Si ratiocinatio confirmat quum proprio medio nectitur, non poſſunt ambo pronunciata eſſe falſa: quia neceſſe eſt ut b c maneat, ſi neceſſario ſecutura eſt concluſio, uti anteà diximus. Itaque c a ſemper erit oratio falſa: ea eſt enim quæ mutatur. Eſt eadem ratio ſi ex alio ordine medium ſumatur, uti diximus in errore ex negatione: quia neceſſe b d manere, ā d mutari, ac eſt idẽ genus ignorationis quod prius. Oratio minor ſemper uera. Maior ſi non per medium proprium conficiatur, & d ſit ſub a, erit uera, altera falſa. A autem poteſt eſſe in multis, quorum nullum eſt ſub alio poſitum. Si d non ſit ſub*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*a, ea ſemper haud dubie erit falſa, quia confirmat: d b autem poteſt & uera eſſe & falſa. Nihil enim prohibet quominus nullum d ſit a, & omne b ſit d, ut nulla ſcientia animal, muſica uerò ſcientia: ac fieri poteſt ut nullum d ſit a, nullúmque b d. Perſpicuum eſt igitur ſi medium nõ ſit ſub a, utrũq; pronunciatũ poſſe eſſe falſum, & alterutrũ. Quot modis & ex quibus proficiſcantur errores ij qui uerſantur in argumẽtationibus, tum ijs quæ medio uacãt, tum in demonſtrationibus oſtendimus. Illud porrò nõ eſt obſcurum, ſi quis deſit ſenſus, aliquam ſcientiam defuturam, quam nemo percipere poteſt: quandoquidem diſcimus aut inductione, aut demõſtratione. Demonſtratio generum eſt, inductio partium. Non poſſumus genera perſpicere ſine inductione. Nam & ea quæ à materia abiuncta traduntur, beneficio inductionis illuſtranda, ſi quis uelit explicare eſſe in quoque genere quædã, tametſi abſtrahi nequeunt, qua ratione unumquodq; ſuo modo cohæret: is autem cui deeſt ſenſus, uti nõ poteſt inductione: quia ſenſus eſt qui res ſingulas perſpicit, quarũ ſcientiã percipere nec poſſumus generatim ſine inductione, nec ex inductione ſine ſenſu. Omnis argumentatio quæ à ratione nomen habet, ex tribus conſtat extremis, quæ oſtendere poteſt c eſſe a: quia b ſit a, & c b. Ea quæ negat, alteram habet enunciationem quæ pronunciat aliud in alio ineſſe, alteram quæ negat. Non eſt dubiũ quin principia & ea quæ fundamenta nominantur, in ratiocinatione ſint, quæ qui aſſumpſit, hoc modo neceſsario demonſtrat, ut c eſſe a interueniente medio b: contra b eſſe ã alio nectente medio, & c eſſe b eodem modo. Qui ex uerſimilitudine ratiocinatur, & tantummodo uulgari argumentatione dialecticorum nititur, is ſanè perſpicere debet hoc ſolum,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*lum, an concluſio afferatur ex ijs quæ maxime credibilia habentur. Itaq; & ſi reuera mediũ eſt inter a b, & nullum uidetur, qui uſus eſt eo, rationem duxit diſputationi uulgatæ accommodatam. Quod ſi ueritatẽ inſpicere uelimus, ſpectanda quæ reapſe inſunt, id faciũdum eſt hoc modo. Eſt aliquid profecto quod de alio dicitur non improprie & quouis modo: uerbi cauſa, aliquid album dicimus hominem interdũ, aliter atque ſi diceremus, hominem album. Homo quidẽ, ut nihil aliud ſubijcias, eſt albus: aliquid albũ dicitur homo, quia accidit homini ut albus eſſet. Sunt igitur talia nonnulla quæ per ſe enunciantur. Sit igitur c eiuſmodi, ut iam de alio nullo dicatur, in eo b ſit primo, ne ſit aliud intermedium: in e ſit f deinceps, & f in b: utrum neceſſe eſt tãdem conſiſtere, an hoc extrahitur in immenſum? Contra, ſi de a nihil dicitur per ſe, & a inſit in h primo, & in nullo medio priori: ſi g ſit h, & h b, utrum id tandem neceſſe eſt conſiſtere, an uerò pergere ſine ullo fine? Hoc à priore differt quæſtionis genus, quod prius quærit an initio ducto ab eo quod de alio nullo dicitur, ſed aliud de ipſo, poſſimus in altum progredi ſine fine? Secũdum uerò an neceſſe ſit eum qui cepit initium ab eo quod de alio dicitur, de ipſo non aliud, ſequi inferiora, adeò ut non reperiat ubi tandẽ ſiſtat? Præterea quæri poteſt, an definitis duobus extremis intermedia ſint infinita? uerbi gratia, ſi c ſit a, b medium, b & a habeant alia intermedia, & hæc alia, utrũ poſſint hæc protrahi in immenſum, an uerò id fieri nõ poteſt? Hoc quidem poſſumus idem inſpicere ſic, an demonſtrationes perducantur in infinitum? & ſi omnium rerum demonſtratio eſt, an concludantur ita ut altera alteram demonſtret? Eadem quærere poſſum in argumẽtationibus enunciationibus q; tol-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*lentibus, ut si a in nullo b est, an primo? an separato ab eo? quia sit aliquid intermedium in quo priore non inest: ut si omne b sit g, atq; etiam aliud prius eo, ut sit h cui g omni insit. In his uerò an infinita sunt media, in quibus ordine prioribus non inest, an tandem statur? Eorum quæ reciprocantur, non similis est ratio. In ijs enim quæ retro commeant, nihil est de quo primo aut ultimo dicatur aliud. Omnia ad omnia retroaguntur eodẽ modo, siue sint infinita quæ de subiecto enũciantur, siue utrunque sit infinitum quod uenit in dubitationem, nisi forte dissimilis est reciprocatio: quia unum de altero dicitur naturaliter, alterum cõtra ordinem naturæ. Quæ intermedia sunt, infinita non esse quisque uidere potest, si sursum & deorsum uersus consistũt tandem enunciationes. Sursum uersus dico rationem enunciandi, quod ad supremum genus propius accedit: deorsum uersus, quod uergit ad partẽ. Si enim quum a de f enunciatur, infinita sunt media, quæ dicantur b: perspicuum est id fore, ut ab a deorsum uersus, alterum de altero dicatur nullo fine designato: quia antequam ueniatur ad f, infinita sunt media: & ab f sursum uersus infinita, antequã perueniatur ad a: quæ si absurda sunt & inaudita, inter a & f infinita esse nequeunt interualla. Id nullius est momẽti, si quis dicat ex a b c, nonnulla esse tam finitima, ut nihil medium possit intercipi, nõnulla ita deuincta ut intermedia intercipere non possis: quia quod assumpsero medium ex ijs quæ b nominaui, aut a uersus aut f, eritne iunctũ cum medijs infinitis, an non? Vnde primum ducant initium infinita, cõtinuóne, an interiecto medio, nihil refert: quia quæ sequuntur, infinita sunt. Nec est dubium quin tandem standum sit in demonstratione quæ negat, si in ea quæ cõfirmat,*

*statur*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſtatur utrãque partem uerſus. Detur hoc ut nõ liceat ab imo ſurſum uerſus ſine modo progredi in affirmãdo: (imum dico quod in alio nullo ineſt, quum ſit aliud in eo, ut f) detur & hoc, ut à primo ad nouiſſimum deuenire non liceat per innumerabilia media. Primum uoco quod de alio dicitur, ita ut non ſubiiciatur. Hæc ſi ita ſunt, nemini dubium eſt, quin ſtandum ſit in demonſtratione quæ negat. Nam tribus modis aliquid in altero non eſſe cõmonſtramus: aut enim omne c eſt b, & nullum b eſt a. Itaq; per b c ac per alterum interuallũ ſem per neceſſe eſt peruenire ad ea quæ medium non habent, propterea q̃ hoc affirmat interuallũ. Alterum quoq; interuallũ eo perueniet, quia ſi alteri priori non ineſt ut d, neceſſe erit ut inſit in omni b: atq; rurſus, ſi non ineſt in alio priore quàm d, opus erit ut illud ſit in omni d. Itaque quoniam uia quæ deorſum uergit, tandem capit finem: ea quoque quæ ducit in altum, modum reperiet, atque erit aliquid cui primo nõ ineſt. Atque etiam ſi omne a b, nullum c b, nullum c eſt a. Id ſi iterum demonſtrandũ eſt, aut profecto cõmonſtrabitur per primam formam, aut per hanc, aut per tertiam. Prima iam declarata, ſecunda exponetur hoc modo: ut omne b eſſe d, nullum c d, ſi neceſſe eſt aliquid ineſſe in b: ac contra, ſi b in c nõ erit, aliud in d eſt, quod in c non eſt. Itaque quoniam affirmatio ſemper conſiſtit in aſcendendo, conſiſtet etiam negatio. Tertia forma eſt, ſi omne b a, nullum b c, concluſio non omne c a. Rurſum iſtuc aut ſuperiore utraq; demonſtratione, aut ſimili planum fiet. Duobus illis modis ſtatur, ſi iterum dicetur eo modo e eſſe b, cui non omni c conuenit. Itemque rurſus iſtuc, quia ſtat fundamentum, conſiſtere demonſtrationẽ deueniendo ad ima, ſane conſiſtet negatio quæ ſit in c. Quod ſi quid*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*non una uia commonſtretur, ſed omnibus, interdum prima, interdum ſecunda uel tertia, procul dubio ſtabitur & hoc pacto. Sunt enim certæ uiæ atque definitæ. Quæ autem finita ſunt, ſi numero finito uſurpentur, neceſſario manent finita. Planum fecimus nõ aliter rem capere finem in negatione atque in affirmatione. Affirmationum modum reperiri poſſe ij perſpicue uidere poſſunt, qui rem omni ratione atque diſputatione perquirunt. In ijs quæ de alijs enunciantur, tum quum quidnam ſit aliquid quæritur, certum eſt inueniri finem. Nam ſi definire licet, aut ſi cognoſci poteſt, quídnam ſit id quod explicãdum eſt definitione: ſi infinita quæ ſunt, percurri nequeunt, neceſſe eſt limitibus ea cõprehendi, quæ tum enunciantur, quum quid ſit aliquid inquiritur. Generatim de omni ratione enunciandi, hoc modo diſſerimus. Vere poſſumus dicere, id quod album eſt incedere, illud grande corpus eſſe lignum: ac contra, lignum eſſe magnum, & hominem incedere. Refert autẽ utrum hoc an illo modo loquamur: quia quum dico, iſtuc album lignum eſt, tum dico id cui accidit ut eſſet album, eſſe lignum, non dico album ligno eſſe ſubiectũ. Etenim nec quod eſt album, nec quod eſt ex albis unum, factum eſt lignum: quapropter non ita eſt, niſi quodãmodo præter ordinem naturæ. Quum uerò lignum album eſſe dico, nõ aio quidpiam aliud eſſe candidum, ſed accidiſſe ut candor eſſet in ligno: ut quum muſicum dico eſſe candidum, tum dico hominem eſſe candidum cui accidit ut muſicus eſſet: at lignũ eſt ſubiectum, quod eſt natum, nec aliud eſt quàm lignũ, aut ex lignis aliquid unum. Quod ſi leges ferendæ ſunt & imponenda nomina, dicamus eum qui hoc modo loquitur, enunciare: qui illo genere loquendi utitur, aut minime enunciare,*

*aut non*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*aut non ſimpliciter enunciare, ſed improprie & ſine ordine naturæ. Sit id quod enunciatur ut album, id de quo dicitur ut lignum, atque ſubiiciatur hoc ueluti fundamentũ, id quod enunciatur, deeo ſemper enunciari de quo dicitur, non præpoſtere ut ſors tulit, ſed ex ordine: ſic enim demonſtrationes hoc illud eſſe demõſtrant. Itaque ſi unum de uno enuncietur, aut ſubſtantia deſignabitur, aut qualitas, aut quantitas, aut cõparatio relatorum, aut aliquid agens, aut patiens, aut ratio temporis, aut loci. Præterea quæ ſubſtantiam ſignificãt, idem ſignificant quod illud, aut quod illud quidpiam certũ de quo enunciantur. Quæ ſubſtantiam non ſignificãt, ſed de aliquo ſubiecto dicuntur, accidentia ſunt, quæ neque deſignãt idem quod illud ſubiectum, nec idem quod illud quidpiam certum, ut de homine dicitur album. Non enim eſt homo quod albũ, nec idem quod album quiddam, ſed animal ſortaſſe, quia eſt homo quod animal. Quæ ſubſtantiam nõ ſignificant, debent de aliquo ſubiecto enunciari, nec eſſe neceſſe eſt aliquid album, quod nihil aliud ſit quàm album. Valeant illæ ſpecies quæ ideæ nominantur: ſunt enim uelut proluſiones quædã uanæ: quæ ſi ſunt, ad hanc diſputationem non pertinent, quia demonſtrationes tales ſunt quales hic explicamus rationes enunciandi. Præterea ſi hæc nõ eſt qualitas huius & illa illius, nõ erit qualitas qualitatis: non poſſunt hoc modo retro cõmeare in enunciando. Vere dici poſſunt quidẽ, ſed uiciſſim dici minime poſſũt uere: aut ut ſubſtãtia dicẽtur, aut accidentia ut ſubſtãtia, ſi genus eſſet aut differẽtia eius quod enunciatur. Oſtendimus autẽ hæc non eſſe infinita, neque ſurſum uerſus, neque deorſum, ut homo bipes, bipes animal, animal aliud quidpiam: nec eſt infinita progreſſio, quũ animal dicitur*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*de homine, homo de Callia, Callias de alio in ſignificanda ſubſtantia. Omnem eiuſmodi ſubſtantiam definire certiſque finibus complecti poſſumus: infinita uero percurrere non poteſt is qui intelligit quæ pertineant ad definitionẽ: quamobrem neq; ſurſum uerſus, neq; deorſum infinita ſunt. Eam quidem ſubſtantiam nemo definire poteſt, de qua enunciantur infinita. Ac ut genera non dicentur unum de altero, quia eſſent idem quod eſt ipſa res ſubiecta. Non etiam qualitas aliqua, aut alia categoria dicetur de accidente, niſi præter ordinem naturæ. Hæc omnia ſunt accidentia, atque de ſubſtãtijs enunciantur: atque perſpici poteſt non eſſe infinita quæ ſurſum uerſus eunt, quia de unoquoque dicitur id quod ſignificat aut qualitatem, aut quantitatem, aut aliud eiuſmodi, aut ſubſtantiam. Hæc autem certis finibus incluſa, finitáque ſunt categoriarũ genera: aut enim qualitas eſt, aut quantitas, aut comparatio relatorũ, aut actio, aut patiendi affectio, aut deſignatio loci temporiſue. Propoſitum nobis eſt, unum de uno enunciari: proponatur & hoc, ea quæ ſubſtantiam non ſignificant ipſa, de cæteris eiuſdem ordinis nequaquã enunciari. Non enim omnia ſunt accidentia, ſed aliqua per ſe inſunt, aliqua non item. Ea uero omnia de quopiam ſubiecto enunciari dicimus, accidens non eſſe ſubiectum: quia nihil eorum ſtatuimus eſſe, quæ non poſſunt conſiſtere, niſi aliud ſit in quo dicantur eſſe: ſed unum de alio dicitur, alia quædam de alio: unum igitur de uno continuẽ, neq; ſurſum uerſus neq; deorſum dicetur. Subſtantiæ ſunt de quibus accidentia dicuntur. Subſtantiæ minime ſunt infinitæ. Nec ſubſtantiæ, nec accidentia ſurſum uerſus infinita. Neceſſe eſt igitur aliquid eſſe de quo primum quiddam enũciatur, ac de eo quidpiam aliud, ac*

*ita*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ita rem consistere, & esse quiddam quod neque iam de alio priore, nec aliud prius de eo dicitur.* Hoc *quidem genus est unum demonstrationis.* Est *aliud etiam. Si est eorum demonstratio de quibus alia quædam priora dicuntur, si ad ea quorum est demonstratio, nemo potest affectus esse melius quàm si sciat: nec scire potest sine demonstratione, si hoc per illa plane fit, illa uero nescimus: nec melius ad ea sumus affecti q̃ si sciamus, illud quoque nesciemus, quod ex ijs ostenditur. Si quid igitur scire possumus per demonstrationem simpliciter, non ex quibusdã & conditione accepta, necesse est tandem cõsistere intermedias enũciationes: quia si nunquã finem capiũt, at semper est aliquid ultra, sumpto eo quod superius est, erit omnium rerum demonstratio.* Itaque *si infinita quæ sunt percurrere nõ possumus, ea quorum demonstratio est, nesciemus ex demonstratione. Quod si ad ea non sumus affecti melius quàm si sciamus, non possumus scire perfecte ex demonstratione, sed accepta conditione.* Ex *ijs quæ diximus eorum more qui ratiocinantur, fides fieri potest eius rei de qua agebamus.* Breuius *autem uia demonstrandi planum faciemus, in scientijs demonstrantibus, quarũ est instituta disputatio, neq; sursum uersus neq; deorsum esse posse infinita quæ enuncian tur.* Est *enim demõstratio eorũ quæ per se rebus insunt.* Duobus *autem modis alia in alijs insunt: nempe & ea quæ sunt in eorũ substantia, & accidentia in quorũ definitione subiecta ponũtur, ut impar in numero per se inest: quia in eius definitione numerus est, atq; etiã multitudo, aut dimidiũ est in numeri definitione.* Horum *neutrũ genus est infinitum, nõ illud in quo de numero dicitur impar. Nã si rursus aliud sit in impari, in cuius definitione sit impar, si hoc inquã est, primũ*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*numerus erit in eo. Quod ſi non poſſunt accidentia eiuſmodi infinita in uno reperiri, nõ erunt tum ſine modo, quum ſurſum uerſus procurret demõſtratio. At uero neceſſe eſt omnia primo ut numero, & ijs numerum conuenire: itaque reciprocabuntur, nõ excurrent latius.* Nec etiam *quæ ſunt in ſubſtantia rei, ſuperant omnem numerum, quia ſi id eſſet, nemo quicquam definire poſſet. Quapropter ſi quæ enunciantur in demonſtratione per ſe dicuntur omnia, & ea non ſunt infinita, tandem conſiſtent ea quæ tendunt in altũ, atque ea de cauſa quæ uergunt in imum. Quod ſi ita eſt, ſemper erunt finita, quæ ſita ſunt inter duo extrema. Id ſi ita eſt, iam planum factum eſt, eſſe neceſſe ut ſint principia demonſtrationum, ac ut omnia demõſtrare nemo poſsit: id quod fieri poſſe dictitabant nonnulli, uti principio dicebamus. Si principia ſunt, non omnia demonſtrari queunt, nec fieri poteſt ut demonſtratio procurrat ſine fine. Statuere utrũuis eorum nihil eſt aliud quàm nullũ relinquere interuallũ proximum, nullaq; remedia ſegregatũ. Sed hoc qui ſtatuit, omnia ſeparat atq; diſtinguit: quia quod demonſtratur, non aſſumpto extrinſecus extremo, ſed interiecto demõſtratur. Hoc igitur ſi prorepat ſine modo, accidet ut duorum extremorum media ſint infinita: id uerò fieri non poteſt, ſi enunciationes tandẽ conſiſtunt & ſurſum & deorſum uerſus. At eas tandẽ conſiſtere demonſtratũ prius eſt more dialecticorum, & nunc more eorum qui demonſtratione nituntur. Hæc ubi commonſtrata ſunt, perſpici poteſt, ſi quid idem duobus inſit, ut a in c & in d, non ita ut alterum de altero nequaquam dici queat: aut ſi ex aliqua parte, non tamen omni queat, fore ut cohæreant ac copulentur, aliquando ut non ſemper opus ſit medio communi: ut*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ni: ut opus est quum triangulus ex duabus lineis paribus, aut omnibus imparibus dicitur habere treis angulos pares duobus rectis. Id quidem habet quia est forma quædam, non quia aliud est. Non semper ita res est. Esto b, quo interueniente a erit in c d, sane b erit in c & in d, intercurrente alio communi uinculo, & illud cohærebit alio nectente, ac ita inter extrema duo cadent infinita nomina, id quod fieri nullo modo potest. Non igitur est necesse semper idem conuenire pluribus, uinciente quodam medio communi, quandoquidem erunt interualla nullo medio distincta. In eodem igitur genere ex ijsdē proxime cohærentibus assumenda sunt extrema, si quid erit commune eorum quæ per se insunt. Nam dicebamus ea quæ demonstrantur, non transferri ex alio genere in genus. Si b est a & aliquid medium est interiectum, non est dubium quin demonstrare possimus b esse a. Eius demōstrationis elemēta sunt ea, quæ media totidémq; sunt quot media. Enūciationes enim medio uacantes elementa sunt, aut omnes, aut quæ totum pronunciant. Si nihil est intermediū, nulla iam demōstratio, sed hæc est uia quæ ducit ad principia. Est eadem ratio si b non est a: quia si quid est aut medium, aut prius cui non inest, demonstratio fieri potest: id si non est, non potest. Porro autem principia & elementa totidem sunt quot extrema: pronunciata ex his cōfecta, sunt principia demonstrationis. Ac ut principia quædam nequeunt demonstrari, quæ aiunt hoc esse illud, & illud hoc esse: ita quæ negant hoc illud esse, & illud hoc esse. Sunt igitur principia alia quæ confirmant, alia quæ negant. Si quid est demonstrandum, debet assumi quod primum de b dicitur, sit c: & de c similiter dicatur a. Qui semper hanc sequetur



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

uiam, nunquã incidet in pronunciatum, in quo medium latius euagetur. Nec in demonſtrando ſumitur quod pertinet ad a, ſed mediũ ſemper augetur, quoad peruentũ ſit ad indiuidua & ad unum. Ad unum peruentũ eſt, quũ repertum quod medio uacat, quũ una eſt enũciatio & ſimplex, nec ullo deuĩcta medio. Vt in alijs rebus ſimplex eſt principiũ, non idem tamen ubiq;, ſed in põdere mina, in cõcentu dieſis, aliud in alia re: ita principium in ratiocinatione eſt unum, nempe pronunciatum ex partibus proxime cohærentibus: in demõſtratione & ſcientia mens. In demõſtrationibus igitur affirmantibus nihil extra cadit. In negantibus illic, id eſt in figura prima, nihil extra cadit eius quod enunciatur, ut ſi b non eſſe a quiſpiam per c demonſtret: ut ſi omne b c, nullum c a dicat. Si iterum demonſtrandum ſit, nullum c a, ſumendum eſt medium quod coniungat a & c. hoc modo perget ſemper, qui ad ſumma contendet. Si demonſtrandum eſt e non eſſe d, quia omne d c, nullum e c, aut non omne e c, extremum e non extra cadet, hoc eſt cui d non debet conuenire. In tertia forma neque extremum à quo tollendum eſt aliud, neque quod tollendum, egredietur unquam. Ex demõſtrationibus quũ alia totum complectatur, alia partem, alia confirmet, alia neget, quæſtio eſt utra ſit potior. Itémque dubitatio exoritur, de ea quæ aliquid commonſtrare dicitur, & ea quæ perducit ad id quod eſſe non poteſt. Primum uideamus utra præſtantior, an quæ totum, an quæ partẽ conficit. hoc ubi planum fecerimus, de ratione commonſtrante uerum, & alia ratione ad falſum perducente dicemus. Ac fortaſſe quæ partem tantummodo demonſtrat, eſſe potior uidebitur quibuſdã rem perquirentibus hoc modo: Si potior eſt ea demonſtratio

quæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*quæ certiorem parit nobis scientiã: (hæc enim uirtus est demonstrationis) certiorẽ autem parit, quæ demonstrat quanque rem per se, quàm quæ per aliud: ut quæ demõstrat quẽdam musicum esse Curiscum, quàm quæ hominem musicum. itemq; cæteræ generis eiusdem. Vniuersa uerò demonstratio ostendit aliud esse, non idipsum quod est: ut triangulum qui ex duabus lineis paribus cõstat, habere duos angulos rectos, non quia est ἰσοσκελὴς, sed quia triangulus est: si demonstratio partis ostendit id de quo agitur non aliud, ac melior est quæ rem propius ostendit, ut ea quæ adhibetur parti, potior quidem certe erit quæ partem, quàm quæ totum pronunciabit. Præterea si genus nihil aliud est quàm res singulæ: demonstratio autẽ generalis gignit opinionẽ rei quæ sit, & in qua demonstranda uersatur, & ait esse quandam eiusmodi naturam in rebus, ut eam quæ est trianguli præter singulos triãgulos, formæ præter singulas formas, numeri præter singulos numeros, melior est demonstratio rei quæ est, quàm eius quæ minime est: & ea quæ nõ fallit, quàm quæ fallit, uti demonstratio generis. Nam gradatim ascendẽtes genus ostendunt, ut quum agitur de proportionũ cõparatione, ut quum geometræ dicunt, si quid sit generis eiusdem, seruabit proportionẽ, quasi aliquid sit in ea proportione præter lineam, numerum, solidum corpus & planum. Si demonstratio generalis eo magis accedit, atque ea minus uersatur in eo quod est, quàm propria partium singularum, si falsam parit opinionẽ, deterior erit quàm quæ uersatur in partibus. Primum nihilo magis ratio altera labefactat demõstrationem generalem, quàm minus communem. Nam si triangulus qui duos pedes habet pares, continet treis angulos pares duobus rectis, non*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quia pedes impares habet, sed quia triangulus est, qui nouit illum, minus nouit quàm qui nouit esse triangulum. Atque si quis nouit illam formã duos habere angulos rectos, non quia triangulus est, ac postea demonstret, non erit demõstratio: si nouit, quia triangulus est, qui scit quanq; rem, ut est, potiorẽ tenet scientiã. Quod si latius patet triangulus, eademq; ratio seruatur in genere quæ fuit in specie: quia triangulus omnis sine ulla mutatione rationis habet treis angulos rectos, nõ eos habebit triãgulus, quia sit ἰσοσκελὴς, sed contra. Quare qui generatim nouit, rem melius scit & illius uim, quàm qui tantummodo scit partẽ: quapropter potior est demõstratio quæ genus ostendit, quàm quæ partem. Iam si genus est ratio quædam, nõ autem ratio diuersa, atque sola communitas nominis, non erit minus quàm partes, imò uero tanto magis consistet, quanto res constantiores minusq; caducas continet, pars uerò magis fluxas. Præterea nihil est necesse existimare genus aliquid esse præter suas parteis, quia aliquid unum significant, nõ est inquam necesse magis, quàm in alijs quæ non significant substantiam quandam, sed aut qualitatẽ aut comparationem cum aliquo, aut actionem. Si quis igitur id existimat, causa non est demõstratio, sed auditor. Adde, q si demonstratio est ratiocinatio cõmonstrans aliquid ex causa & ex rei principio, genus est uerior causa atq; magis princeps: quia cui aliquid inest per se, id illius est causa: genus certe primum: causa igitur, meliorq; est in genere demõstratio, quia propius causam cur aliquid sit ostendit. Præterea semper inquirimus causas, quoad peruentum sit ad genus: tũq; rem scire nos existimamus, quando nihil est aliud quàm genus aut quod sit, aut quod est. Finis enim iam est hoc modo,



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*& extremũ curriculum, ut, cuius rei cauſa uenit? ut acciperet argẽtum. Id accipit, ut reddat: quod debuit, reddit, ne ius uiolet. hoc modo progredimur, ac quũ iam aliud nihil eſt extremum propter ultimã cauſam ut finem, ueniſſe & rem eſſe, & fieri confirmamus, atque tum ſcire nos maxime quam ob cauſam uenerit. Quod ſi eſt eadem ratio cauſarum omniũ, eſt earum quarum ui aliquid efficitur. Quorum cauſæ ſunt ut finis, ea maxime ſcimus. alia ſcimus igitur uel maxime, tum quũ ea propter aliud nõ inſunt. Quũ igitur cognoſcimus angulos externos pares eſſe quatuor rectis, quia eſt ἰσοπλεύρις, eſt etiam quod requiras, nẽpe cur id habeat: habet, quia triangulus eſt: triangulus habet, quia eſt forma rectis lineis cõcluſa: hæc autem ſi non ſpectat ad alium finem, tum certo cognoſcimus, & id uniuerſe, ex quo efficitur demonſtrationem generis eſſe potiorem. Præterea quæ minutius cõciduntur in partes, propius accedunt ad infinita: genus autem ſimplex & certo fine deſignatum. Res qua ratione ſunt infinitæ, nõ cadunt in ſciẽtiam: qua uerò certis limitibus continentur, ſciri poſſunt. Poſſunt igitur ſcientia cõprehendi facilius, quia ſunt genera, q̃ quia ſunt partes. Genera igitur ad demõſtrationem aptiora, aptiorũ potius eſt demonſtratio: quia ſimul ſunt potius ea quæ inter ſe conferuntur. Potior igitur demonſtratio generalis, quia generum potior eſt demõſtratio. Iam ſi magis expetenda demõſtratio, qua rem unam & alterã quiſpiã ſcit, q̃ ea qua unam tantũmodo nouit: & qui cõmunem tenet, ſcit etiã propriam: qui nouit propriam, neſcit cõmunem: generalis certe quidẽ magis expetẽda. Præterea poterit iſtuc hoc modo cõfirmari: Poſſumus genus facilius cognoſcere, quia commonſtratur eo modo quod propius accedit ad principiũ: proxime*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

accedit, id quod nihil habet medium, & hoc quidē principiū. Si igitur potior eſt demonſtratio ex principio, quàm quæ nō oritur ex principio, potior erit quæ propius accedet ad principium, quàm quæ longius diſtabit. Propius accedit generalis, & eo nomine melior atque præſtantior: ut ſi pronūciatū, d eſt a, ſit demonſtrandum, atque media ſint b c, ſuperiusq; ſit b, demonſtratio quæ fiet interueniēte b, generalis erit magis quàm quæ interponet c. Ex argumentationibus quas adduximus, nonnullæ ſunt communes atque uulgares in arte dialecticorum. Demonſtrationē generis eſſe potiorem, hinc maxime perſpici poteſt: quòd ſi prius tenemus pronunciatum, ſcimus quodammodo ſecūdum atque ui quadam tenemus: ut ſi quis nouit omnem triangulū habere treis angulos pares duobus rectis, nouit quodammodo ἰσοσκελὲς duos habere rectos, tametſi neſcit ἰσοσκελὲς eſſe triangulum. Qui uerò tenet hoc pronunciatum, duos habet rectos ἰσοσκελὲς, nequaquam ſcit uniuerſum genus, neque ui quadam, neque notione præſenti. Adde, quòd demonſtratio generalis cadit in mētem, propria in ſenſum. Hactenus oſtendimus uniuerſam demōſtrationem & communem propria eſſe potiorem. Affirmantē eſſe negāti anteponendam hinc perſpici poteſt: Sit ea demonſtratio potior (ut cætera ſuppetant, eadem) quæ conficitur ex pauciori-bus poſtulatis, aut conditionibus latis aut pronūciatis. Nam ſi enunciationes ſunt æque notæ, ex paucioribus celerior atque breuior ducetur cognitio: id autem magis expetendum. Ratio cur hoc pronunciatum ſit uerum, potior eſt demōſtratio quæ conficitur ex prioribus, hæc eſt in ſumma: Si accidat ut æque notæ ſint media, priora atque pauciora ſunt notiora. Sit demonſtratio quæ oſtēdat e eſſe a per media b c d, altera

quæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*quæ commõſtret d eſſe a per f g: tam d eſt a, quàm e eſt a. Sed d eſt a, prior eſt oratio atque notior quàm e eſt a, quia hæc per illam demonſtratur.* Credibilius autem id quod adhibetur *ad faciendam alterius fidem.* Ex *paucioribus igitur demonſtratio potior, ut cætera ſuppetant eadem.* Vtrunque genus *demonſtrãdi, & quod affirmat, & quod negat, ex tribus extremis & pronunciatis efficit quod uult, ſed una pronunciat aliquid eſſe, altera & aliquid eſſe & nõ eſſe: hæc igitur ex pluribus conſtat, & eã ob cauſam deterior: atque eo deterior eſt etiã, ꝙ ex duobus pronunciatis negantibus nõ poteſt effici concluſio, ſed eſt neceſſe ut una tollat aliquid, altera cõfirmet.* Præterea *animaduertendum eſt affirmantia pronunciata, quum demõſtratio creſcit, neceſſario fieri plura: negãtia non poſſe eſſe plura, ſed unum tantum in ſingulis argumẽtationibus.* Nullum *b ſit a, omne c ſit b: ſi iterum pronũciata ſint augenda, interponendũ eſt medium: pronunciati a b medium ſit d, pronunciati b c medium ſit e.* E *certe quidẽ affirmabit, d affirmabit coniunctum cum b, negabit coniunctum cum a: quia omne d b, nullum d a eſſe debet. Eſt igitur una modo quæ negat enunciatio.* Cæterę *argumẽtationes eodem modo creſcunt: ſemper enim medium extremorum confirmãtium confirmat, quando cũ duobus extremis coniungitur: extremi negãtis medium neceſſario negat cum altera parte cõiunctum.* Vna *eſt igitur modo enunciatio quæ negat, cæteræ confirmant. Si pronunciatum quo demonſtratur aliud, notius eſt atque probabilius, & quod negat demonſtratur per id quod affirmat, non item contra, præſtantius eſt quod affirmat, ut pote quod prius eſt notius probabiliúſque.* Præterea *ſi principium ratiocinationis eſt pronũciatum uniuerſum &*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

generale medio uacans, quod affirmat in argumẽtatione cõfirmante, negat in negante: si quod affirmat, prius est atque notius eo quod negat, quandoquidem negatio perspicua fit luce affirmationis quæ prior est, ut prius id quod est eo quod non est: profectò melius est principium demonstrationis eius quæ confirmat, quàm eius quæ negat: melior autem quæ melioribus utitur principijs. Adde quòd affirmatio maiorẽ obtinet principatum, quia nõ est negatio sine affirmatione aliquid commonstrante. Quia præstantior est demonstratio quæ confirmat, quàm quæ negat, nõ est dubium quin sit potior ea ratione quæ perducit ad incommodum: cognoscẽda est earum differentia. Nullum b sit a, omne c sit b: necessario afferetur conclusio, nullum c a. Extremis hoc modo sumptis commonstrabit aliquid ueri quæ negat demonstratio, nempe c non esse a. Ea quæ perducit ad incommodum est huiusmodi: Si demõstrandum esset b nõ esse a, assumendum b esse a, & c b.: hinc efficietur conclusio c a, quæ sine dubitatione etiam consensu aduersarij non potest esse uera. B igitur non potest esse a. Quod si consentiat, concedátque c esse b, non potest b esse a: extrema enim collocantur eodem modo. Refert autem utra sit notior enunciatio quæ negat, an quæ ait b non esse a, an quæ pronunciat c non esse a. Quum fuerit notior conclusio quæ negat c esse a, demonstratio efficietur, quæ eo rem perducat quo non sinit ueritas: si negatio sit notior in antecedentibus, demonstratio uerum commonstrabit. Natura prior est enunciatio b a, quàm c a: quia priora sunt cõclusione ex quibus efficitur conclusio: est autem conclusio nullum c a, nullum b a pronunciatum ex quo ducitur ea conclusio. Non enim si quid tollatur, illud statim pro conclusione est habendum: &

illa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*illa quæ tollunt, continuo pro antecedentibus habenda. Sed id unde perficitur conclusio talis est quale totum cum parte, aut pars cum toto comparata: at ā b & ā c pronũciata, non ita inter se affecta sunt. Si igitur demõstratio potior est, quæ ex notioribus prioribúsque peragit conclusionem, si utraque ratio argumentandi fidem facit rei quæ non est, sed una ex eo quod prius est, altera ex eo quod posterius, melior plane demonstratio quæ tollit id quod est tollẽdum, quàm quæ perducit ad incommodum. Hac autem si melior est quæ aliquid affirmat, non est dubium quin sit multo præstantior, quàm quæ concludit aliquid absurdũ. Subtilior est, accuratior, priorq; scientia una quàm altera, ut quæ eadẽ simul & esse rem, & cur sit, ostendit: non item seperatim præstantior est cognitio, qua scimus esse rem, quàm qua scimus cur ea sit. Potior quoq; ea quæ non in ijs uersatur quæ cadũt in sensum, quàm quæ uersatur in eiusmodi subiectis, ut arithmetica subtilior quàm scientia modulandi. Ac ea maioris est cõtemplationis quæ simplicior, quàm quæ aliquid aliud adiungit, ut arithmetica subtilior quàm geometria: adiungit exempli gratia geometria puncto substantiæ situm: nullum situm substãtiæ unitati adiungit scientia numerandi. Vna scientia est habenda eorum quæ constant ex principijs generis eiusdẽ, & quorum partes siue affectiones per se sunt. Scientia differt ab altera, quæ nõ habet eadem principia, nec proficiscitur ex aliarum principijs unà cũ ea. Ea res tum indicabitur, quum peruentum fuerit ad ea quæ iam nequeunt demonstrari: debent enim esse in eodem genere, in quo sunt ea quæ demonstrantur. Si quæ demonstrantur ex principijs, sint eiusdem generis, & affinia inter se, principia indicabunt. Eiusdem rei plu-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*res esse possunt demonstrationes, ut etiã qui demonstrat, non assumat medium continuum ex eadem serie & categoria, ut si inter a b media statuat c d f: sed si ex altero ordine medium adsciscat, ut a ponatur pro eo quod est mutari, d mouẽri, b uoluptate affici, g sedari, atque ex motu in quietem redigi, uere d dicitur de b, & a de d. Nam mouetur qui uoluptate afficitur: & quod mouetur, id mutatur. Rursus a dicitur de g, & g de b. Quicunque uoluptatem capit, accedit ad finem motus: & qui tendit ad finem motus, is mutatur. ducitur ergo ratiocinatio ex medijs alienis, non ex eadem serie, non ita tamen ut neutrum de altero dicatur medium: debet enim utrũque eidem conuenire. Videndum & illud est, quot modis in alijs formis eiusdem rei demonstratio effici possit. Porrò autem rei fortuitæ scientiam nullam parit demonstratio: quia neque necessarium, neque frequens id quod accidit temeritate fortunæ, sed est quod fit sine ulla necessitate, & sine consuetudine: at demonstratio est alterius harum, quia omnis argumentatio conficitur ex pronunciatis aut necessarijs, aut ad uerum propensioribus. Quod si pronunciata sunt necessaria, conclusio necessaria est: si id significant quod euenit plerunq;, conclusio est generis eiusdem. quare si quod accidit forte fortuna, neq; frequens est, neq; necessarium, nulla erit eius demonstratio. Nulla quoque scientia sensu cõparari potest. Sensus perciperet rerũ qualitatẽ, nõ unum quidpiam tantũ, si per eum scientia introduceretur. At necesse est unum quidpiã sensu percipi certo in loco, tẽpore præsenti. Genus & id quod omniũ partium commune est, nullo sensu percipi potest. Nõ enim est aliquid unũ cadens in sensum, nec aliquid quod in præsentia tantũ sentiri queat: quia nõ esset hoc modo*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*do genus, quandoquidem dicimus id esse genus, quod semper & ubiq; cognosci potest. Quum igitur demõstrationes cõstẽt ex genere uniuerso quod nullo sensu percipi potest, perspicuũ est scientiam sensu minime cõparari. Quinetiã certum est, si uidere possemus triangulũ habere treis angulos pares duobus rectis, quæreremus tamen demonstrationem, nec eius rei scientiam, ut nonnulli dicunt, haberemus. Necesse est enim ut singulas parteis percipiat sensus. Scientia porro ex generis cognitione comparatur. Quapropter si in luna sedentes uideremus terram intercludentem solis aspectum, non intelligeremus causam defectionis. Sensu perciperemus eam lumine destitui, causam prorsus non intelligeremus, quoniam uti dicebamus, non est generis sensus: attamen si uideremus id frequenter accidere, uniuersum genus uenati demonstrationem haberemus: nam ex multis partibus genus planum fit. Genus precioſum propterea quòd ostendit causam: itaque in generibus cognoscendi præstãtior est notio mentis q̃ sensuũ, dignioŕque est cognitione rerum quarũ est alia causa. Principiorũ est ratio diuersa. Planũ fecimus nihil eorũ quæ cadũt in demonstrationẽ sentiendo sciri posse, nisi si quis dicat sentire idem esse quod ex demõstratione scientiã habere: at sunt quædam quæstiones quæ reuocantur ad sensus defectionem. Nam si quædã uideremus, nõ ut dubia quæremus: nõ quæreremus sane, non q̃ ea sciamus uidendo, sed q̃ intuendo percipiamus totum genus: ut si uideremus tenues rimas uitri, & lumen penetrans, non dubitaremus cur lumen admittat: quia uideremus istuc separatim in unoquoque uitro, & simul intelligeremus ab omnibus eiusmodi corporibus sic lumen admitti. Porro autem fieri non potest, ut eadem sint omnium*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ratiocinationum principia: id planum fiet primum communiter inueſtigantibus. Aliæ ratiocinationes ueræ, aliæ falſæ. Tametſi licet ex falſis uerum colligere, id tamen ſemel accidit, ut ſi a de c uere dicatur, b medium falſo: nec enim b eſt a, nec c b, at ſi eorum pronunciatorum media ſumantur, erunt falſa quæ ſequentur, quia omnis concluſio falſa efficitur ex falſis. Vera colliguntur ex ueris. Alia autem ſunt uera & alia falſa. Deinde falſa non manant ex ijsdem principijs. Sunt enim falſa inter ſe contraria, & repugnantia quæ ſimul eſſe non poſſunt: ut ſi dicas iuſtitiam eſſe iniuſtitiam uel ignauiam, hominem equum uel bouem, par eſſe uel maius uel minus. Ex ijs de quibus eſt inſtituta diſputatio, oſtendi poteſt eadem res hoc modo. Non omnium quæ uera ſunt, habentur eadem principia. Alia uariaque ſunt rerum differentium genere principia, neque cohærentia: ut unitates & puncta diſſentiunt, quia illæ non habent ſitum, hæc habent. Neceſſe eſt autem principia aut ad media cohærere, aut ſurſum uerſus, aut deorſum: aut alia extrema habere interiora, alia externa. Sed ne communium quidem principiorum quædam reperias, ex quibus omnia demonſtrari queant. Communia dico, ut de quaque re dicitur affirmatio uel negatio. Etenim genera rerum uaria ſunt, alia ad quantitates ſolas, alia ad qualitates pertinent, quibuscum iunguntur principia in demonſtrationibus. Præterea principia non ſunt multo pauciora, quàm concluſiones. Principia ſunt enunciationes. Enunciationes efficiuntur aut aſſumpto extremo uel interiecto. Adde quòd cõcluſiones ſunt infinitæ, extrema finita. Iam principia alia neceſſaria, alia contingentia. Qui rem hoc modo perquirunt, uident fieri non poſſe, ut*

*eadem*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*eadem principia ſint finita concluſionum, quæ nullo numero comprehendi queunt. Si quis dicat alio quodãmodo principia eadem dici, ut eadem quæ ſunt geometriæ, eadem quæ numerorũ, eadem quæ medicinæ, quid aliud dicet q̃ eſſe principia ſcientiarũ? Eadem uero ſi dicat, q̃ eadem inter ſe ſunt eadem, id ſit ridiculum. hoc modo omnia ſunt eadẽ. Nec uerò ex omnibus demõſtrare quãlibet concluſionem, eſt inueſtigare eadem omniũ rerum principia: id quidẽ eſt hominis admodũ ſtolidi. Id neque fit in diſciplinis euidentibus, nec fieri poteſt in partitione quæ dicitur analyſis. Pronunciatã medio uacantia ſunt principia: at ſumpto pronũciato ſine ullo medio, alia efficitur concluſio. Quod ſi quis dicat prima pronunciata nullo medio deuincta, eadẽ eſſe principia, ſciat unũ in quoq; genere eſſe. Si nec ex omnibus ita quidlibet demonſtrandum, nec ita ſunt uaria principia, ut cuiuſq; ſcientiæ ſint alia, relinquitur ut cognata ſint omniũ principia. Sed ex his iſta, ex illis illa commonſtrentur: ne id quidem fieri poſſe perſpici poteſt. Demonſtratum eſt differre genere principia rerum genere differentiũ. Nam principiorũ duo ſunt genera, unum ex quo demonſtrationes efficiũtur, alterum in quo ſcientiæ uerſantur. Ea cõmunia ſunt, ex quibus oriũtur demõſtrationes: illa propria in quibus uerſantur diſciplinæ, ut numerus, magnitudo. Id quod in ſcientiã cadit & ſcientia differt ab opinabili & opinione, quia ſcientia generalis eſt, ac ex neceſſarijs rebus cõſtituta. Id autem quod eſt neceſſarium uariare non poteſt. Sunt res nonnullæ ueræ & quæ ſunt in rerum natura, ſed uariare poſſunt, quarum nullam eſſe ſcientiam ambigit nemo: quia ſi qua eſſet, tam firmæ & ſtabiles eſſent, ut uariare immutariq̃ue non poſſent. Nec etiam mens uariare & incon-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtans eſſe poteſt. Mentẽ dico ſcientiæ principiũ, quæ demonſtrari poteſt. Ea eſt comprehenſio & conceptio enunciationis medio uacantis. Mens autem ſcientia & opinio uera eſt, & id uerum quod ex illis diſſerendo probatur: itaque relinquitur ut opinio in uero uerſetur & in falſo, quæ prodiuia ſint in utrãque partem. Ea eſt comprehenſio pronunciati medio uacantis & minime neceſſarij: id autem eſt conſentaneum rebus ijs quas quiſque ſentit. Nam opinio res infirma, & eiuſdem generis eſt earum natura rerum, quæ cadunt in opinionem. Præterea nemo putat opinari ſe, quando exiſtimat rem non poſſe mutari, ſed credit ſcire ſe: quum uero putat aliquid ita eſſe, ſed aliter eſſe poſſe, nihil prohibet tum quo minus arbitrari dicatur, ut rei parum conſtantis opinio ſit, neceſſariæ ſcientia. Quî fit igitur ut non poſsimus idem opinari & ſcire? quam ob cauſam opinio non eſt ſcientia, ſi quis ſtatuat id omne quod ſcit opinari poſſe? Proſequetur enim rationes hic ſciẽtia, ille opinione fretus, ac feretur per media quoad peruenerit ad ſumma nulloque medio ſeparata? Si igitur ſcit illo modo, ſcit & qui ducitur opinione. Vt enim licet exiſtimare ineſſe rem, ita & cõijcere cur ita ſit, hoc medium eſt. An ſi quis ita uiderit ea quæ uariare non poſſunt, ut definitiones ex quibus demonſtrationes conſtant, non opinionem habebit, at ſcientiam? Ea uero ſi putet eſſe uera, non tamen habere quod habent per ſe, ut ſit in eorum ſubſtantia atque ſpecie, habebit opinionẽ, non ſcientiam ueram qua teneat & eſſe rem, & cauſam cur ea ſit? Si rem teneat per enũciationes medio uacantes, putabit ſe tenere cauſam, alioqui ſolum putabit eſſe rem. Eiuſdem rei non eſt omnino ſcientia & opinio. At ut eſt opinio eiuſdẽ rei uera & falſa quodã-

modo,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

modo, sic est eiusdem opinio & scientia. Atque opinionem eiusdem rei ueram esse atque falsam, ut aiunt quidam, si quis existimet, uult cadere in multa incommoda. Aiunt ipsi, quod quis arbitratur falso, id non arbitrari. Quia uero multis modis dicitur idem, fieri potest ut quodammodo sit eiusdem rei opinio & scientia, fieri potest ut non sit. Existimare lineam mediam quam diametrũ uocant esse uere parem lateri quadrati, est absurdum: sed quia linea media res est eadẽ in qua uersantur opiniones, potest hoc modo in eadem re uersari opinio uera atque falsa: at utrique rei ratio substantiæ diuersa, non eadem. Hoc modo poterit esse eiusdẽ rei scientia & opinio, ut scientia est, hominem esse animal, sic ut aliter accidere non possit: opinio est, hanc orationem in contingentibus haberi. Vt si una pronunciet esse hominis, quod est eius: altera esse hominis quidem, sed addat quod non est eius, est eadem res, nempe homo. sed non est eadem ratio cognoscendi. Ex ijs apparet, neminem posse idem simul scire & opinari. Simul enim putaret eandem rem esse constantem & mutabilem, quod fieri non potest. Vtraque res esse potest in alio genere quod dicitur idem, uti dictum est: sed in eodem esse (ut nunc dicimus) nequaquã potest. Simul enim quispiã putaret, exempli causa, hominem esse animal per se, quod est non posse non animal esse: & nõ esse animal per se, quod est posse animal nõ esse. Vt reliquæ facultates animi distribuendæ sint in intelligentiam & mentẽ, in scientiã & artem, in prudentiã & sapientiam, partim scientiæ naturalis, partim moralis est disputatio, ad hanc minus accommodata. Solertia est acuta coniectura medij tempore repentino, ut si quis cõspicatus lunæ partem lucidam semper ad solem esse conuersam, celeri-



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ter nouerit eius rei cauſam, nempe quòd lumen accipiat à ſole: aut ſi quempiam uiderit agentem cum diuite, nouerit cauſam, nempe mutuari pecuniam: aut intellexerit cur duo ſint amici, ut pote qui ſint unius & eiuſdem inimici. Qui uidit cauſas omneis intermedias, extrema cognouit. Ponatur in ā lucidam partē ad ſolem habere conuerſam, in b lucem capere ab ſole, in c luna: c eſt b, luna illuſtratur à ſole: & b eſt a, pars luminoſa uergit ad ſolem, unde lumen accipit. Cigitur eſt ā interueniente b.*

*Finis primi libri poſteriorum Analiticōrum.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

# ARISTOTELIS POSTERIORVM PARTITIONVM LIB. II.



GENERA *quæstionum sunt totidem numero, quot rerum quarum scientiam cõplectimur. Quatuor utimur generibus quæstionum, an aliquid insit, cur insit, an sit, quid sit. Nam quum quærimus utrũ sit hoc, an illud, usi numero & adiunctione, ut deficiátne sol an non, tum quærimus an insit. Est eius rei signum, ubi comperimus solem pati defectionem, tum quærere desistimus. Quod si initio deficientem uideamus, nõ quærimus an deficiat. Quum uidemus aliquid inesse, cur insit quærimus: uerbi causa, posteaquã nouimus deficere solem, atq; moueri terram, inuestigamus cur ille deficiat, aut hæc moueatur. Hæc perquirimus hoc pacto, alia quædam alio modo, ut sit nécne Centaurus aut Deus? Hanc quæstionem, sit nécne, sine ulla adiunctione propono, non ita, albus ne sit an non. Vbi nouimus esse rem, quídnam sit indagamus: ut quid sit Deus, aut quid sit homo. Hæc ratio & hic numerus eorũ, quæ inquirimus, & inuẽta scimus. Quum percontamur an res insit, aut an sit simpliciter, hoc quærimus, sit ne mediũ eius an non. Quum uero exquirimus cur sit aut quid sit, hoc petimus, quod sit medium. Vtor quæstione an insit, in partium coniunctione: an sit, in re simplici. In partium cõiunctione, ut deficitne luna an augetur? In eiusmodi rebus inquirimus, an insit quid in aliquo, an non. In re simplici, ut an sit luna, aut nox, an uero nõ sit? In omnibus igitur quæstionibus inuestigatur aut an sit medium, aut quid sit medium. Est enim causa mediũ. In omni genere quæstionũ*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

medium quæritur: deficítne? hoc eſt, aliquá ne cauſa deficiendi an uero nulla? Deinde ubi nouimus eſſe cauſam, quæ ſit ea perquirimus. Aut enim indagamus cauſam qua res ſit, nõ hoc aut illud, ſed ſine ulla adiunctione quærimus ſubſtantiam, aut adiungimus aliquid, an inſit ei aliud aut per ſe, aut accidentium more. Hoc dico, ſimplicẽ quæſtionem pertinere ad ſubiectum, ut lunam, aut terram, aut ſolem, aut triangulum. Compoſitam uero aliquid adiungere, ut defectionẽ, æqualitatem, inæqualitatem, utrum ſit in medio an non. In omnibus his idem ualet quæſtio, cur aliquid ſit, & quid ſit, defectio quid eſt? priuatio luminis quam patitur luna interludente terra. Quam ob cauſam eſt defectio? aut quãobrem deficit luna? quia lux ei deeſt intercludẽte terra. Cõcentus quid eſt? ratio numerorũ in acuta uoce & graui. Quare uox acuta graui reſpondet? quia acuta & grauis habent numerorũ proportionem. Vtrum acuta atque grauis concordes eſſe poſſunt? an in numeris eſt earum uis & ratio? Vbi animaduertimus ineſſe concentum, atque rationẽ, quid ſit ea ratio perquirimus. Inueſtigari mediũ oſtendunt ea quorum mediũ cadit in ſenſum. Inueſtigamus enim quando rem ſenſu nõ percepimus, ut an defectio ſit an nõ. Si eſſemus in luna, nõ quæreremus an eſſet, & cur eſſet: ſed utrunq; ſimul appareret. Nam dicebamus ex ſenſu naſci cognitionem generis. Senſus indicat à terra nunc lumen intercipi. Etenim perſpicue uidet lunã nunc luce deſtitui. Ex ea cognitione diximus oriri ſcientiam generis: itaq; uerũ quod dicimus, ſcire quid ſit nõ aliud eſſe q̃ ſcire cur ſit. Hoc autẽ quæritur aut ſimpliciter, nec adiungitur aliquid eorũ quæ rei inſunt: aut aliquid additur eorum quæ inſunt, ut quum dicuntur eſſe duo anguli recti in trian-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*triangulo, aut quum aliquid maius aut minus dicitur in illo. Planum fecimus omnia genera quæstionum medium perquirere. iam quomodo commonstretur definitio, quæ sit ratio redigendæ definitionis in demõstrationem, quid sit definitio, & ex quibus constet, propositis primum hisce de rebus quæstionibus disseramus. Sit autem principiũ futuræ disputationis, quod est accommodatissimum ad ea quæ proxime sunt explicata. Quæret aliquis utrum possimus eãdem rem, sic ut spectetur eadem uis eius, & definitione & demonstratione scire? an id fieri non potest? Nam definitio quid res sit, explicat. Omnis ratio substantiæ & explicatio totius est generis, & affirmationis. Argumentationes autem aliæ confirmant, aliæ negant, aliæ non uersantur in genere toto: ut quæ conficiũtur forma secunda, negant omnes: quæ tertia, nihil uniuersum cõcludunt. Deinde non est omnium definitio quæ affirmantur in prima forma: ut huius affectionis, triangulus omnis treis habet angulos pares duobus rectis, cuius est hæc ratio: Scire quod demonstrari potest, est habere demõstrationem: quorum demõstratio est, eorum certè nulla definitio. Sciret enim quispiam uia definiendi, qui non haberet demõstrationem. Vtroque modo sciri quidpiam nihil prohibet, si non eodem tempore. satis est firma fides ex inductione. Nihil unquam usi definitione cognouimus eorum quæ per se rebus insunt, & quæ accidentium more conueniunt. Præterea si definitio est declaratio substantiæ, ea profectò quæ ostendit demonstratio, non sunt substantiæ. Non esse definitionẽ omnium rerum quarum demonstratio est, planum fecimus. Quid? est'ne omnium quæ definiri queunt aliqua demonstratio, an aliqua demonstrari nequeunt? Eius rei est una & eadem ratio: unius enim quia*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*eſt unũ, una ſcientia eſt. Itaque ſi ſcire quod demonſtrari poteſt, eſt habere demonſtrationem, accidet aliquid abſurdum: quia qui definitionem tenebit, ſine demõſtratione ſciet. Præterea demonſtrationum principia definitiones ſunt, quarũ nõ eſſe demonſtrationes antea docuimus: aut principia poterunt demonſtrari, & iterũ ſuperiora principia, atque res hoc modo ſine fine extrahetur: aut principia uti definitiones, haud poterunt cõmonſtrari. An uerò ſi nõ omnis rei, attamen alicuius eſt definitio atque demonſtratio? án ne iſtuc quidẽ fieri poteſt? Non eſt enim definitio rei, cuius eſt demonſtratio: quia definitio oſtendit quid res ſit, & quæ ſit eius ſubſtantia. Omnes autem demonſtrationes uidentur res ſubijcere & aſſumere, perinde atq; reuera ſint, ut mathematicæ, quid unitas, quid impar: eodem modo cæteræ. Adde quòd omnis demonſtratio aliquid in aliquo ineſſe demonſtrat, aut non ineſſe. In definitione nihil de alio dicitur: ut animal non dicitur de bipede, neque bipes de animali, neque figura de eo quod planũ eſt: non enim planũ, forma. Præterea aliud eſt oſtendere quid ſit, aliud demonſtrare ut inſit. Definitio oſtendit quid ſit: demonſtratio declarat hoc illi cõuenire aut non conuenire. Rei diuerſæ uaria atque diuerſa demonſtratio, niſi ſi qua ſit pars totius: uerbi cauſa, demonſtratum eſt ἰϛοσκελὲς habere angulos duobus rectis pares, ſi planum factum ſit id omnes triãgulos habere: pars eſt ἰϛοσκελὲς, totũ triãgulus. Non ita ſunt inter ſe affecta, quod oſtendit ineſſe quicquam, & quod declarat quidpiam: non eſt alterũ pars alterius. Perſpicuum eſt igitur nullam omnino eſſe demonſtrationẽ eius quod definiri poteſt, atque nullam plane definitionẽ eius, cuius eſt demonſtratio. Itaque nullius eiuſdem rei prorſus utrãque cognitionem*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*nem tenere poſſumus. Hinc perſpici poteſt definitionẽ & demonſtrationem non eſse eandem rem, nec alteram altera contineri, quia ſubiecta afficerentur eodẽ modo. Hactenus quæſtiones ſiue dialecticæ quædam dubitationes. Eſt'ne ratiocinatio & demõſtratio qua definitio oſtendi queat? an uerò nulla eſt uti modo ratio ſubiecit? Nam ratiocinatio unum alteri conuenire, aut non cõuenire medio copulante demõſtrat: Definitio uerò & propria eſt, & enũciatur tum quum quid res ſit quæritur. Quæ ſunt eiuſmodi, neceſsario reciprocãtur. Si ā habeat proprium c, habebit & b, atq; b habebit proprium c: quapropter hæc omnia reciprocabuntur. At uerò, ſi omne b eſt in ſubſtãtia a, ſi b uniuerſe de toto c dicitur in explicanda ſubſtãtia, neceſſe ut a de c dicatur, quum quid c ſit, inquiretur. Niſi ſumas antecedentia hoc modo duplicata, non erit neceſſaria concluſio, in qua a de c dicatur ad ſubſtantiam demõſtrandã. Si a de b dicatur uti definitio, b dicatur de c quoad fieri poteſt, uti definitio, habebit utrunque definitio. Erit igitur b definitio c, atque de c dicetur. Si igitur ea argumentatio continet utranque, & definitionem quæ aliquid explicat, & definitionem quæ fuerat demõſtranda: media erit illa definitio prior demonſtrãda. Vt breuiter abſoluã, ſi licet demõſtrare definitionẽ hominis, ſit c homo, a definitio hominis, ſiue animal bipes, ſiue aliud quidpiã. Si ratiocinatio ducetur, neceſſe erit ut a de omni b dicatur. B erit alia definitio media. erit igitur quæ declaret quid ſit homo. Qui ita demonſtrat, id aſſumit quod erat demonſtrandũ. Etenim b eſt hominis definitio. Spectanda res eſt in duobus pronũciatis primis atq; medio uacãtibus: id quod dicimus hinc maxime declaratur. Qui demonſtrant ex reciprocatione, quid ſit anima, aut*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quid ſit homo, aut aliud quidpiam in ijs quæ cõtinet natura rerũ, id ſibi dari poſtulãt quod eſt probandum: ut ſi quis ſtatuat animũ eſſe cauſam uiuendi ſibi eandem, & eam eſſe numerum ſeipſum mouentẽ. Neceſſe eſt enim poſtulare id dari, animum eſſe numerum ſeipſum mouẽtem, ac ita poſtulare ut eadem res ſit. Non enim ſi a & b conſequentia ſunt, & b & c conſequentia: iccirco erit a definitio c, ſed hoc tãtum efficietur, a de c uere dici: nec ſi a definitio eſt, & omni de b dicitur, res probatur. Et enim definitio animantis enunciatur de hominis definitione: quia uere dicas, quicquid eſt homo, id eſſe animal: ut uere dicas hominem omnem eſſe animal, ſed nõ ita ut unum ſit. Si non uſurpauerit hoc modo, non concludet ratiocinando a eſſe definitionem c, & illius ſubſtantiam. Si ita uſurpauerit, primum aſſumpſerit b eſſe definitionem c: itaq; nihil eſt demonſtratũ, quia quod erat probãdum, quaſi perſpicuum ſumpſit. Nec uerò uia ratioq; diuiſionis oſtẽdit definitionem, ut diximus in partitione figurarum: quia nihil eſt neceſſe ut ea res ſit, nempe definitio, quia ſint hæc mẽbra diuiſionis. Nihilo magis demonſtrat ille, quàm qui utitur inductione. Nõ eſt enim cur concluſionem interrogando quis efficiat, aut accipiendo conceſſa aliquid concludat, ſed neceſſe eſt effici ex ijs quæ uſurpata ſunt, etiamſi non fatetur is qui reſpondet: homo eſt animal, an res inanima? deinde ſumpſit id quod dabatur animal, ui argumentandi non oſtendit. Atque rurſum, animal omne aut nititur pedibus, aut uiuit in aquis: accepit cõceſſum nempe hoc, animal nitens pedibus, ſiue terrenum: non oſtendit neceſſario ex ea diuiſione id totum, hominem eſſe animal terrenum, ſed aſſumit illud. Nihil refert utrum facias iſtuc in multis an in paucis: eſt eadẽ ratio. Hic

uſus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*usus ratiocinandi non est congruens, etiamsi qui sequuntur hanc uiam, sumant enunciationes ad ratiocinandū congruentes. Quid prohibet hæc omnia de homine uere dici, ut tamen non declarent quid sit homo, & quæ substantia sit hominis? Præterea quid prohibet quo minus aut adiungatur aliquid, aut auferatur, aut substātia superetur? Hæc quidem præterceunt uim rei quæ definitur. At tollere uitium licet usurpādo omnia, quæ in rei substantiā insint, & quæ continentia sunt in diuisione, petendo quod est primum, nihil omittendo. Hoc autem necessarium, si omnia cadunt in diuisionem, atq; nihil deest, ut nihil desit est necesse: quia perueniendum est ad ultimam differentiam quæ specie est indiuidua: nulla tamen est argumentatio. at si quid ostendit, alio modo ostendit: hoc nihil est absurdū. Nam qui inductione utitur, nihil fortasse demonstrat, attamen aliquid ostendit. Nullam efficit conclusionem, qui ex diuisione excerpit definitionem. Vt enim in ijs cōclusionibus quæ sine mediis proponūtur, si quis dicat his antecedentibus esse necesse ut hoc consequatur, possumus interrogare quam ob causam: ita possumus in ijs nominibus quæ sumuntur in diuisionem. Homo quid est? animal mortale, sufsultū pedibus, bipes, uacans alis: in quaque adiunctione causa quæri potest. Dicet aliquis, atque demonstrabit in ea diuisione (ut existimat) animal omne aut esse mortale, aut immortale: hæc autem omnis oratio nō est definitio. Quapropter ut aliquid ostēdatur diuisione, tamen difinitio efficitur, nō argumentatio. An uerò possumus demonstrare definitionē substantiam rei declarantē, subiecta fundamenti loco definitione finitionis, ut pote quæ sit in proprijs substantiā explicantibus: habēda. Hæc autem propria sola demonstrant substan-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tiam, & illorum complexio tota propria est: hæc enim substantia rei de qua agitur. An qui utitur hoc genere argumẽtandi, sumit uti notam definitionis definitionem? necesse est enim id per medium demonstrare. Præterea ut in demõstranda ratiocinatione, nõ assumitur ratiocinationis definitio, (sem per enim pronunciatum unde quidpiam concluditur, aut totum complectitur, aut partem:) hoc modo definitionis definitio non debet esse in argumentatione: at ea definitio separãda ab ijs quæ usurpantur ad efficiendam conclusionẽ. Quod si quis dubitet utrũ sit apta ratiocinatio an non, tum est obijcienda illa definitio, atque dicendum eam esse rationem argumentationis, & ei qui dicat non esse demonstratam definitionem, contradicendum & affirmandum esse demonstratam: quia conuenerat inter nos eam esse rationem definitionis. necesse est igitur aliquid concludere, ut non usurpetur quid sit syllogismus, aut quid sit definitio. Quod si quis definitionem commonstrare uelit cõditione quadam, petat id quod est probãdum: ut si mali definitio sit, malum est quod diuidi potest. Cõtrario est contraria definitio, quoties occurrit aliquid cõtrarium. Bonum autem malo contrarium, & indiuiduum diuiduo: est igitur definitio boni, bonum quod indiuiduum. Etenim in hac ratione commonstrandi, sumpta definitione rem peragit: ad demonstrandam definitionem assumit definitionẽ quanuis aliam. In demõstrationibus unum de altero dicitur, non idem de eodem: nec id cuius est eadem ratio, quodq; reciprocatur. In utrunque demonstrantem, & eum qui utitur diuisione, & qui rationem sic concludit ex contrario, affertur eadem dubitatio. Cur ita erit homo animal bipes, gradiens? non hæc, cur animal & bipes? Nulla cogit necessitas ut ex ijs quæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quæ ſumpta ſunt, unum quiddam fiat quod de ſubiecto enũcietur: ſed ita ut ſi idem eſſet homo & muſicus & grammaticus. Quomodo igitur is qui definit, oſtendet ſubſtantiã rei aut definitionem? Non enim ſicut qui demõſtrat ex certis & admiſsis rebus, planum faciet neceſſariam effici cõcluſionem ex ijs quæ uſurpata ſunt: eſt autẽ generis huius demonſtratio. Nec demõſtrabit, ut qui utitur inductione, ex ſingulis paribus notis colligit ita eſſe totũ, quia nulla pars uariat. Non enim demonſtrat quid ſit res, ſed oſtendit aliquid eſſe aut non eſſe. Quod aliud genus ſupereſt? Non enim res eſt monſtranda ſenſu, aut digito. Iam quî oſtendet quid ſit homo? Neceſſe eſt eum qui ſcit homo quid ſit, aut aliud quidlibet, iam ſcire aliquid ineſſe: quia quod non eſt, nemo ſcit eſſe, ſed nouit quid ſignificet oratio aut nomen, ut ſi dicam tragelaphum: quid autem ſit tragelaphus, ſciri non poteſt. Enimuero ſi quis uolet oſtẽdere aliquid & eſſe & quídnam ſit, quo pacto id una ratione aſſequetur? Nam & definitio aliquid unum commõſtrat & demonſtratio: alia autem ratio quæ oſtendit quid ſit homo, alia quæ monſtrat hominem eſſe. Deinde hoc dicimus, neceſſe eſſe omnia demõſtratione patefieri ut cohæreãt, præter ſubſtãtiam ſiue definitionem. Vt res ſit, id non oſtẽdit eſſe ſubſtantiam, quia non eſt genus quod aiunt ens. Erit igitur demonſtratio, quæ oſtendat aliquid eſſe, id quod nunc facitant diſciplinæ. Quod triãguli nomen ſignificet, ut rem perſpicuam ſumpſit geometres, triangulũ eſſe demonſtrat. Quid igitur oſtendet is qui utetur definitione? an naturam trianguli? Is igitur qui definiendo nouit quid res ſit, neſciet an ſit, id quod fieri non poteſt. Declarant genera definitionum quæ nunc habentur, eos qui definiunt, non oſtẽdere eſſe rem. Nam



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſi quid eſt, ex cuius medio quod centrum uocant, æquabiliter ambitus abducitur, quamobrem ea definitio oſtendit eſſe in rerum natura quod definitur? Cur ea res eſt circulus? Liceret hoc dicere eam eſſe orichalci. Definitiones haud explicant id eſſe poſſe de quo agitur, nec illud eſſe cuius definitio fertur eſſe: at ſemper quærere licet. quid ita? Si igitur qui definit aliquid oſtendit: aut quid ſit res, aut quid ſignificet nomen, oſtendit. Si non oſtendit quid res ſit, erit definitio oratio ſignificans quod nomen, quod eſt abſurdum. Primum pertinebit & ad ea quæ non ſunt, quoniam poſſumus nomine deſignare quæ non ſunt. Præterea orationes omnes eſſent definitiones, quia orationi liceat imponere nomen qualecunque ſit: itaque definitiones agendo uerbis effunderemus omnes, ac Ilias eſſet definitio. Iam ut nulla ſcientia oſtendit nomen hoc deſignare, ita definitiones non oſtendunt ſe alicuius rei certæ eſſe definitiones. Ex ijs quæ diximus, apparet definitionē non eſſe quod eſt ratiocinatio, & ratiocinationem non eſſe eiuſdem rei atque definitionem: præterea definitionem nec demonſtrare nec oſtendere aliquid eſſe, atque nos definiendo aut demonſtrando definitionem cognoſcere non poſſe. Oratione repetita uidendum quid eorum quæ diximus aſſeratur probe, quid improbe, quid ſit definitio, an definitionis ſit demonſtratio quodammodo, an nullo modo. Quia ſcire quid res ſit, eſt idem (ſicuti dicebamus) quod ſcire cauſam, atq; mediū quo aliquid ſit, definitio quodammodo demonſtrari poteſt: eius rei ſit hæc ratio: Definitionis eſt aliqua ratio: ea aut eſt eadem quod res explicanda definitione, aut alia. Si eſt alia, aut demonſtrari poteſt aut non poteſt. Si diuerſa eſt, atq; demonſtrari poteſt, neceſſe eſt ut cauſa medium ſit, atque commonſtretur*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*monſtretur figura prima: quia quod commonſtratur, uniuerſum genus confirmat. Hoc igitur unum genus definitionis ex alio demonſtrandæ, nunc à nobis quæſitum & repertum. In demonſtrandis enim definitionibus neceſſe eſt definitionem eſſe intermediam, ut in demonſtrandis proprijs proprium. Itaque quum eidem rei multæ definitiones attribuantur, aliam commonſtrabit dialecticus, aliam non commõſtrabit. Hic igitur modus qui non cadit in demonſtrationem, expoſitus eſt ſuperiori diſputatione. Sed eſt quædam communis atque probabilis argumentatio definitionis. Quî poſſit definitio commonſtrari, explicemus repetito principio. Vt cauſam quærimus quum ſcimus aliquid ineſſe, interdũ utrunque ſimul eſt manifeſtum: ſed ut non ante poſſumus ſcire cur ſit, quàm ſciamus ineſſe: ita quoque quid ſit, ſcire non poſſumus quin eſſe rem ſciamus. Fieri non poteſt ut ſciamus quid ſit, ignorantes an ſit. Eſſe rem cognoſcimus interdum ex accidentibus, interdum ex ijs quæ ſunt in eiuſdem rei natura, ut ſcimus eſſe tonitruum, ut ſtrepitum quendam nubium: defectionem, ut lucis uacuitatem: hominem, ut animal: animum, ut rem ſeipſam mouentem. Quæ exiſtimamus eſſe ex accidentibus, neceſſe eſt ea ad definitionem non eſſe accõmodata: quia nequaquã hoc pacto eſſe rem certo ſcimus. Qui quærũt quídnam ſit, nec ſciunt eſſe, nihil quærunt. Quæ uero ſcimus eſſe ex ijs quæ ſunt in eorum natura, quid ſint cognoſcere facile eſt. Itaque ut rem cognoſcimus eſſe, ita comparati ſumus ad intelligendum quid ſit. Proponamus aliquid eorum quæ ſcimus eſſe accommodate ad definitionem: Primum ſit eiuſmodi: defectio in a, luna in c, interiectus terræ in b. Qui quærit utrum luna deficiat an non, b quærit an ſit, an non ſit. Ni-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

hil autẽ refert utrum id quæras an iſtuc, ſitne ratio eius rei, ſi qua ſit, illud eſſe dicimus, aut quærimus utrius partis contradictionis ſit ratio, utrum ſit ratio cur triangulus habeat duos rectos angulos an nulla? Si inueniamus cauſam, ſimul & eſſe, & cur ſit cognoſcimus, ſi ex mediis cognoſcamus. Si non cognoſcamus ex mediis, ſcimus quidem eſſe: cur uero ſit, neſcimus. Sit c luna, a defectio, b lunã omni ex parte accenſam nõ poſſe umbram facere, tametſi nemo noſtrum ſit intermedius, qui ſit impedimento. Si b ſit in c, ut luna facere umbram non poſsit, etiamſi nemo noſtrum ſe interponat, & b ſit a, ut luna ſic impedita deficiat, eam pati defectionem certum: quamobrem, incertum: defectionem eſſe ſcimus: quid ſit, neſcimus. Quum perſpicuum eſt c eſſe a, & quæritur quam ob cauſam, tum b quæritur, utrũ cauſa ſit interiectus terræ, an inuerſio lunæ, an extinctio luminis. Hæc eſt ratio alterius extremi, ut in iis quæ ad a pertinent, defectio eſt intercluſio luminis à terra. Tonitruum quid eſt? ignis extinctio in nube. Cur tonat? quia ignis extinguitur in nube: c nubes, ã tonitruũ, b ignis extinctio. In c, id eſt in nube ineſt b: quia in ea extinguitur ignis. In b ineſt a, id eſt fragor, b ratio & cauſa prioris extremi a. Si iterum huius aliud medium ſumatur, accipietur ex rationibus præteritis. Vt ſumatur definitio utque nota fiat, explicauimus. Atq; adeo definitio non eſt concluſio demõſtrationis, nec eſt definitionis demõſtratio: tamen oſtenditur ratiocinatione atque demõſtratione. Ita nec ſine demonſtratione poſſumus cognoſcere definitionẽ, cuius eſt alia cauſa, nec eſt illius demõſtratio, ut in quæſtionibus diximus. Eſt autẽ quarũdam alia cauſa, quarũdam uero nõ alia. Perſpicuũ eſt igitur definitiones quaſdã medio carere, & eſſe principia,

quas

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*quas esse statuendum est, & quid sint, aut alio modo planas facere, id quod facit arithmeticus. Is enim subijcit unitatem, perinde quasi certum sit & esse & quid sit. Quibus est medium, & alia substantiæ causa, eas demonstratione, uti diximus, patefacere possumus, ut definitionem tamen in conclusionem non afferamus. Quia definitio est oratio quæ ostendit quid aliquid sit, nõ est dubiũ quin sit oratio quæ declaret quid significet nomen, aut altera oratio nominum interpretatrix: ut quid significet definitio trianguli, quia triangulus est: id quum tenemus, quærimus cur sit. Difficile hoc genere definiendi intelligere quæ nescimus esse. Causa difficultatis à nobis est exposita, quia nescimus sit nécne, nisi ex accidentibus. Duobus autem modis oratio dicitur una, aut coniunctione ut Ilias: aut quia unum de uno enunciat sine accidentium interiectu. Una est igitur definitio siue declaratio definitionis ea quam diximus. Est alia definitio declarans cur aliquid sit. Prior significat, non ostendit: posterior sine controuersia erit ut demonstratio substantiæ naturæque rei, situ differens à demõstratione. Differũt orationes hæ, quãobrem tonat? quid est tonitruum? ad causam reddetur hoc responsum, extinguitur ignis in nubibus: quum quæretur quid sit tonitruum, dicetur esse fragor intermorientis ignis in nubibus. Eadem igitur oratio uarie dicitur, uno modo demonstratio cõtinua, altero definitio. Iam definitio tonitrui ut hæc, fragor in nubibus, est conclusio demonstrationis eius, quæ quid aliquid sit, ostendit. Definitio quæ nullo medio intercepta continet, est fundamentum in natura rei, quod in demonstrationem non cadit. Est igitur una definitio oratio rei naturã explicans, quæ demonstrari non potest: altera est argumentatio*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*oſtendens quid res ſit, ſitu differens à demonſtratione: alia eſt concluſio demonſtrationis eius quæ rei uim naturamque demonſtrat. Ex iis quæ diximus apparet quonamodo definitionis ſit demonſtratio, & quomodo nulla ſit, & quarum ſit & quarum nulla ſit: atq; etiam quot modis dicatur definitio, & quî oſtendat rei naturam, quî non oſtendat, & quarum ſit rerum, quarum non ſit. Præterea ut ſit affecta ad demonſtrationem, & quo pacto eiuſdem rei poſsit eſſe definitio & demonſtratio, quóque modo non poſsit. Quia tum ſcire nos arbitramur, quum cauſam cognoſcimus, cauſas eſſe quatuor tenendum eſt: unam quæ formam rei naturamque declarat: alteram ex qua aliquid efficitur: aliam quæ prima mouit & aliquid effecit: quartam ad quam aliquid refertur ut ad finem. omnes hæ cauſæ uti media reperiuntur ex demonſtratione. Quum dico cauſam quæ ſi ſit, neceſſe eſt aliud eſſe, ne puta eſſe complexionem, quæ una oratione ſumpta non efficitur, ſed duabus minimum. Concluſio efficitur ſi unum ſit mediũ: hoc uno ſumpto neceſſe eſt effici concluſionem. Id hoc modo fit perſpicuum: Cur eſt angulus rectus in dimidiato circulo? qua materia antecedente rectus eſt? Sit angulus rectus in a, dimidiæ partes duorum rectorum in b, angulus in dimidiato circulo in c. Cur ā, id eſt angulus rectus ſit in c, hoc eſt in dimidiato circulo, cauſa eſt b: quia b eſt angulus par ei qui eſt a, & angulus c par ei qui eſt b: quia dimidiæ ſunt partes duorum rectorum. Itaque quum b eſt dimidium duorum rectorũ, a eſt in c: is erat in dimidiato circulo angulus rectus. Hic angulus rectus eſt eadem res quæ definitio: quia id ſignificat oratio. Enimuero cauſam oſtendimus eſſe mediũ, cur aliquid eſſet eius naturæ. Cur autẽ Medi bellum ſuſce-*

*perunt*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

perunt in Athenienſes? quia in Sardos cum Eretrienſibus impetum fecerunt: is fuit motus primus. Bellum ſit in a, priores ſuſcipere bellum in b, Athenienſes in c. Etenim b eſt in c, prius bellum gerere Athenienſes: a eſt in b, bellum ſuſcipiunt in eos qui ius ante uiolarant. Eſt igitur b a, bellum gerere cum ijs qui cœpere primi: eſt & c b, id eſt Athenienſibus afferre bellum, qui priores cœperant. Hic igitur medium eſt cauſa quæ prima bellum concitauit. Ea quorum cauſa poſtrema ut finis eſt, ſunt huiuſmodi: cur deambulat? ut bona ſit ualetudine. Cur domus eſt? ut ſeruetur ſupellex. deambulatio, cauſa ualetudinis: domus, cauſa tuendæ ſupellectilis. Quamobrem à cœna deambulandū, quæſtio eſt quæ nihil differt ab hac, cuius rei cauſa à cœna deambulandū eſt? Deambulatio à cœna c, natare in ſummo alimēta b, ualere a. Cauſa deambulationis à cœna ſit, ne emineāt in ſumma parte uentris alimenta, atque ſit id ſalubre. B quod eſt alimenta non innatare eſt in c, id eſt in deambulatione à cœna: in hoc eſt ā, hoc eſt bona ualetudo. Quæ eſt igitur cauſa cur c ſit a? cauſa & finis eſt b, hoc eſt ut illius ratio: ſic enim redderetur ā. Quare c eſt b? quia alimenta hoc modo ſedere eſt ſalubre. Sunt immutandæ ratiocinationes, ut ita ſingula magis appareāt. Effectiones cōtra ac in efficientibus cauſis ſtatuuntur in cauſa propter quam aliquid fit. Illic id eſt in efficientibus cauſis mediū debet eſſe primum: hic ubi finis quæritur, c debet eſſe ultimum. Finis autem cuius cauſa aliquid efficitur. Eadem res demonſtrari poteſt & ex fine, & ex neceſſaria materia. Cur lumen per laternam penetrat? quia quod ſubtiliores habet partes, neceſſario penetrat per rimulas maiores, quandoquidem lux redditur penetrando. Cuius



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

causa id fit? ne quid corporis lædamus. An igitur si accidit quum aliquid est, accidit quoque quum efficitur? ut si tonat quum extinguitur ignis, necesse strepitum fieri & fragorem: & (ut aiunt Pythagorici) tonat, ut Iuppiter minetur ijs qui sunt in Tartaro ut terreantur. Sunt res eiusmodi permultæ in ijs quæ consistunt ordine naturæ. Alia naturæ uis aliquid efficit respiciens finē, alia necessario efficit. Duo sunt genera necessitatis. Vnum est naturale & cōgruens ad impetum naturalem, alterum uiolentum contra motionem naturalem: ut lapis sursum deorsum fertur necessario, sed non cogit eadem necessitas. In ijs quorum mens est principium, nihil fit casu, ut quum domus fit aut statua, nihil fit à materia, sed res efficitur à mouente propter aliquem finem. Quædam accidunt temeritate fortunæ, ut bona ualetudo & salus. Id accidit ijs maxime quæ uariare possunt, si res non eueniat fortuitò: itaque finis laudabilis ad aliquid peruenit destinatum, siue natura siue ars agat. Fortuna nullam habet rationem finis. Est autem eadem causa rebus orientibus, præteritis, & futuris, quæ præsentibus. Est enim medium causa, nisi quòd præsentibus præsens est, nascentibus nascens, præteritis præteritū, futuris futurum: ut cur defectio euênit? quia terra media lumē intercepit: defectio suboritur, quia terra cœpit interponi: efficietur, quū terra media lumen intercludet. Est etiā causa, quia res est. Quid est glacies? id iam cōueniat aquā esse concretā: aqua in c, cōcreta in a, causa media in b defectio caloris omnino. C quidem est b, & hoc est a quod est esse concretū. Fit glacies quando b fit: facta est, quū b fuit: erit, quū erit b. Hoc modo causa & id cuius est causa simul efficitur quando efficitur, est quando est. Eadem ratio præteriti temporis &

futuri

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*futuri. Ea quæ non ſunt unà cum cauſa, ſuccedúntne continuo tempore, ut nobis uidentur alia ab alijs ut cauſis oriri? Eius quod fuit, alia cauſa prior: rei futuræ, alia futura: rei naſcentis alia cauſa ſi qua prior extitit. Argumẽtatio ducẽda ab eo quod poſtea factũ eſt, id eſt ab effectu. Principiũ demõſtrandi cauſas eiuſmodi, effecta ſunt: quapropter eſt eadem ratio & eorum quæ ita naſcuntur ut partes ſimul nõ maneant. Non poteſt argumentatio duci ab antecedente cauſa: ut non ſi cauſa fuit, iccirco factum quod erat poſterius, quæ ratio ualet in futuris. Non erit certa conſecutio, ſiue certum tempus definias, ſiue incertum relinquas: ut quoniam uere dicas hoc fuiſſe, poſſis uere quoq; dicere fuiſſe quod poſterius erat: quia tempore intermedio falsò dicas illud fuiſſe, quum alterum eſſet natum. Eſt eadem ratio uenturi temporis. Nec ſi quid eſt factum, aliud ſtatim conſequetur: ut cõſequatur, debet medium ſimul oriri: præteritum, quod eſt præteritorum: futurum, quod eſt futurorum: naſcens, quod eſt naſcentium: præſens quod eſt præſentium: at rerum præteritarum & futurarum medium ſimul oriri non poteſt. Atque id fieri nequit, ſiue tempus intermedium finias, ſiue non definias, quia falsò res affirmabitur tempore interiecto. Videndum quid continuum atque coniunctum, ut aliquid factum uideamus quid quando conſequatur. An ſatis apparet id quod naſcitur non eſſe continuum cum eo quod iam factum eſt? neq; quod eſt factum cum eo quod oritur? Nam fines ſunt indiuidui. Vt igitur puncta non cohærent nec continua ſunt inter ſe, ita quæ oriuntur non ſunt continua cum ijs quæ orta iam ſunt: uterque finis eſt indiuiduus: nec quod oritur eſt coniunctum cum re iam facta ob eandẽ cauſam: quia quod oritur eſt tem-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

poris diuidui: quod ortum est, indiuidui. Itaque ut linea ad punctum est affecta, ita quod fit ad id quod effectum est. Sunt infinita facta in eo quod fit. Hæc magis explicanda in ijs quæ dicentur his de rebus in libris de motu. Vt mediũ, id est causa statuenda sit in ijs rebus quæ ex ordine gignũtur, hactenus expositum cognitúmq; sit. In ijs necesse est id quod est primum & quod dicitur medium, sic esse coniuncta, ut nihil sit interiectum, ut a fuit, quia c fuit: c autem posterius fuit, ã prius. Principium c, quia propius accedit ad tempus præsens, quod est principium temporis. C factum, si d fuit. Si d fuit, necesse est & a fuisse. Causa c, quia si d fuit, necesse est & c fuisse. Quod si c fuit, necesse est prius ã fuisse. Qui ita medium assumit, cõsistet tandem aliquo in aliquo, ubi nihil erit intermedium: an semper interrepet per infinitum spacium? At effectum prius & causa antecedens non cohærent, ut iam demonstratum est: itaque ducendum initium à medio & à tempore præsenti: eademque ratio temporis futuri. Nam si uere dicitur d fore, necesse ut ante uere dicatur c fore, eius erit causa c. Si erit d, prius erit c: si erit c, prius erit a. In his uidetur esse diuisio infinita, quia futura non sunt continua atque coniuncta. At non est, quia & in ijs sumendum principium nullo medio separatum. Ita res est in rebus effectis. Si domus est extructa, necesse est excisos esse lapides, & hoc esse factum propter aliquid, nempe quòd iactum est fundamẽtum, si domus est condita: si iactum fundamentum, necesse est ut ante lapides fuerint: atque etiã si futura domus est, similiter antecedent parietes: id eodem modo per medium demonstratur, quia prius erit fundamentũ. Nam uidemus in ijs quæ nascuntur esse quandam procreationem,

quæ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*quæ circumagitur in orbem: ea fit, si consequẽtia sint medium & extrema, quoniam in his est reciprocatio. Id in prioribus Analyticis est demonstratũ, conclusiones reciprocari: illud est quod circumagitur in orbem. In ijs quæ natura facit, perspicitur hoc modo: Quum terra est aspersa pluuia, halitum fieri necesse est, ex quo nubes, ex qua pluuia, unde terram cõspergi necesse est: hoc autem fuit principium: itaque perlustratus est ambitus. Ex his unum quodlibet si est, aliud est, ex quo aliud, unde redditur primum. Quædam efficiuntur uniuerse, id est semper ac necessario in toto genere, aut ita sunt, aut ita fiunt. Quædam non ita sunt constantia, sed tamen plerũque eueniunt, ut non omnis homo mas barbã gignit, sed plerunque fit: horum medium debet esse nõ necessarium, sed quod sæpius eueniat. Nam si a de b dicatur uniuerse, & b de c uniuerse: necesse est a de c dici semper, in omni parte totóque genere: hoc enim est uniuerse dici, in toto genere semperq;. At conuenerat non semper, sed sæpius dici: necesse est igitur medium sumi quod plerunque conueniat, quod quidem est in b. Erunt igitur eorum quæ plerunque eueniunt principia nullo medio distincta, quæ sæpius ita aut sunt, aut efficiũtur. Quo modo definitio inter extrema ponatur, quo pacto & quemadmodum demonstratio est eius aut definitio aut nõ est, ante patefecimus. Quo pacto inuestigare debeamus ea quæ enunciantur, quum quid res sit inquiritur, nunc explicemus. Ex ijs quæ semper insunt cuique rei, alia patent latius, non tamẽ progrediũtur ultra genus. Dico latius patere, quæ cuique rei subiectæ insunt uniuerse, attamen insunt & in alio: ut est aliquid quod conuenit omni numero qui ex tribus constat, sed latius patet & spectat ad aliud, ut quod uocãt ens,*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

de numero trium dici poteſt, ſed etiam de eo quod numerus non eſt. Quinetiam impar eſt in omni numero ex tribus confecto, ſed latius euagatur, quia & de quinq; dicitur: ſed non ſe proripit ultra genus, quia numerus ex quinque conflatus, numerus eſt. Nihil autem dicitur impar, quũ diſceſſeris à numero. Eiuſmodi res ſumẽdæ quoad tot aſſumptæ ſint, ut primum unaquæque fuſius porrigatur, uniuerſæ non extẽdantur longius. Eam eſſe ſubſtantiam rei neceſſe eſt, ut omni numero trium conuenit numerus impar: primusq; eſt utrinque, quia nec metimur numero, nec componimus ex numeris: iam numerus trium eſt numerus impar primus, & hoc modo primus. Ex his omnibus alia conueniunt omnibus numeris imparibus, ultimum numero duorum, uniuerſa nulli. Quia uerò oſtendimus antea eſſe neceſſaria quæ enunciantur de alio ad eius ſubſtantiam demonſtrandam, & quia genera de ſuis formis neceſſario dicuntur, & in definitione numeri triũ, & in alia qualibet capiuntur ea quæ ad ſubſtantiam pertinent, neceſſe eſt ut hoc ſit quod diximus, numerus ternarius. Eam eſſe definitionẽ numeri ternarij hinc perſpici poteſt: Si ea nõ ſit eius definitio, neceſſe eſt ut hoc ſit uelut genus quoddã, aut cui nomen eſt inditum, aut cui nullum nomen impoſitum. Latius ergo fundetur, quàm ternarius numerus. Hoc quidẽ ueluti fundamentum ſubiiciatur, eam eſſe generis naturam, ut facultas eius amplior ſit, quàm uis unius formæ. Si igitur ea definitio non ineſt in aliquo præterquã ſingulis numeris ternarijs, ea erit ſubſtantia naturaq; ternarij numeri: id ſubiectũ ſit quaſi fundamẽtum, ſubſtantiã cuiuſq; rei eſſe, quæ in indiuiduis ultima eſt enũciatio. Similiter igitur definitio reperietur alij cuiuis hoc modo demonſtrato. Quum uerò totũ

ſi ue

*ſiue genus inquirit aliquis, debet diuidere genus in eas formas, quæ in alias ſpecies diſtribui nõ poſſunt, ſed primũ obtinent locum, ut numerum in eum qui tria & in eum qui duo continet. Deinde conari ſic comprendere definitiones uti tradidimus, ut lineæ rectæ, rotundæ & anguli recti. Poſtea qui nult comprehẽdere definitionem generis, ut utrum pertineat ad quãtitates an ad qualitates, debet inſpicere proprias affectiones ex ijs quæ communia ſunt atq; prima. Quæ accidunt coniũctis atque compoſitis ex indiuiduis, ex formarum definitionibus perſpicua fient, quia eſt omnium principium definitio, & id quod eſt ſimplex: ac quoniã quæ inſunt, ea ſolis formis ſimplicibus per ſe inſunt, aliꝭ propter eas conueniunt. Diuiſiones autem differentiarũ utiles ſunt ad progrediendũ hoc modo: ut demonſtrent, antea diximus. Vtiles erũt ſolum ad colligendam ita definitionem, & ſi nihil efficere uidebuntur, ſed continuò uſurpare omnia, ut ſi quis initio ſine diuiſione uſurparet. Refert autem utrum prius an poſterius collocetur ex ijs quæ enunciantur: ut refert utrum dicas, animal domitum bipes, an ſic, bipes animal domitum. Nam ſi tota definitio ex duobus conſtat, & eſt aliquid unum, animans domitum, atq; ex eo & differẽtia cõſtituitur homo, aut quod tandem redigitur in unum, is certe qui diuidit, ſine cõtrouerſia petit id quod eſt probãdum. Præterea ſunt utiles diuiſiones, ut nihil relinquatur eorum quæ pertinẽt ad definitionẽ. Hoc uno modo perquirere licet: Quum primum genus ſumptum fuerit, ſi quis aliquam ſumat inferiorum diuiſionũ, non eò cadet ſpecies omnis, ut non animal omne præditum eſt alis aut cõtinuis, aut ſeparatis: ſed animal omne uolatile eſt eiuſmodi: ea quidem generis eius differentia. At prima animãtis*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

differentia eſt in quam ſpecies omnis incidit. Eodē modo ſumendæ differētiæ cæterorū generum, & quæ ſuperiora ſunt, & quæ inferiora, quàm animal: ut generis auium differētiæ explicandæ, quæ auem contineant omnē: & piſcium quæ cōplectantur omnem piſcem: qui ita uiam molitur, ſcire poteſt nihil eſſe prætermiſſum. Nihil eſt neceſſe, ut qui definit aut diuidit, ſciat omnia quæ ſunt in rerum natura: tametſi nonnulli confirmant neminem poſſe cognoſcere differētias cuiuſque rei, qui neſciat quanq; rem ſine differentijs non poſſe cognoſci, à qua re nō differt, eandem eſſe cum ea: à qua differt, aliā ab ea. Primum iſtuc quidem falſum: non enim differentia omnis aliā rem facit. Nam multæ ſunt differentiæ rebus eiuſdem formæ, quæ non ſecernunt ſubſtantiā, neque ſunt in earum ſubſtantia. Deinde, quum inuenerit differentias oppoſitas, & nouerit omnem ſpeciem cadere aut in hāc, aut in illā, oſtēderitq; id de quo quæritur ad alteram pertinere, ac illud tenuerit, nihil referet, ſciat nécne de quibus alijs differentiæ dicātur. Non eſt dubium quin ſi qui pergit hoc modo, peruenerit ad ea quorum nulla iam differentia habeat ſubſtantiæ rationem. Omnia autem cadere in eam diuiſionē, in qua ſint partes oppoſitæ, quas inter nihil eſt, qui ſibi dari uult, nō relinquit arbitrio donantis: neceſſe eſt omnia in altera earū poni, ſi differentia eſt propria generis illius. Vt definitio cōfirmetur ex diuiſionibus, ad tria uti ad ſcopum ſpectandū erit: primum ut aſſumantur ea quæ tum dicuntur, quum quid ſit aliquid, quæritur: deinde ut ordine collocentur, primum primo loco, ſecundum ſecundo: poſtremo ut uniuerſa ſumantur, & ſignificēt idem quod ea res cuius explicatur definitio. Ex his unum primum demonſtrare licet, quia ut poſſumus oſtendere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*dere argumẽtatione accidẽtia ineſſe, ita poſſumus iſtuc genere confirmare. Ordo qui ſeruandus eſt, digeretur, ſi quod eſt primum aſſumatur in locum primum. Id fiet, ſi aſſumatur id quod omnibus eſt conſequens, cui non omnia conſequentia. Vt ſit aliquid eiuſmodi neceſſe eſt. Eo reperto & aſſumpto, iam eſt eadem inferiorum ratio. Erit ſecundum, quod inuenietur inter alia primum. Tertium quod primas habebit in proximis atq; finitimis: ubi ſublatum fuerit id quod eſt ſuperius, iam primũ erit, quod eſt proximum. Eadẽ eſt ratio cæterorum quæ conſequuntur. Nihil eſſe prætermiſſum, ſed omnia ſumpta fuiſſe, planum fit ex eo quod prima pars diuidendo ſumpta fuit, quũ diceretur tota res, aut hoc eſſe, aut illud, & hoc eſſe, & quum poſtea totius rei exciperetur differentia, ac extremæ partis nulla iam eſſet differentia. An ſtatim poſt ultimam ſpeciem uſurpatam, hoc quod eſt aſſumptum, nihil ſpecie differt à genere & toto? Apparet non adiunctum quicq; fuiſſe ſuperuacaneũ. Omnia ſunt aſcita quæ ſubſtantiam rei ſignificant, nec aliquid eſt prætermiſſum. Si quid omiſſum, aut genus eſt, aut differentia. Genus autem primum cum differentijs uſurpatũ. Differentiæ omnes adiunctæ fuerunt, quia iam nulla poſterior, quoniam ſpecie differret ultima: id autem diximus nõ differre. Eſt etiam definitio inueſtiganda, intuẽdo quæ ſimilia ſunt, neq; differunt. Primum quid idem habeant partes omnes. Deinde iterum ſpectanda alia quæ ſunt generis eiuſdem, & quæ inter ſe ſpecie ſunt eadẽ, nõ eadẽ qua & illa. Si in his deprehẽſum eſt aliquid idẽ omnibus partibus attributum, ſi in illis eodẽ modo rurſum uidẽda ſunt inuẽta, an eadem ſint, quoad uẽtum ſit ad unam rationem. Ea qui-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dem rei de qua agitur, erit definitio. Quod si non perueniatur ad unam rationem, sed ad duas aut plures, facile erit uidere id quod quæritur non esse simplex, sed multiplex. Verbi causa, si quæramus quid sit animi magnitudo, mens est cõuertenda ad aliquos magnanimos nobis cognitos: uidendum quid habeant omnes, qua ratione sunt magnanimi: ut si magnanimus Alcibiades, aut Achilles, aut Aiax, quid unum habeant omnes, uidendum. Non ferunt iniuriam uiolati. Vnus bellum attulit, alter ira concitatus est, alius sibi mortẽ consciuit. Idem quoq; uidendum in alijs, ut in Lysandro & Socrate, an perstarent in eadem constantia, & in rebus prosperis, & in aduersis. Hæc duo quum deprehenderis, perpende quid habeant idẽ toleratio in rebus aduersis, impatientia eorum qui nõ ferunt iniuriam. Si nihil habent, erunt duæ species magnitudinis. Semper omnis definitio generalis est. Nõ enim medicus in uno definit oculo salubre, sed uel in omni, uel in specie tota. Facilius singulas partes definire quàm genus: quapropter debemus à partibus ad genera progredi. Etenim ambiguitates uocũ facilius in generibus latent, q̃ in ijs quæ non differunt. Vt autẽ in demonstrationibus aliquid inesse ratiocinando probandum, ita in definitionibus aliquid perspicue explicãdũ. Id erit, si ex partibus quas diximus, possimus singulatim definire quod ad genus pertinet: ut si definire uelis quid simile sit, nõ totum genus, sed quod est in coloribus & figuris, & acutum in uoce: hoc modo ad id quod est cõmune perueniendum, cauendo ne uocis ambiguitas incidat. Quod si non est utendũ translationibus in disputatione, certum est ijsdem non utendum in definitione, & ijs omnibus quæ proferũtur ex translatione,

alioqui

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*alioqui deceret uti tranſlationibus in diſputatione. Vt pro blemata teneamus, ſunt excerpendæ partitiones corporum & diuiſiones, ac ita communitates legendæ ſubiecto genere omniũ cõmuni, ut ſi animalia ſpectanda ſint, & quæ omni animali cõueniant. quæ ubi fuerint deprehenſa, uidendum erit quæ cõueniant omni animanti proxime ſuccedenti, ut ſi auis ſit, quæ conueniant auibus omnibus.* Hoc modo *ſemper explorãdum quæ partineãt ad id quod eſt proximũ. Nemo dubitat quin iam poſsimus explicare quæ ſint conſequentia, & accidentia rebus ſubiectis ſub aliquod genus, ut cur aliquid homini aut equo conueniat. Sit animal in a: in b quæ accidunt omni animanti: in c d e, animantia quædam. Perſpicuum eſt cur d ſit b, quia interuenit a. Similiter in alijs perquirendum. Semper aliorum eſt eadem ratio. Nunc autẽ loquimur utentes nominibus ijs communibus quæ tradita ſunt. Ea uero non ſolum uidenda, ſed etiam ſi quid aliud cõmune uideatur, excerpendum, atq; perſpiciẽda quibus illud ſit conſequens, & quæ ſint ei conſequentia: ut cornua gerentibus conſequens eſt echinus, id eſt ſecundus uenter: eadem non habent utraq; in mala dentes. Contrà habere cornua conſequens eſt quibuſdam rebus. Perſpicuum eſt quamobrem erit illis quod diximus, nempe quod habeant cornua. Eſt alius etiã modus reperiendi generis ex proportione quadam. Non poſsumus inuenire quiddam commune, quod idem contineat ſæpium, ſpinam, & os: hæc ſunt conſequẽtia, quia ſunt unius cuiuſdã ſimiliſq; naturæ. Quæſtiones eædẽ ſunt habendæ duobus modis, aut quod habent idem medium, ut omnes quarum cauſa eſt antiperiſtaſis, id eſt, undiq; obiecta contrarij pugna: ex quibus alia genere ſunt eadem, quæ dif-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ferentias habent quia sint aliarum formarum, aut quia uariet, ut Cur auditur echo? cur imago uidetur in speculo? cur arcus cœlestis? hæ quæstiones omnes referri possunt ad unã quæ sit genere eadem. Omnium causa est anaclasis, id est, reiectio in aduersum, sed specie differunt. Aut quod habeãt medium sub alio medio positum, cõueniũt quæstiones aliæ, tametsi nonnihil differunt, ut Cur Nilus præcipiti mẽse uehementius fluit? quia mensis decliuis magis concitat undas. cur ita? quia luna decrescit. Hæc ita affecta sunt inter se. De causa & effectu quæret aliquis, An quãdo effectus est, tum quoq; causa est? ut si decidunt frondes, aut defectio lunæ est, an erit causa deficiendi, & frondium lapsus? ut Si causa sit quod arbor latas habeat frondes, defectionis causa, interiectio terræ. Si causa non est, erit alia earum rerum causa. Si ea est, simul est & effectum, ut Si interposita sit terra, luna deficit: aut si arbor habet latas frondes, amittit illas. Id si ita est, simul erunt, & alterum ab altero reciprocando demonstrabitur. Sit in a lapsus frondium, in b latitudo frõdium, in c uitis. Si b est a quia stirpes omnes lato folio defluunt, & si c est b, omnis enim uitis est latis frondibus, c quidem est a, & uitis omnis amittit frondes. B medium causa est. Quinetiam demonstrare possis latis esse folijs uitem ex eorum lapsu. Sit d latitudo frondium, e lapsus frondium, f uitis, f est e, quia uitis omnis amittit frondes: e est d, quia stirps omnis ampli folij, deijcit folia. Omnis igitur uitis amplas habet frondes: causa, lapsus frondium. An causæ & effecta non possunt reciprocando demonstrari? Causa prior eo cuius est causa. Causa defectionis est interuentus terræ, defectio non est causa interiectus illius. Si demõstratio ducatur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

catur ex causa, ostendet cur res sit. Si non ducatur, ostendet rem quidem inesse, non item cur insit, quia nouit interiectam terram: quamobrem sit defectio, non intelligit, quia defectio non est causa cur terra media ponatur, sed interiectus ille haud dubie causa est defectionis. Nam in definitione defectionis usurpatur interuentus ille, quare perspicuum est ex illo definitionem cognosci, non item contra. * Dici etiam illud potest, unius rei plures esse causas posse. Nam si res eadem in multis dici primum potest, faciamus ut a in b primo insit. in c item alio continenti ac primo, hæc uerò sint in d & e: erit igitur a in d & e. b uerò causſa est cur insit in d. cur uerò sit in e, causſa est illud c. Ita ubi causſa est, rem esse oportet: quod si res sit, non continuo causſam quamuis necesse est esse, tantum causſa sit oportet, non tamen omnis. Atenim nonne si propositum semper est generale ac uniuersum, causſa quoq; & id cuius est causſa, generalia sunt ac uniuersa? exempli causſa, defronde scere in aliquo genere certo inest, cuius si sunt species aliquæ, eis quoq; uniuersis inest, siue plantas eas appelles, siue plantas has uel illas. Quo fit ut in his medium & id cuius est causſa, æqualia sint necessariò uiciſsimq; commeent: exempli gratia, Cur defrondescunt arbores? profectò si id fit ob humoris concretionem, seu defrondescat arbor, cõcretionem inesse oportet, seu concretio insit non in re quauis sed in arbore, defrondescat quoq; illa necesse est. Illud etiam quæro, fieri ne posſit ut unius ac eiusdẽ effectus in rebus omnibus nõ una sit causſa, sed alia atq; alia, nec ne. Anne fieri illud ne queat, si res per se demonstrata est & proprie, non item ex signo aut accidẽte? quippe ratio extremi est medium. Quod



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*si non ita instituatur demonstratio, fieri potest. Porrò licet tum effectum tum subiectum in quo est, ex accidente inspicere ac æstimare, sed hæc nequaquam proposita esse uidentur: alioqui tale quoq; erit medium, nimirum si extrema sint ambigua, ambiguum. Sin quasi uno genere cõtineantur, tale etiam erit. Verbi gratia, Qua de caussa commutatur proportio? huius enim rei partim alia est in lineis ac numeris ratio, partim eadem. Nam qua lineæ sunt, diuersa est: ut uerò tale incrementum subit, eadem: ita fit in omnibus. Cur autem color sit colori similis, & figura figuræ, diuersa est utriq; caussa. In his enim ambiguum est similitudinis nomẽ. Figurarum enim similitudo in æquis lateribus fortasse, paribusq; angulis est posita: colorum uerò, in eo quod sub unũ sensum cadunt, uel in re alia tali. Quæ autem similitudine comparationis conueniunt, medium quoq; rationum similitudine idem habebunt. Id quod ideo fit, quando sese uicißim consequuntur caussa, effectus, & subiectum in quo caussa effectum imprimit. Quòd si res singulatim accipias, effectus erit amplior. Verbi caussa, externos angulos habere quatuor rectis pares, amplius est quàm triangulus, aut quadratum, omnibus autẽ figuris par. Omnes enim figuræ quæ externos angulos quatuor rectis pares habent, medium itidẽ habẽt. Porro mediũ illud ratio est extremi primi, quapropter scientiæ omnes finitione comparantur. Verbi caussa, uitibus omnibus consequens est ut defrondescãt, quin & eas superat: ficui item & eam excedit, non tamen totum genus exuperat, sed illi est par. Sanè si medium primum ceperis, illud est ratio defrondescendi. Erit enim ad alterum extremum medium primum, uniuersa esse talia. tum huius mediũ*

*est*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*eſt quod ſuccus concreſcit, aut ſimile quid. Quid autem defrondeſcere? eſt ſuccum in nexu ac copula ſeminis congelaſcere. Porrò ſi qui cauſſæ & effectus conſecutionem requirant, ijs per figuras ad hunc modum expones: faciamus ut in toto b inſit a, b item ipſis d ſingulis ut latius pateat. profecto ipſum b uniuerſum fuerit ac genus illorum d. Id enim uniuerſum appello, quod non retrouertitur: primũ uerò uniuerſum, cum quo unumquodq; neutiquam retrouertitur ac commeat: omnia uero maxime, neq; exuperant. Sanè cur a inſit in ipſis d, cauſſa eſt illud b, quo fit ut a amplius ſit quam b latiúſq; explicetur: alioqui cur hoc potius cauſſa eſt quàm illud. profecto ſi ipſis e omnibus ineſt a, omnia illa unum quoddam genus efficient diuerſum ab illo b. Quod ni eſſet, quonam pacto dici poſſet in quocunq; ſit e, in illud etiam conuenire ipſum a, non contra in quocunq; ſit a, in eo toto reperiri e. Quid ni uero aliqua cauſſa fuerit? ut cur a in omnibus d inſit. At ipſa igitur e unum aliquod genus efficient, id inſpiciendum eſt & appelletur c. Profecto unius rei plures eſſe cauſſæ poſſunt, nõ tamen in rebus ſpeciei eiuſdẽ. exempli cauſſa, ideo uiuaces ſunt animantes quadrupedes, quia bile uacant: uolucres uerò quia ſiccæ ſunt aut aliqua alia de cauſſa. Quod ſi non continuo in indiuiduum ueniũt, nec medium tantum unũ erit, ſed in plura, cauſæ quoq; plures erunt. Ex medijs uerò utrum rebus ſingulis cauſſa eſt, id ne quod uniuerſo primo, an quod rei ſingulari eſt propius? Sane conſtat ea cauſſas eſſe quæ rei ſingulari cui cauſſa quæritur, ſunt propinquiſſima: hæc enim in cauſſa ſunt cur primum contineatur uniuerſo, ueluti c cauſſa eſt cur d ſit a. c igitur illi d cauſſa eſt ipſius a. Ipſi uerò c cauſſa eſt*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ipſum b: hoc uerò ſibi ipſi cauſſa. Quod igitur ad ratiocinationem & demonſtrationem attinet, perſpicuum eſt quid utraq; ſit & qua ratione fiat, ars item demonſtrandi: res enim eſt eadem. Initia uerò quo pacto cognoſcãtur, quis itẽ ſit habitus qui de ijs cognoſcit, hinc intelligetur expoſita primum dubitatione. Antea diximus ſcientiam demonſtratione comparari nõ poſſe ab eo qui initia illa prima mediõq; carẽtia ignoret, quorũ cognitio eadẽ ſit necne, iure qnæſierit aliquis: & utriuſq; ſit ne ſciẽtia an non ſit: an unius ſit ſciẽtia, alterius aliud quoddam genus. An habitus illi in nobis comparentur cum antea nulli eſſent, an inerant quidem ſed ignorabantur? Abſurdum eſt profecto habitus illos in nobis haberi. Conſequitur enim cognitionem nos habere demonſtratione perfectiorem, idq; neſcire. Quod ſi habitus illos comparamus, cum antea nullos haberemus, quonammodo, quæſo, cognoſcamus & condiſcamus, cum nulla ſit anticipata cognitio? id enim fieri nequit, quemadmodum etiam in demonſtratione diximus. Conſtat itaq; fieri nõ poſſe ut habitus illos habeamus, uel in nobis planè rudibus ac ignorantibus nihilq; tale habentibus informẽtur. Neceſſe eſt igitur uim quandam habeamus, non tamen eiuſmodi quæ his perfectione ſit præſtantior. Id autem in omnibus animantibus eſſe uidetur. Habent enim omnes congenitam iudicandi facultatem quam ſenſum appellant. Ac cum omnes ualeant ſenſu, in nonnullis manſio fit rei ſenſu perceptæ, in alijs nulla fit. In quibus nulla fit ſenſorum permanſio, in ijs aut nulla planè eſt cum ſentire deſiterint, cognitio, aut in ijs certè rebus quarum nulla eſt in illis conſeruatio. Quæ autem ſentiẽdo poſſunt unum quiddam animo retinere, ea multa ſunt & inter

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*inter se differunt, quippe cum ex rerum huiusmodi memoria in alijs efficiatur ratio, in alijs non item. Porro ex sensu efficitur memoria, quemadmodum dicere solemus, ex eiusdē rei memoria sæpe redeunte fit experientia: multæ enim numero recordationes in experientiam unam abeunt. Ab experientia uerò seu mauis ex toto uniuerso in animo iam fixo & manente, uel etiam quod idem est, ex una re aliqua à rebus multis distincta, in quibus tamē omnibus una eadémq; est, ab ea inquam artis est ac scientiæ initium: huius, si est in rerum natura æstimāda: illius, si in rerum effectione. Ita nec innati sunt nobis perfecti distinctiq; habitus, nec ex habitibus alijs certioribus comparantur, sed ex sensu, non aliter quàm fit in prælio: exercitu enim in fugam uerso si miles unus restiterit, alius itidem atq; alius resistet, donec ad Imperatorem uentum sit. Talis est animus, ut qui hoc modo affici queat ac informari. Id uero quod modo diximus, nec id admodum dilucide, repetamus. Cum manserit unum aliquod promiscuū & indifferens, tum primū in animo effingitur uniuersum. Vt enim sentiatur res singula, sensus tamē rei est uniuersæ: ueluti hominis, non Calliæ qui homo est. in his rursus resistit, usque dum impartibilia restiterint ipsa inquam uniuersa, ut huiusmodi animal, tum animal, in quo similiter quoq; fit. Perspicuum est utiq; prima illa initia necessario à nobis inductione cognosci. Nam sensus ita uniuersum informat. Porro cum habitus animi per quos uerum dicimus, alij sint perpetuo ueri, alij mendacium admittant, ut opinio & ratio: scientia uero & intellectus sint perpetuo ueri, nec ullum aliud genus scientia sit perfectius, præterquam intellectus: cúmq; initia demonstrationibus sint*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*certiora, scientiáq; omnis cum ratione sit coniuncta, initiorum scientia esse nequit. Iam cũ nihil scientia sit certius præterquam intellectus, is utiq; initiorum erit, tum ob rationes ante dictas, tum quod demonstrationis initium demonstratio non est, nec itidem scientiæ, scientia. Quòd si nullum aliud genus uerum habemus præter scientiam, intellectus scientiæ principium sit oportet: ita principium principio accommodabitur, scientia uerò omnis ad rem totam illi subiectam similiter sese habet.*

FINIS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ex libris
lucouici uolumne
praesbiteri sancti
michaelis aleonibus
anno domini 1667
die octobris

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

# ARISTOTELIS
## TOPICORUM LIB. VIII.

*Ioachimo Perionio Benedictino Cormæriaceno interprete.*

*EIVSDEM Ioachimi Perionij commentationes, in quibus Topica Ciceronis cum his Aristotelis coniungit, vt omnes quid Cicero in suis ab Aristotele mutuatus sit intelligant.*

*AD Reuerendissimum in Christo patrem, Ioannem Bellaïum, tituli Sanctæ Cæciliæ presbyterum Cardinalem.*

*EDITIO TERTIA.*




*PARISIIS,*
*Apud Thomam Richardum, sub Bibliis Aureis,*
*ex aduerso Collegij Remensis.*
*M. D. XLVIII.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Summarg[umen]ta [illegible] tres inf[er]species ordine dignitatis
Distinctæ De constratiua Dialectica et S phistica q[uar]um numerū ide[m] et materia et medicinæ
Lectoribus prioris analiticos siue de eis continetur Deinde stratiua propriis absoluta
partibus Posteriori autē eo libr Dialectica hi octopartito absoluitur Quorum primus est pre-
fationis et præparatiuus ad eptem reliquos Quinque proxime equentes de locis et sedibus disserūt
tam simplicibus quam compositis Quorum quatuor sunt capita et propria veluti domicilia
4 cidem Genus proprium Definitio Duobus autē postremis officia interrogantis et Respondētis
absoluuntur ne quibus tota dis syllogismi dialectici cō sistit vt quæ ex ipsa mutua interroga
tione nascatur atque consistat

Operis inscriptio

Hoc opus recte inscribitur a materia sibi subiecta inscribitur videlicet a locis quos græci vocant topous qui in illo
tractantur Quamus enim syllogismi dialectici integritas et perfectio duobus absoluatur partibus Topicis
ual reliquis id est inuentione et iudicio De eius tamen inuentione his octo libris tantum disputatur
cum satis supraq[ue] dictum sit id est forma iudicatoria in priore analytici libri de omni syllogismo est
locutus in genere fuerit diffusa eadem Ratione tractatum quæ futura est de elenchis sophisticis
in quibus non de iudicio sed de inuentione apparentis argumentationis disputabitur Cæterum
metaphorica est in scripto Vt enim res quæque propriis continentur locis Sic argumentorum quorum libet
certus et definitus locus e quo quidem tamquam e gthe arma ad probationem educuntur

Methodus est via procedendi in artibus aristotelicæ in his libris est vt videtur de finitoria Nā omnē eorum materiā
ad quatuor enumerabit atque problemata reuocans accidentia cum destinati sunt 2 etz Generis.
de quo quarto Proprii tam simplicis quam compositi de quo quinto Definitionis de quo sexto
libro deputatur Duobus vero postremis interrogans erre pondens instituitur apotatur sicut
propositionem Summariam dicendarum breuiter statim in initio proponit

Locus qui græce dicitur Topos duplex est Simplex est simplex et compositus Simplex vulgo dicitur
differentia max ime qui quidem locus de signatur vocabulis et dictionibus res simplices semp
cantibus quales est a genere a specie a proprio equibus proxime exorta dialectica nec
generales enunciationes enūciationes conficiuntur quæ vulgo maxime dicuntur et cum sint certissi
probare volent Cum modi est definitio ab eo cui subiecta est numquam separatur proprium
cum pecie reciprocatur est similia Vtram q[ue] Aristoteles his libris est complexus Cicero prioribus tantum
Inuentio duplex fidei qua est argumentorum ennendorum eloci qua tam Rhetori qua dialectico
commenit propterea illam cicero in topicis et per equitus Altera est motus quasi similes
attributis personarum et rerum Rhetori familiaris et propria quam ideo cicero secunda parte
partitionis est disseruit

Subiectum huius operis est syllogismus dialecticus qui ex probabilibus cōcludit ide[m] est rebus
bus quæ probari possunt vide caliorum stoicorum error qui de inuentio dialectica bene docti
cientium bene dicere porro inter prætantes vera et propria accōmodata ducere dialectica
debere tantum dicere opinati sunt Summa huius primi libri

Hoc primo libro qui vice præfationis est agit de principiis syllogismi dialectici tā simplicib
quam compositis Cæterum memoriæ hmendæ oratia bipartita tributi potest prælud
et expositionem Præludium porro quod proximis absoluitur capitibus continet
operis institutum utilitatē et dicendi ordinem ordiuntur

Ordiuntur a generali propositione quæ summā operis distributionē et ordinē continet Cæterū
pollicetur se interrogante errē posse tē edoctum ipm Rationē inuenire Gloriatur Aristo
circa elenchorum fore nihil a veteribus habui se quod de syllogismis dictum est de sibi videat
acceptam referre inuendi rationē quam sententia confirmat Marcus Tullius mitto topiquorū
vbi Ari t. tertium a partis dialectices principem nominat

Vsum et dialectices utilitatem tangit qua est ad omnē quæstionē probabili ratione tractādam
per principia cōmunia nō alicuius artis propria sic tab oratione distat quod dematio tātum
circa ciuiles res probabiles versatur

Ordo ordinata est id est descriptio distributio primi libri Syllogismum in genere definit eius
species enumerat eo ordine quo ordinamus suam compositi vtile certa habuit potest ratio
cur topica post sophisticos scripserit quæ inuentionē naturā iudicio priore in dialecticus enim syllogismus
de quo his libris agitur dignitatis ordine sumit genus de quo in prioribus analyticis est demon
strationem de qua in posterioribus agit sequitur Demonstratio duplex est Vna quæ per
causam et principia sue notiora secundum suam naturam colligit effectum sue illud quod
enanat a primo quæ propterea quod appellatur Altera est quæ per effectū colligit causam
Vocatur quia demonstratio quia est Vtramque Aristoteles vnica definitione est complexus

Principia per se et naturā suā bera sunt quæ rudioribus probari nō possunt nisi inductione aut
tibi a sensu relatione dialectica quæ videlicet per veri similia Probari enim nō possunt
demō stratione cum nec habeant causam nec aliquid prius natura Cæterum principia
artium subalternarum prædicto modo probari possunt at per principia superiorum scientiarū
principia medicinæ per physicam astrologiæ per geometria Musicæ per Arithmeticam
Sophisticus syllogismum definit ex omnis dissentiens colligitur triplex syllogismus fallax
et sophisticus primum apparens probabilis et bene colligens de quo quid habet visum videt
dormiens habet visum igitur videt Secundus Rebus probabilis est sed male colligens sic
sola figura vitiosa est de priori sola materia verbi gratia si in secunda figura Sax vtroque
antecedente vniuersaliter affirmatiuo hoc modo fiat syllogismus Omnis lapis est substantia
omnis homo est substantia igitur omnis homo est lapis Tertius apparens probabilis
et male colligens in quo utraque est vitiosa et materia et forma hoc pacto Sensibilia a
mouentur cadauera nonnulla igitur sunt sensibilia Non enim de quod
Dubii remotio quadruplex probabile consistit alterius rei nomine Alterum nomine familiæ et
Superfluere referius quod quidē rudioribus negotium facessere eo quod in errorem inducere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*REVERENDISSIMO IN CHRISTO Patri, D. Ioanni Bellaio, tituli Sanctæ Cæciliæ presbytero Cardinali, Episcopo Parisien. Abbatique beati Pauli apud Cormæriacum, Ioachimus Perionius Benedictinus Cormæriacenus S. P. D.*

CUm veterum philosophorũ, qui sua quisq; natura duce omne suum studiũ in veri inuestigatiõe posuerũt, tũ vel maximè Arist. præstantissimũ ingeniũ, acerrimũ laborẽ, singularémq; doctrinam, Ioannes Bellai Cardinalis amplissime, soleo mirari, quoties quã multa de omnibus disciplinis summo iudicio scripsit, mecum ipse in animo recordor. Nam cũ philosophia, vt de hac potissimũ dicã, in tres partes omnis distributa sit, quarum vna est ratio disserendi, altera viuẽdi, tertia explicatio cognitióque naturæ: cæterorũ maior pars vnã aut alteram, perpauci tres illas coniunxerũt ac tractarunt, ita tamen, vt nec ratione eas, nec via & artificio tradiderint: hic cum quicquid superiores scriptum de illis reliquissent, quasi vnũ in locũ ad consyderandum contulisset, facilè & pro acerrimo ingenio quo præditus erat, quid rectè præcepissent, quid absurdè, intellexit, & pro summa eruditione atq; iudicio, eorum errores corrigens, inchoatam ad illud tẽpus philosophiã plenè, suísque partibus ac numeris omni. absoluit & expleuit. Ac secundam quidem partẽ quæ est de moribus, ita copiose tractauit, vt non solum iis bene viuendi præcepta daret qui vitæ priuatæ ratione contenti, sibi ac suis



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*consulerent, sed iis etiam, qui in Reipublicæ luce versarentur, quemadmodũ se gererent, quídque spectarent, tra eret Quid de naturæ cognitione dicam? nónne eam partem persecutus est tanta diligentia, vt quemadmodũ & Ciceroni placet, & nos perspicimus, nulla ab eo pars cœlo, mari, terra, prætermissa esse videatur? Iam verò tertiæ illius partis quæ tota in differendo posita est, cui veterũ idem auctor vel maiorem cognitionem tribuit, vel pleniorem explicationem? Cum enim multis in locis duos tantummodo eius disciplinæ auctores, atque hos duarum disciplinarum principes Zenonem atque Aristotelem cõmemoret, atq; hunc illi anteponat, planè quem ipse omnium præstantissimum existimet, declarat. Itaque hũc sibi ipse, cum Trebatij rogatu Topica scriberet, proposuit ad imitandum. Huius exemplo qui tres de arte rhetorica libros scripsisset, totidẽ de oratore edidit. Hic qui ea omnia quæ de Republica scriberet, ipse loqueretur, eundem vt in optimo statu ciuitatis cõstituendo ipse loqueretur, valde commouit: huius locos innumerabiles non tractauit modo, sed etiam transtulit. hũc denique suis libris mirificis laudibus ornat, cæterisq; omnibus, excepto vno Platone anteponit. Quò molestius ferendũ est, cuius viri laudes tot & tantas expressas à Cicerone legimus, vt si nihil omnino scripsisset, tamen incredibile sui desiderium nobis relinquere deberet: eius scripta tam multa, quibus omniũ rerum vel cognitione dignissimarum disciplina continetur, non pro eo ac debent, ab omnibus euolui & edisci Obscuritas est in iis illa quidem magna, sed non tanta, vt tam multos reiicere debeat. Neque enim Ciceronem deterrere potuit, quominus tumultibus & molestiis forensibus occupatum & impeditum, quin eius scripta*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

omnia accuratissimè quantum ex illius libris intelligere possumus, percurrerit. Sed est, profectò, est alia causa hodie grauior, quæ & Ciceronem abducere non potuit, & nostros abstrahit, atque deterret: quam quoniam alio loco pluribus exposui, idcirco eam nunc breui sermone cõcludam. Cicero enim Græce sciebat, nondum Aristoteles ad nostrorum hominum cognitionem versus erat: hodie pauci sunt Græcis literis eruditi, atque horum vix perpauci Aristotelem græcum intelligunt. Ita eum qui rudi & inculto sermone explicatus est, adhibere coguntur: quem cum eiusmodi perspiciunt, qui rem obscuret potius quàm aperiat & illustret, tum Aristotelis lectione minus delectari solent: quasi verò eius sit ista culpa, non eorum potius, qui illius splendidissimam & planissimam orationem quasi obruunt & obscurãt. Quæ cum ego cogitarem & acerbè ferrem, mihi quid interpretando posſem, tentandum putaui, vt hanc Aristotelis causam pro mea parte subleuarem. Idq; iam superiore anno ingressus sum facere, editis eius ad Nicomachum filium libris decem de moribus, quos longa commentatione ac meditatione paratos limatósque ad Ciceronis politissimam incudẽ, ad id tempus reseruaueram. Sed quoniã pars illa philosophiæ est peruulgata, neque tanta obscuritate quasi quibusdam tenebris circunfusa & obducta, eam ego illustrandam hoc tempore suscepi, quæ & abstrusior, & vtilior, & magis necessaria videtur. Dialectica enim cùm earum rerum est, quæ ab vsu communi, quotidianóque sermone abhorrent, tum ea profitetur, sine quibus cæteræ artes omnes munera sua præclarè obire ac sustinere non possunt. Nam & quemadmodum verum à falso internoscatur, & quid efficiatur è quoque, & quid cuique consequens



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſit, quid repugnans, & quid quicque ſit, quáque ratione definiendo vniuſcuiuſque rei vis & natura aperiatur, & quomodo genera in partes tribuantur, ſe patefacturã pollicetur. quæ quidẽ omnia in aliis diſciplinis multũ valere, quis ignorat? Cum autem huius diſciplinæ duas partes à Cicerone eſſe didiciſſem, vnam inueniendi, alterã iudicandi, libẽter feci, vt eam quæ tota inueniendis locorum argumentis poſita eſt, primum transferrem, vt quæ pars eiuſdem Ciceronis ſententia & potior ad vſum, & ordine naturæ prior eſſet, ea etiam prior ad noſtrorum hominum vtilitatẽ cognitionémque verteretur. Illa quoque cauſa me in hanc ſententiam duxit, q cum Ariſtotelis Topica, (eſt enim ea pars de qua agitur) de Græcis conuerſa eſſent à nemine niſi ab vno Boëthio, qui verbum è verbo exprimens, neq; rem explicaſſet, neque latino ſermone tractauiſſet, ita me de ſtudioſis Dialecticæ bene meriturum ſperaui, ſi iis libris potiſſimum aliquid lucis ac ſplendoris attuliſſem. Sed illa me cauſa præter cæteras impulit, vt à Topicis ordirer, quòd Ciceronis legens Topica, cum hísque cõiungens, locos quos ille de his ſumpſiſſet, diuturna animaduerſione obſeruaueram ac notaram. quos ſi non ſolum in cõuertendo Ariſtotele adhiberem, ſed ſeparatim coniunctos inter ſe ederem, multi ad legẽda Ariſtotelis Topica excitarentur: nec philoſophi ſolum, ſed ij etiã qui humanitatis ſtudiis eruditi, quæ Cicero ab Ariſtotele in Topica ſua tranſtuliſſet, cuperent cognoſcere. Ac nos quidem vtrunque conati ſumus efficere: quàm plenè autem id & cumulatè præſtiterimus, iis licebit exiſtimare qui legerint. Octauo quidẽ libro, qui vtilitatem æquat cæterorum, aut ſuperat potius, quantæ tenebræ offuſæ ſunt interpretatione ea qua adhuc vſi ſumus, vt taceã*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

de cæteris,& ij sciunt qui aliquid tẽporis & operæ in eo cõsumpserunt,& ij facilè intelligent,quibus studio erit eum cũ nostro cõiungere.Dedimus enim operã,quoad potuimus,vt cũ reliqui omnes,tũ hic qui omniũ est obscurissimus,planissimus fieret,eiq; etiam maior quidam nitor orationis adhiberetur. Quæ quidem omnia cũ cæteris omnibus probatum iri cõfido: tum vt tibi probentur,Cardinalis humanissime,te etiã atque etiam rogo.Ad te enim vnum hoc totũ qualecunq; est,mittimus,eóque bono si quid forte tale existit,per te aliis frui licebit.Neque verò fortuitò factum videtur,sed consilio & ratione prouisum,vt cùm superiore anno Frãcisco Bohero Põtifici Maclouiensi,viro & bonis artibus erudito,& virtutibus omnibus instructo,qui à morte Dionysii Briconeti viri clarissimi,cui in munere Cormœriacenæ præfecturæ cuius sum, quasi successisti,studiorum nostrorum patrocinium quod ille susceperat,quibuscunq; potuit rebus,& quacunq; potuit benignitate defendisset,libros decẽ Aristotelis de moribus,dedicarim,tibi hæc potissimum eiusdem Topica hoc tempore cõsecrarẽ. Nam cùm Aristoteles his libris locos proponat,ex quibus,vt vult Cicero,ad eam etiam disputationem qua in causis vtimur,omnis argumentatio inueniatur,tu vnus occurristi,cui hæc horũ librorum editio maximè cõuenire videretur.Te enim pro grauissimis Galliæ nostræ causis,exteræ nationes non solum æquis animis dicentem sæpe audiuerũt,sed incredibilem etiã dicendi vim & copiam tuã admiratæ sunt. Te Italia æquo animo vidit,tibi Roma clarissimos honores tribuit,tuámq; fidem & summã constantiã in rebus dubiis Gallia perspexit.Quid de Britãnia dicã? quæ te ante quàm videret appetiuit.venieti læta & frequẽs obuiã processit.quãdiu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

te habuit, omni officio prosecuta est: abeunte te, ingenuit?
Quamobrem? nisi quia antè quàm te videret, de tuis virtutibus, & de incredibili dicendi copia audiuerat: quas cum in te spectaret ac perspiceret, lætabatur: cum iis se priuari tuo abitu sentiret, dolebat. Prætereo & regum & principum & summorum virorum ad Principem literas, quibus illi fidem faciebant quanta fide, quanta animi æquitate & constantia, quantis studijs, quanta diligentia, munere legationis apud se fungerere. Quibus tot ac tantis virtutibus, quasi gradibus quibusdam iter tibi ad honores, quos adhuc summos & clarissimos te videmus consecutum, patefeciſti. Quapropter non temere, vt dixi, sed ratione factum est, vt hæc Topica, quibus inueniendorum argumentorum disciplina continetur, tibi dedicarem: cum præsertim ea tradant, quæ cum sapientiæ ab ineunte adolescentia coniunxisses, magno tibi emolumento fuerunt & dignitati. Quibus de causis in his legendis officium meum te probaturum esse confido, idque vt facias, te vehementer rogo. Vale Cardinalis præstantissime, Lutetiæ Parisiorum XVII. Cal. Iulij M. D. XLI.

# ARISTOTELIS

## TOPICORUM LIB. I.

HOC nobis loco propositum est viam atq; ratione inuenire, qua & de omni quæstione proposita, probabili argumẽtatione poterimus disserere: & nihil repugnãs, si quid in disputationibus defendamus, afferemus. Ac primũ quidẽ quid sit ratiocinatio dicendũ est, quæq; eius genera, vt ratiocinatio dialectica, quoniã hoc sermone eam inuestigamus, quid sit intelligatur. Est igitur Ratiocinatio, oratio in qua quibusdam positis aliud quiddã, quàm quæ posita sunt, ex iis ipsis quæ posita sunt, efficitur necessario. Demonstratio autẽ est, cum ex veris & perspicuis cõclusio est, aut certè ex eiusmodi quæ à quibusdã perspicuis & veris causam cognitionis sumunt. Dialectica verò ratiocinatio est, quę ex probabilibus cõcluditur. Vera quidẽ sunt & perspicua ea, quę non ab aliis, sed à se ipsa fidẽ habẽt. Neq; enim initiorũ ac principiorũ, quę scientiã gignũt quęrenda ratio est, eáque omnia per se ipsa perspicua esse debẽt. Probabilia autẽ sunt quę probãtur, aut omnibus, aut plurimis, aut certè sapiẽtibus: atque iis vel omnibus, vel plurimis, vel iis quorũ spectata est & perspecta sapiẽtia. Fallax autẽ & certandi studio cõparata ratiocinatio est, quæ ex iis progreditur, qúę probabilia vidẽtur, nec sunt: aut quę ex probabilibus, vel quæ probabilia videntur, existit. Non enim omne quod probabile videtur, etiã probabile est: quãdoquidem nihil eorũ quę habẽtur probabilia extrinsecus & quali specie prima tale existit omnino. Id quod initiis cõclusionũ falsitatiũ solet cõtingere. Celeriter enim ac sępe iis etiam qui parum cernere possunt, his in rebus falsi natura se offert & ostẽdit. Prior igitur ratiocinationũ earũ quas fallaces & studio certãdi cõparatas esse diximus, etiã ratiocinatio vocetur. Altera fallax ratiocinatio non omnino ratiocinatio dicatur, quoniã cõcludere videtur, neq; cõcludit. Sunt etiã prętęr eas ratiocinationes, quas ex

Hoc nomine distinguit dialectica ab aliis, & sentiis quod præter quam quod inuenit & de reliquę methodum inuestigandi doceat.

Cetera nota est, id est, distributio primi libri.

Nam syllogismus dialecticus & tractatus argumentorum dialectici quę his libris instituit.

Nam incognito genere nõ possumt cognosci formę eius sunt huius definitionis partes quarum prior excludit argumentationes imperfectas, posterior concludit sophisticas.

Intellige necessaria & demonstrativa a dialectico syllogismo separatur, secundum eadem erunt & cõmunia habebit probabile duplex re vera & ex sua natura quod apparet docto adhibita ratione. Probabile apprehendat dialectices & deinde tractatum fiat etiã docto ad habita attentione ex propria cura. Latinum videtur explicat partes definitionis dialectices & deinde tractatum argumentationis vt facilius ad sophistica quę ueniat quæ ex his & probabilibus efficiuntur videtur.

Probabilia num quid aphrodisio quatenus talia sunt neq; vera neq; falsa iudicantur? Et media probabilio porro natura ex respondetur nimi et interrogatium opinione habetur necessaria vero veritate prędit Arist. interrogante et respondente de hoc tractatorem nõ instruit sed tantum dialecticum.

Duas dumtaxat syllogismorum differentias hic constituit scilicet primas, hic constituit rationes habes erratorum quæ sint in syllogismis quorum materia sunt primanda materia et forma. Primus autem tres enumerauit formas rationem habens syllogismorum pecatorum quę sunt fere mediare.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

posuimus fallaces conclusiones, quæ ex propriis initiis nõnullarum artium efficiuntur & cõstant, quod fit in Geometria aliisque quæ huic finitimę sunt. Nã inter genus hoc & superiora aliquid interest. neq; enim ex veris & primis, neq; ex probabilib⁹ progreditur is, qui falsa descriptione vtitur. Non enim in definitionem incurrit, quoniã nec sumit quæ probantur omnibus, nec quæ plurimis, nec quę sapientibus: atq; his, nec ea quę omnibus, nec quæ pluribus, nec quę probatis: sed ex propriis scientię sumptionibus, nõ veris, quod vult efficit. Nã quia semicirculos describit, nõ quẽadmodũ describendi sunt, aut lineas ducit non quomodo sunt ducẽdæ, eo falsam cõclusionẽ efficit. Ac ratiocinationum quidẽ genera hæc sunt, à nobis planè ac pingui quadã Minerua exposita. Nam & de iis quæ iam diximus, & de iis de quibus deinceps dicturi sumus, summatim quidẽ hęc hactenus. Siquidem de iis non est huius instituti subtiliter & accuratè disputare, sed planè, quantumq́; satis esse duximus ad simplicem eorum cognitionem, quam à nobis hæc postulat disputatio.

Sequitur vt deinceps ad quot quasq; res instituti nostri ratio cõducat, disseramus. Tria autem sunt, quorũ primum exercitatio est, alterum cõgressus, tertium philosophiæ scientia. Atq; ad exercitationẽ quidem magnum eam adferre adiumentum hinc perspici licet, ꝙ si via & ratione instructi veniemus ad disputandum, facilius de re proposita disserere poterimus. Ad cõgressus autẽ & colloquia, ꝙ multorum enumeratis expensisq́ue sententiis, no ex alienis & longe petitis, sed propriis aptisq́; locis sermonem depromemus, quem cum ipsis cõferamus. Ita si quid minus præclare nobis videbuntur dicere, id facile refellemus. Ad philosophiæ autẽ rationem, ꝙ facultate in vtranq; partem de re quaq; disputandi instructi, facilius in quaq; re quid verũ sit, quid falsum, perspiciemus. Atq; etiam ad prima initia omnium artium cognoscenda, in hac arte vis maxima est. Nã quoniã principiis quæ propria artis eius sunt de qua agitur, adhibitis, de iis ipsis nihil dici potest, nec concludi (sunt enim sua cuiusque artis prima & perspicua principia) certè iis omnib. quæ in quaque probabilia sunt vtamur necesse est, si quid de his exponere velimus. quod dialecticæ proprium est vel maxime. Cum enim hæc, ratio sit quædam indagatrix, ad omnia omnium rerum quę via &.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ratione progrediuntur, principia, viam aperit. Sed huius rei tum demũ perfecta in nobis erit ratio, cum id accidet nobis quod iis qui arte rhetorica, medicina, cęteriſq; artibus ſunt prędíti. id eſt cũ ex iis quæ in noſtra erũt poteſtate efficiemus, quæ volumus. Neq; enim vel orator omnibus modis perſuadere ſolet, vel medicus curationem adhibere: ſed ſi nihil prætermittat eorum quę adhibere poſsit, tum deniq; & peritum eum artificẽ iudicamus.

Primum igitur ex quibus hęc cõſtet ratio, videamus. Quod ſi expoſuerimus, quot quibuſq; de rebus omnis inſtituatur diſputatio, ac ex quib⁹ cõficiatur, & quẽadmodũ ea omnia nobis ſuppetent, facile quod volumus cõſequemur. Sunt autẽ numero paria, & ea ex quibus ſermones cõſtãt, & ea in quibus ratiocinationes verſantur. quippe cũ ſermones ex propoſitionibus cõficiantur, & ratiocinationes ducãtur à quæſtionibus. Omnis autẽ propoſitio omniſq; quęſtio aut genus declarat, aut propriũ, aut accidens. Nã differẽtia, quia generi attribuitur, in eodẽ, in quo genus numero reponenda eſt. Quoniamq; propriũ aliud eſt quod rei naturã explanat, aliud quod nõ explanat, diuiſum ſit proprium & diſtributum in partes has duas, appelleturq; vnũ, id quod rei vim & naturã declarat, Definitio. Alterũ cõmuni nomine quod habuit, vocetur Propriũ. Ex quo perſpicuũ eſt, quatuor omnia fieri vt diuiſimus, vel propriũ, vel definitionẽ, vel genus, vel accidẽs. Neq; verò dictũ velim hæc omnia per ſe aut ꝓpoſitione efficere, aut quęſtionẽ: ſed hoc dico, ex his omnibus & quęſtiones cõſtare, & propoſitiones. Differt autẽ ratione quadam propoſitio à quæſtione. Nam ſi quęratur hoc modo: An ſit animal gradiens bipes, definitio hominis? aut, ſit ne animal hominis genus? propoſitio eſt. Sin hoc modo, Sit ne animal gradiens bipes definitio hominis nécne? quęſtio eſt. quod idem in cæteris contingit. Pari igitur numero inter ſe reſpondent & propoſitiones & quęſtiones: preſertim cum ex omni propoſitione ſi rationem dicendi mutes, quæſtionem facere poſsis.

III. Hactenus præfato Ariſtotele Rẽſam mutuabor reliqua. Primũ igitur de principio dialecticę ſillogiſmi ſcientię materia tam remoti quę a quatuor emutiantur accidente genere proprio & definitione, quã propinquis cum ſuo de ſubiecto ſunt propoſitio et problema dialecticum differt. Porphyrius eſt qui facilitatem diuiſionis obiectione quod diſtinguere inter eum cultu nõ animum rauerit quã vult ſub quere continuo. Differẽtia porro intelligẽ quæ de pluribus in eũ citatur more generis nã differẽtia quæ cum pecudibus vocatur de ea tamẽ dicitur ut de natura continetur.

Diuiſio enunciatorũ in tria genera multiplex alij ambionũ habebat. Nam ꝓprium ſubdiuidit duas in partes quarũ altera definitio altera vero quæ proprio vocabulo caret communi nuncupatione ꝓprium appellauit.

Nunc dicẽdũ eſt, quid ſit definitio, quid genus, quid propriũ, quid accidens. Definitio eſt oratio, quę id quod definitur explicat quid ſit. adhibetur autem aut oratio pro nomine, aut pro oratione oratio. poſſunt enim quædã etiã orationi ſubiecta quæ quid declarant & ſignificant, definiendo aperiri. Qui autem IIII.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quoduis nomen ad rem definiendam adhibent, ij profectò rei definitionem non explicant: quãdo quidẽ omnis definitio oratio eſt. attamen hoc referendũ eſt ad definitionem, vt honeſtum eſt quod decet. Itemq; hoc, vtrum idem ſit ſenſus & ſcientia, an aliud, definitioni attributũ eſt. In definitionibus enim idémne ſit an alterum, multus vſus eſt. Ad definitionemq; pertinent ea omnia quæ ſubiecta ſunt viæ & rationi eidem, cui definitio. Atque hęc omnia talia eſſe ex hoc intelligi poteſt, ꝙ ſi poſſumus quid idem ſit, quid aliud differere, magna nobis de definitionibus diſputandi ſuppetet copia. Nam ſi non idem eſſe oſtendemus, definitionem infirmabimus, quanquam non id retro commeat. Non enim ſatis eſt ad conſtruendã definitionem; idẽ eſſe docere: ad euertendam autem ſatis eſt, non eſſe idem oſtendere. Propriũ autem eſt, quod quid ſit res nõ explicat, in ſoloque ineſt, & viciſsim de re dicitur. velut hominis proprium eſt natum eſſe ad percipiendam grammaticam, Si enim homo ſit, vim habet ad percipiendam grammaticam, & ſi quid ſit quod vim ad percipiendam grammaticam habeat, homo. Neque enim quiſquam id proprium eſſe dicat, quod in aliam rem transferri poteſt: vt dormire hominis proprium nõ eſt, etiam ſi ad quoddam tẽpus in ſolũ hominem cadat. Sed ſi quid tale propriũ dicatur, non omnino, ſed ad quoddã tẽpus, aut ad aliquid collatũ propriũ appellabitur. Nã à dextra eſſe, propriũ eſt interdũ & bipedem eſſe, propriũ eſt, quod cũ aliquo cõfertur, vt hominis propriũ eſt ad equũ & canẽ. Atq; nihil eorũ quæ in alio ineſſe poſſunt viciſsim dici hinc perſpici licet, quod nõ eſt neceſſe ſiquid aliud dormiat, id eſſe hominẽ. Genus autẽ id eſt, quod de pluribus, ſpecie autẽ differentibus dicitur in quęſtione qua quid ſit res quæritur. In quæſtione autẽ qua quid quicque ſit quæritur, ea dicuntur omnia, quibus accõmodatè & aptè reſpondent qui rogãtur quid ſit id de quo agitur. Vt ſiquis rogetur quid ſit homo, apte reſpondebit, animal. Generi etiã illud attributum eſt, ſítne aliquid in eodem genere in quo aliud, an in alio. hoc enim ad eundem locũ, ad quem genus, referendũ eſt. Nam ſi animal genus hominis eſſe demonſtrauerimus, bouis etiam certè oſtenderimus, quoniam in eodem ſunt genere: & ſi alterius eſſe genus docuerimus, alterius non eſſe, ea non ad idẽ genus docuerimus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pertinere. Accidẽs eſt, quod nihil horum eſt, nec genus, nec definitio, nec proprium, rei autem conuenit: & quod cãdere poteſt in rem vnam aliquam, & in eandem non cadere, velut ſedere & conuenire eidem, & non conuenire poteſt. Itémque id quod album eſt, quoniam nihil prohibet eundem aliàs album eſſe, aliàs non album. Harum autem accidentis definitionum verior eſt & aptior ſecunda, Siquidem priore propoſita, & cõſtituta, ſiquis eã ſit intellecturus, is antè quid definitio ſit, quid genus, quid proprium ſciat neceſſe eſt: at poſterior ſatis ipſa per ſe plena & perfecta eſt, vt quid ſit accidens per ſe intelligatur. Accidenti attributæ ſunt rerum omnium inter ſe comparationes, quæ ab accidente ducuntur, vt vtrum expetẽdum magis, quod honeſtum eſt, an quod vtile? & vtra vita ſuauior, eáne quæ virtute an quæ voluptate dirigitur? & ſi quid aliud eodem modo dicitur. In iis enim omnibus vtri id de quo agitur magis cõueniat, quæritur Ex quo perſpicuum eſt, accidens ad quoddam tẽpus, & cum aliquo collatum proprii nomẽ obtinere poſſe. veluti ſedere, quod eſt accidens, ſiquis ſolus ſedeat, tum ad tempus proprium erit: & ſi ſolus quis ſedeat, etiam erit proprium ad eos qui non ſedent. Ita nihil prohibet accidens ad quoddam tẽpus & cum aliquo collatum, vim proprii ac nomen obtinere, cum interim omnino nõ ſit futurum proprium. Illud autem ignorare non debemus, ea omnia quæ ad proprium, quæ ad genus, quæ ad accidens referuntur, attribui etiã definitionibus poſſe. Nam ſi demonſtrauerim non ſoli ei conuenire quod ſubeſt definitioni, vt in proprio: aut non eſſe in definitione genus id quod datũ eſt, aut nõ ineſſe vlli eorũ quæ in definitione continentur: quod etiam in accidẽte dici poteſt: certè definitionẽ euerterimus. Ita quemadmodum iam dixi, quæ enumerauimus quodãmodo, ſub definitionem cadũt omnia. Nec verò ob eã cauſam in his omnibus via & ratio vna generalis quærenda eſt. Nõ enim hoc inuentu facile eſt: & ſi inuentum ſit, tamen incertũ erit omnino, nec magnũ adiumentũ ad id quod quærimus adferet: at ſi propria eorũ ſigillatim via tradatur, facilior ex iis quæ ſingulorũ propria ſunt, de re propoſita erit explicatio. Itaque ſummatim & plane, vt antè dixi, facienda partitio eſt. Tum ſua cuique & aſſignanda & tribuenda, quæ eadem generi & definitioni attributa dicimus. Quanquã fere quæ V.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

VI. expoſita ſunt, apta ſunt ſingulis. Primũ autẽ omnium de eodẽ differendũ eſt, quot modis dicatur, tripertito autẽ, vt planius dicã, diſtributum eſt. Aut enim numero, aut ſpecie, aut genere idẽ ſoliti ſumus dicere. Ac numero quidẽ eadẽ ſunt, quorũ & nomina plura & res vna eſt, vt veſtimentũ & veſtis. Speciei autẽ eiuſdem ſunt ea quæ multa ſunt, neq; ſpecie differunt, vt duo homines, vt duo equi. Ea enim eiuſdẽ ſpeciei dicuntur, quæ eidẽ ſpeciei ſubiecta ſunt. Itẽq; eiuſdem generis ſunt ea, quæ eidẽ generi ſubiiciũtur, vt hõ & equus. Aqua autẽ quæ ab eodẽ fonte manat, eadẽ dici alio modo atq; ſuperiora, videbitur, ſed tamen in eodẽ genere numerãda eſt, in quo ea quæ vnius ſpeciei quoquo modo habẽtur, præſertim cum cognatiõe quadã & ſimilitudine hęc inter ſe cõiuncta ſunt omnia. Siquidẽ aquę oẽs q̃ſimilitudinem quandam inter ſe habeant, eiuſdẽ ſpeciei ſunt: & aquæ ab eodẽ fonte fluentes quæ eædem dicuntur, non alia ratione differunt, niſi q̃ excellentior ſit & maior ſimilitudo. Itaq; non ab iis hoc genus ſeiungimus, quæ eadẽ quoquomodo ſpecię continẽtur. Conſtat autẽ inter omnes, id quod eſt vnũ numero, idẽ appellari veriſimè. Idq; ſolet in multas partes tribui. quarum prima eſt, & maximè propria ea, qua aliqua eodẽ nomine vel definitiõe explicãtur, vt veſtimentũ & tunica, vt animal gradiens bipes & hõ. Secũdo loco ea quæ eiuſdẽ ſunt proprietatis, cuius generis eſt hoc totũ, quod vim habet ad cognitionẽ percipiendã, & hõ: & quod ſublime naturâ fertur & ignis, eadẽ ſunt proprietate. Tertio loco cum id ab accidẽtibus naſcitur, vt quod ſedet, quódq; muſica præditũ eſt, idẽ eſt quod Socrates. Vnũ enim numero hæc declarare omnia, ex iis qui nominũ mutationẽ faciũt, intelligi poteſt. Sæpe enim ſi quẽ euocari iubemus nominatim, neq; is intelligit cui iubemus, alio tũ nomine vtimur, quaſi facilius ex re aduentitia fit intellecturus, ideóq; vel ſedẽtem, vel diſputantẽ ad nos accerſiri iubemus. Ex quo perſpicuum eſt, idem exiſtimare nos accidente declarari, quod nomine. Idem igitur tribus modis, vt expoſitum eſt, dicitur. Omnem autem diſputationem de iis omnibus haberi & tractari, primùm ex hac inductione perſpici licet. Si quis enim vnam quamq; propoſitionem & quæſtionem perſpiciat & conſyderet, is certe vel ex definitione, vel ex proprio, vel ex genere, vel ex accidente eam conſtare

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

animaduertet. deinde id ratiocinatione hac concludi poteſt. Quidquid enim de aliquo dicitur, id neceſſe eſt reciprocari, vel nõ reciprocari. Si reciprocatur, definitio erit, vel proprium. Nã ſi naturã rei explicet, definitio: ſi nõ explicet, propriũ erit: præſertim cum propriũ id eſſe definierimus, quod viciſsim diceretur, neq; rei vim naturámque explicaret. Sin minus ipſum & res reciprocentur, aut in iis eſt quę in definitionẽ incluſa de ſubiecto dicuntur, aut non. Si in iis quæ in definitione comprehenſa de ſubiecto dicuntur, aut genus, aut differentia ſit neceſſe eſt. quandoquidem è genere ac differentiis omnis definitio eſt. Si non eſt in iis quæ in definitione continentur, profectò accidens ſit neceſſe eſt: ſiquidem accidens id eſſe definiuimus, quod nec definitio eſt, nec genus, nec proprium, rei autem accidit. Deinceps categoriæ exponendæ ſunt, ad quas eæ quatuor rerum quas diximus diſtinctiones differentiæque referuntur. Sunt autem numero decem, ſubſtantia, quantitas, qualitas, ea quæ cum aliquo conferuntur, vbi, quando, ſitum eſſe, habere, facere, pati. Sẽper enim ad vnam harum decem, accidens, genus, proprium, & definitio pertinent: vt neceſſe ſit omnes quæ ex his conſtabũt propoſitiones & quæſtiones, aut ſubſtantiam, aut qualitatem, aut quantitatem, aut aliquam aliam categoriam indicare. Id autẽ quod ſubſtantiam declarat, interdum ſubſtantiam ſignificare, interdum qualitatem interdum aliam categoriam, ex hoc perſpici poteſt, quòd cum propoſito homine aliquis dicit, id quod propoſitum ſit eſſe hominem aut animal, is & naturam dicit, & ſubſtantiam explicat: cúmque propoſito & conſtituto colore albo, dicit id de quo agitur, colorem album eſſe, naturam & ſubſtantiã declarat explicátque qualitatem. Itémque ſi propoſita magnitudine vnius cubiti, id cõfirmet, de quo agatur, magnitudinẽ eſſe vnius cubiti, ſubſtantiã dicit, & quantitatem indicat. Quod idẽ in cæteris contingit. Siue enim idem de ſe dicatur, ſiue genus in eodẽ, naturam ſubſtantiãque declarat. Sin de alio non naturam iam, ſed vel qualitatem, vel quantitatem, vel aliquam aliam categoriã indicat. Quare hæc tot ſunt de quibus omnis inſtituitur diſputatio. Sequitur vt quemadmodum propoſitiones eligamus, quibúſque rebus hæc nobis facultas ſuppeditabitur, doceamus.

Primũ igitur exponendum eſt quid ſit Propoſitio Dialectica, VII.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quid Quæstio Dialectica. Neque enim propositio quæstióque omnis dialectica putanda est, præsertim cum nemo, qui quidem mentis suæ sit, proponat ad disputandũ, quod probetur nemini, neque id quærat quod perspicuũ sit omnibus, aut plurimis: quã doquidẽ hæc nullam dubitationem habent, de illis disputare nemo velit. Est autem propositio dialectica, interrogatio probabilis, quę non sit contra opinionem vel omnium, vel complurium vel sapientum: ac sapientum, aut omnium, aut permultorum, aut eorum, quorum maximè perspecta est & spectata sapientia. Ponere enim licet quod sapientibus probetur, dummodo maximæ partis sententiis minimè repugnet. Pertinent etiam ad propositiones huius generis ea omnia & quæ ad probabilium similitudinem accedunt, & quæ contraria ac disparata iis sunt quæ probabilia videntur, omnésque sententiæ quæ iis artibus quæ inuentæ sunt, congruunt & consentiũt. Nam si hoc probabile est, eandem in contrariis artem versari, etiam illud, eidẽ sensui subiecta esse contraria, probabile videatur. Et, si vnã numero grãmaticam esse, tibiarum etiam artem vnam esse probabile erit. Sin plures grammaticæ, plures etiam artes esse tibiarum, Hæc enim similia & cognata sunt omnia. Itemque ea quæ probabilibus contraria sunt modo disparatorum, si proponantur, probabilia videbuntur. Si enim hoc probabile sit, Afficiẽdos esse beneficiis amicos: Illud etiam probabile erit, De amicis non esse male merendum. Atqui contrarium est, male merendum esse de amicis: disparatum verò, non esse malè merẽdum: Similiter, si de amicis bene merendum sit, de hostibus non est bene merendũ: quod in numero eorum cõtrariorum est quæ disparata dicuntur. Contrarium enim est, Bene merendũ esse de hostibus. Eadem est ratio cæterorum. Ex similitudine etiam probabile existet, contrarium de contrario. Si enim de amicis bene merendum est, de inimicis etiam male. quorum illud, Bene de amicis merendum est, contrarium est huius, De inimicis male merendum est. Vtrũ autem id vere dicatur, necne, deinceps cũ de cõtrariis disseremus, docebimus. Hoc autem perspicuum est, sententias omnes quæ artibus consentiũt, propositionibus iis quæ dialecticæ sint, attribui oportere. Licet enim ea proponere omnia, quæ probãtur iis qui in illis artibus versati sunt: veluti ea quæ medicina tractat, vt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

medici, ea etiam quæ geometria continentur, vt geometræ officio fungamur. Quod de aliis iudicandum est eodem modo.

VIII. Quæstio autem dialectica, est quęstio aut ad expetendum & fugiẽdum, aut ad veritatem cognitionémque pertinens, vel per se, vel adiumentum afferẽs ad aliquid aliud eius generis: de qua aut neutram in partem, aut cõtrà pleriq; ac sapientes sentũt, aut sapientes cõtrà ac pleriq;, aut vtriq; ipsi secum discordant. Sunt enim quęstiones quædã ad persequendum quid & declinandũ: cuius generis hæc est, Vtrum voluptas bonũ est nécne? Alię sunt solum cognitionis & scientiæ. vt si quæratur, Sit, nécne sit mundus sempiternus? Quædam ipsæ per se ad neutrum horum valent, habent tamen vim ad id efficiendum. Multa enim sunt, quę per se ad cognoscendum nos non mouent, nisi aliorum causa, vt per ea alia discamus. Sunt etiam quæstiones, ex quibus ratiocinationes contrarię conficiuntur. Vtrum enim sic, an ne secus sit, quæstio est, propterea ꝙ in vtranq; partem rationes probabiles suppetant, & de quibus, quia magna & ardua sunt; differere non possumus, rati difficilem esse causæ explicationem. quo ex genere hæc est, vtrũ mundus æternus est, nécne? id enim incidere potest in disputationem. Ac Propositio quidem & Quęstio expositæ sunt. Propositum autem, sententia est admirabilis, contraq; opinionem omnium, alicuius eorum quorum in Philosophia illustris est & peruagata fama. veluti, non posse cõtradici, vt placet Antistheni. vel, Moueri omnia, Heraclíti sentẽtia. vel, Vnum esse omnia, quemadmodũ ait Melissus. (Nam curare quæ quisque contra opinionem & sententiam omnium afferat, amentia est) aut ea de quibus cũ fint contrà opiniones, disputamus. quale illud est, Non omne quod est, aut natum esse aut sempiternum, vt sophistis placet. Eum enim qui musicus sit, esse grammaticum cum neq; natus sit, neq; sempiternus. Id enim etsi vni alicui non probatur, tamen probabile videtur, ꝙ ratio & argumẽtatio probabilis in promptu sit. Ac propositum quidem, etiam quæstio est, non omnis quæstio propositum: quandoquidem nonnullæ quæstiones sunt eiusmodi, de quibus neutrã in partem sunt sententiæ. Propositum autem esse quæstionem hinc perspici potest, ꝙ necesse est, vt dixi, aut multos de proposito à sapientibus, aut quoquomodo à se ipsos dissentire: quippe cum propositum sit,



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sententia contra opinionem omnium. Quanquam autem omnes ferè dialecticæ quæstiones hodie proposita vocantur, tamen nihil referet quocunque nomine vtamur. Neque enim hæc ita distinximus, quasi nomina construere velimus, sed vt ne ignoraremus, quæ sit eorum distinctio. Nec verò omne propositum omnémve quæstionem nobis ad disputandum proponere debemus. sed de qua quærat aliquis eorum, qui rationem desyderent, non pœna digni sint, aut sensu careant. Nam & qui quęrũt, Sint, nécne sint dij colendi, & amandi parentes, supplicio coercendi sunt: & qui, sit ne alba nix necne, sensu carent. Nec de iis etiam quæstionibus, & propositis disputare debemus, quorum fides vicina est, & facilis explicatio, aut nimium remota & difficilis: quoniam illa nullam dubitationem afferant, hæc maiorem quàm vt eam ferre possit exercendi consuetudo.

IX. His autem expositis, deinceps quot sint genera argumentationum dialecticarum, dicendum est. Est autem vna, quę Inductio: altera, quæ Ratiocinatio nominatur. Ac ratiocinatio quid sit, iam diximus. Inductio autem est, ex rebus singulis ad vniuersas progressio: vt, si gubernator is demum sit optimus, qui peritus & doctus, itemque auriga: in quaque etiam re qui sit peritus & exercitatus, omnino sit optimus & præstantissimus. Inductio quidem plus valet ad faciendam fidem, apertiorq; est, sensuumque iudicio familiarior & notior, ac sæpius in populi ore versatur. Ratiocinatio autem magis vrget, ad eosque, qui contrà dicunt, refellendos potentior est. Ac genera quidem è quibus argumentationes ducuntur, ea sunt quæ diximus.

X. Rationes autem quibus magnam ratiocinationum argumentorumque copiam comparabimus, sunt quatuor. quarum vna est in propositionibus eligẽdis, altera in distinguendo quot modis quicque dicatur, tertia in differentiis inuenięndis, quarta in similitudinis cognitione & scientia. Sunt etiam quodammodo eorũ trium, propositiones. Licet enim ex vnoquoque eorũ propositionẽ ducere: vt expetendum esse vel quod honestũ est, vel quod iucundũ est, vel quod vtile. Et hoc inter sensum & scientiam interesse, quòd si scientia amissa sit, rursum comparari potest: sensus semel erutus & amissus non potest recipi. Et quã rationem habet id quod efficit bonam valetudinem ad bonã va-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

letudinem, eandem habere id quod firmam cõstitutionem facit ad firmam constitutionẽ. Atqui prima propositio est ex iis quæ multis modis dicuntur, secunda è differentia, tertia ex similitudine. Propositiones igitur eligendę sunt, quot modis de propositione diximus, vt vel omnium sententias seligamus, vel plurimorum, vel sapientum: atque eorum, vel omnium, vel plurimorum, vel eorum in quibus valet opinio sapientiæ: vel eas etiam quæ contrarię sint iis quæ ex disparatis fiunt, vt antè diximus. Hõc etiam vtile, in iis eligendis non solum probabiles sumere, sed eas etiã quæ ad earum similitudinem accedunt: vt eundem sensum in contrariis versari, quoniam etiam ars & scientia versatur. Item quę nos cernere aliqua re in aspectum intromissa & recepta, nõ inde eiecta & emissa. quoniam eodem modo audimus, gustamus, & olfacimus. Quod idem fit in cæteris. Iam ea pro initio & propositio assumenda sunt, quæ in omnibus, vel certè in plurimis rebus intelligantur. Dant enim qui non satis acutè inspiciunt, in aliqua re non ita reperiri. Delectus etiam ex iis argumentationibus habendus est, quæ scriptæ sunt. sed descriptiones ita faciendæ sunt de quoque genere, vt separatim proponamus, veluti de bono, aut de animantibus, ac de omni genere bonorum, initio facto à quæstione naturæ. Notandæ etiam sunt omnium sententiæ, vt placere Empedocli, quatuor esse corporum initia & elementa. Dictum etiam clari hominis proponamus licet. Propositiones autem & quæstiones, in partes tres distributæ sunt. partim enim ad vitam & mores, partim ad naturæ obscuritatem, partim ad differendi rationem pertinent. Ad vitam & mores, quales hæ sunt, Sítne parentibus potius parendum, an legibus, si discrepent? Ad differendi rationem, hæ, Vtrũ eadem ars in contrariis versetur? Ad naturæ obscuritatem, vt Sítne mundus sempiternus? Eadem est ratio quæstionum. Quanquam autem quæ singulæ sunt earum quas diximus, de iis difficile est certum aliquid tradere, tamen diligentia nobis adhibenda est, inductionis consuetudine, vt ex forma quam præscripsi quæ sit quæque intelligamus. Ac instituto quidem philosophorum ad veritatem: dialecticorum, ad opinionem & verisimilitudinem, hæc omnis de iis dirigi debet disputatio. Sumẽdæ sunt autẽ, quàm maxime vniuersæ omnes propositiones, &



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vna in multas distribuenda est, vt eadem arte contraria contineri, deinde aduersa, tum ea quæ cum aliquo cõferuntur. Eodemque modo hæ in partes diuidendę sunt, quoad diuidi possunt, vt bonorum & malorum eandem esse artem, alborum & nigrorum, frigoris & caloris: itemque in cæteris faciendum est. Ac de propositione quidem satis multa dicta sunt.

## XII.

In illo autem, quot modis quidq; dicatur, non solum videda sunt quæ alio modo dicuntur, sed danda etiã opera est, vt rationes afferantur. veluti non solũ explicandũ est, bonum alio modo dici iustitiam & fortitudinem, quàm id quod ad firmã affectionem corporis, & id quod ad bonam valetudinem efficiendam valet: sed etiam illa hoc ipso, q̃ affectiones quædam sunt & qualitates: hæc, ob eam causam, q̃ vim habeant efficiẽdi aliquid, non q̃ ipsa sint qualitates. Quod in cæteris omnibus videndum erit diligenter. An autem specie multis modis, vel vno modo aliqua dicantur, ex his perspici potest. Primum ex contrario cõsiderandum est, an multis modis dicantur, siue specie, siue etiam nomine discrepent. Sunt enim quædam, quæ statim nominibus aliis atquẽ aliis differant: vt ei quod acutum est in voce, contrarium est graue: in magnitudine, obtusum. Perspicuum est igitur id multis modis dici, quod acuto contrarium est. Quod si hoc, etiam quod acutum est. vtriusque enim ratione alterum erit cõtrarium: quoniam non idem acutum obtuso & graui contrariũ futurum est. ãtqui vtrique acutum est contrarium. Rursum grauitati in voce contrarius est acutus sonus, in magnitudine leuitas: ita grauitas multis modis dicitur: quandoquidem etiam eius contrarium. Itemque quoniam honesto in animali, turpe contrarium est, in domo vitium, fit, vt honestum sit homonymum. In quibusdam cum nomina non sint varia, tamen aperta specierũ distinctio est, vt in albis & nigris contingit. Vox enim & clara & fusca dicitur; itemque color albus & niger. Non igitur nomine discrepant, cum interim perspicua speciei aut generis declaretur differentia. Non enim eodem modo color fuscus, & vox fusca appellatur. Atque etiam in sensu id perspici licet. Quæ enim eiusdem sunt generis, eidem sensui subiecta sunt: de eo autem quod in voce clarum est, & albũ in colore: non eòdẽ sensu iudicamus: sed hoc aspectu, illud auribus. Itẽq; eius quod acu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tum est & obtusum in saporibus & magnitudinibus non in eo dem sensu iudicium est: sed huius in tactu: illius, in gustu. Neq; enim hęc nominibus discrepant, neque ipsa per se, neque contraria. quippe cum obtusum vtrique sit contrarium? Præterea videndum est, vnine quid sit contrarium, alteri nihil sit omnino. vt voluptati quæ ex potione capitur, contrarius dolor est is, quem sitis affert: at huic quę ex cognoscendo & discendo capitur, diametrō lateri incomparabilem esse, nihil contrariū est. Ita voluptas multis modis dicitur. Cúmque amare ex animo & odisse contraria sint, amare autem vt ad actionem corporis referatur, nihil habeat, ob eam causam amare multis modis dicitur. Hoc etiam consyderandum est in iis inter quæ media interiecta sunt, vtrū aliquorum sit medium, aliorum nihil sit: aut sitne vtriusque, nec tamen idem medium. vt inter album & nigrum colorem fuscus est interiectus: inter vocem claram & fuscam, nihil. Nisi forte rauis interiecta est, vt placet quibusdam, raucam vocem esse interiectam. vt si albus in homonymis, itemque niger. Præterea hoc etiam videndum est, sintne aliquorum plura media, aliorū vnum. vt inter album & nigrum colorem plura sunt interiecta. Coloribus enim multa sunt interiecta: voci vnum, raucedo. Cap. 13.

In disparatis etiam videndum est, dicantur ne multis modis, hoc modo: Si enim vnius multi sunt modi, etiam contrarii multi modi erunt, vt si non cernere multis modis dicatur, vno, priuatum esse oculis, altero non fungi oculorum officio: cernere etiā multis modis dicatur necesse est. Vtrique enim non cernere aliqua ex parte opponetur. vt non habere aspectum & habere: & non fungi officio oculorum, ac fungi. In iis autem cōtrariis quæ priuantia dicuntur, hoc spectandum est, Si vnum multis modis dicatur, etiā alterū. vt si sentire animo & corpore multis modis dicatur, etiam multis modis dicetur nihil sentire nec animo, nec corpore. Ea autem priuantia esse hinc intelligi licet, quòd animantia nata sunt ad sentiendum animo & corpore. Iam verò in coniugatis hæc spectāda sunt. Si iustè multis modis dicatur, eius etiam quod iustum est multa erunt genera. Ex vtraque enim iusta re quod iustum est nominatur. Vt si iustè appelletur, ex suā sententia iudicare & rectè, eodem modo etiam quod iustum est appellabitur. Similiterque si quod ad valetudinē pertinet mul-



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tis modis dicatur, etiam accommodate ad valetudinem multis modis dicetur. Vt quoniam quod ad valetudinem valet, dicitur, & quod efficiens est valetudinis, & quod cõseruans est, & quod indicans: sic accommodate ad valetudinem, vel efficiendam, vel tuendam, vel indicandã. Itémq; in cæteris, si vnius multa sint genera, casus etiam multa erunt: & si casus multa, etiam illius. Atq; etiã videndum est, sintne genera categoriarũ quæ ex nomine duncuntur, eadem omnibus. Si enim non eadẽ est appellatio certe id de quo agitur ambiguum est. vt bonum in cibo id est, quod est efficiens voluptatis: in medicina, quod efficiens est valetudinis: in animo, affectum esse, vt temperatum esse, vel fortẽ, vel iustum. Quod idem in homine contingit. Hoc etiam aliquoties in categoria Quando reperitur, vt in tẽpore bonum. Bonum enim dicitur quod opportunè fit & in tẽpore. Hoc fit in categoria quantitatis sæpius, vt quod fit modicè. Bona enim est mediocritas. Quapropter bonũ multis modis dicitur. Itemq; candor in corpore color appellatur: in voce, quod intelligi potest. Eodemq; modo id quod acutum est. neq; enim similiter in omnibus idem dicitur, vt vox acuta est ea quæ cita, vt placet iis qui modos & cõcentus in numeris consectantur. angulus autem acutus is est, qui minor est recto: & machæra, cuius est acutus angulus. Videndum est etiam, sintne genera eorum quę eidem nomini subiecta sunt varia, ne vnum ab altero contineatur, vt ὄνος animal & vas. Eorum enim varia est nominis definitio & ratio. Nam animal quid declarat, vas quale quid. Sin vnum genus ab alio continetur, non necesse est varias esse rationes. vt corui & animal genus est, & auis. Cum igitur coruum auẽ esse dicimus, animal quoddam eum esse dicimus. Ita de eo vtrunque genus dicitur. Itemque cum coruum animal pennigerum bipes nuncupamus, auẽ eum esse declaramus. Ita vtrunque genus in coruo, eorúmque ratio intelligetur. In iis autem generibus, quorũ vnum non altero continetur, hoc non contingit. Neque enim cum vas dicimus, animal dicimus: neque vas, cum animal. Nec vero in eo fo- lũ de quo agitur spectare debemus, an sint varia genera, quorum neutrum alterum continebit: sed ex contrario etiam id perspici debet. Nam si contrarium multis modis dicatur, profecto id etiam quod propositum est, dicatur multis modis necesse est.

Homonymũ ex categoriis dignoci posse tripartitam demonstrat, primùm ex generibus summis: deinde ex subalternis: tertio ex generibus contrariorum huius loci summa hæc est. Si propositi alicuius significata multifariam reperiantur ea quæ genera ipsum est homonyma vocentur.

Ignorat nõ primum aliquid esse homonymum: sed subdistinguit, si genera eius continuata sint modo alterum alterius ambitu recipiatur

In his locis ea genera nõ sumuntur sed intermedia minimum

Tertium est locus a contrario generis cuius hæc est sententia. Si oppositis contrariorum in variis categoriis reperiatur vel sub generibus diuersis quorum multum sub altero continetur propositum erit homonymum quod colligere est ex obtuso contrario acuto quod in variis categoriis reperitur

3 Vtile est etiam definitionem eius quod concretum est, diligenter ponderare & exquirere. vt albi corporis, & claræ vocis. Sublato enim eo quod proprium est, eadem relinqui debet definitio quod in homonymis non contingit: veluti in iis ipsis quæ à nobis modo prolata sunt. Superioris enim hæc erit definitio, Corpus album, corpus est quod tali est colore affectum: Posterioris hæc, Vox clara, est vox quæ facile intelligitur. Sublato igitur corpore & voce, non idem in vtroque relinquitur. Atqui deberet, siquidem synonymum erat album, quod in vtroque idē esse dicebatur. Et quoniam sæpe in definitionibus homonymum quod consequens est ignoratur, iterum spectanda definitio est. Vt si quis efficientia valetudinis & indicantia esse dicat, ea quæ aptam compositionem quandam valetudini adhibent, non id respuendum est: sed exquirendum quid in vtroque aptam compositionem adhibere valetudini dixerit: vt si illa, tanta esse dicat, vt efficiant valetudinem: hæc eiusmodi, vt indicent qualis sit affectio. Præterea illud etiam consyderandum est, posse ne conferri ex maiore vel ex similitudine: vt vox clara, & alba vestis: acutus sapor, & vox acuta. Hæc enim nec eodem modo alba & acuta dicuntur, nec alterum altero magis tale. Ex quo fit, vt id quod acutum est, & quod album, sint homonyma: quippe cum synonyma omnia valeant ad comparationem. Nam aut similia dicentur, aut aliud alio maius. Quoniam autem diuersorum generum, quorū neutrum ab altero continetur, alterius generis & speciei differentiæ sunt (vt animalis & scientiæ, quoniā eorum sunt diuersæ differentiæ) videndum est an ea quæ eidem nomini subiecta sunt, differentiæ siut diuersorum generū, quorum vnum ab altero non contineatur: vt quod acutum est vocis & magnitudinis. Vox enim à voce differt, quòd acuta sit: itē magnitudo à magnitudine. Ita fit, vt acuti vocabulum sit in homonymis. Diuersorum enim generum, quorum vnū ab altero non continetur, diuersæ sunt differentiæ. Iam illud etiam spectare debemus, eorū ne quæ eidem nomini subiecta sunt, diuersæ sint differentiæ: vt coloris eius qui in corpore inest, & eius qui in cāctibus, variæ sunt differentiæ: illius, quod valet ad separandū aspectum, & quod ad comparandū: huius non eædē sunt. Quo fit vt color varius modis dicatur. Earundem enim rerum eædem sunt

differentiæ. Postremo quoniam species nullius differentia est (homo enim & bos non in numero differentiarum habentur, cũ speciei nomen vimque obtineant) videndum est diligenter, eorũ ne quæ eidem nomini subiecta sunt, vnum in specie, alterum in differentia numeretur, veluti candor is qui accidit corpori, coloris est species: qui autem in voce spectatur, differentia. Differt enim vox à voce, quòd clara sit & candida. Ac in iis quæ multis modis dicuntur, hæc consyderanda sunt omnia. Differentias autem ex iis generibus quæ ad vnũ quasi caput referuntur, perspicere, & iudicare debemus. veluti quid inter iustitiam, & fortitudinem intersit, & inter prudentiam ac temperantiam. quoniam hæc ex eodem genere virtutis nata sunt omnia. Præterea ex iis generibus quæ diuersis continentur, differentias rerum intelligemus, ea inter se comparando, inter quæ non est valde magna distantia. vt quid sensus à scientia differat. In iis enim quę multum inter se discrepant, facilè apparent eorum distinctiones & dissimilitudines. Similitudo verò in iis spectanda est, quæ in diuersis generibus collocantur. vt alterum ad alterum est, sic aliud ad aliud, hoc modo: Quam rationem habet scientia ad id quod scientiæ subiectum est, eãdem sensus habet ad id quod sub sensum cadit. Itemque vt alterum in altero est, sic aliud in alio, hoc modo: Quemadmodum aspectus in oculo est, sic mens in animo: & sicut in mari tranquillitas, ita serenitas est in aere. quoniã vtrunque est quies vacuitasque ventorum. Earum autem rerum quarum magnæ sunt dissimilitudines & distinctiones, vsus & exercitatio capienda est maximè. Sic enim facilius quæ aliarum sint similitudines perspicere poterimus. Atque etiam illud spectandũ est, in eáne omnia quæ ad idem genus pertinent, aliquid idem conueniat? vt in hominem, equum, & canem. Si enim vnum & idem in eos cadat, hoc ipso erunt similes. Meditatum autem & in promptu habere quot quicque modis dicatur, magnum ad perspicuitatem affert adiumentum. Facilius enim quid sit id de quo agitur, si explanatũ sit quot modis dicatur, intelligetur. In eo etiam magna vis est, vt de re ipsa, non de nomine tractetur argumentatio. Nam si incertum sit quot modis id de quo agitur dicatur, fieri poterit, vt & is qui respondet, & is qui interrogat, non eòdem animi sensum referat & intelligentiam. At si expli-

Agrediturdifferẽtiarum consyderationem quæ tertia est ratio copiæ argumentationum dialecticarum paranda

Difficiliora primo tractat de facilioribus quæ attrahuntur libro 6 nulla sit hac ratio. Notandum porro quod ex locis expositis topicos & probabiles ijsdem ex parte vero eisdem modis sunt 3 qui est a cõtrario, secundo a genere nõ subalterno, 16 a differentia generi nõ subalterni

Postrema ratio parandæ copiæ dialectices carminũ argumentationum vt cap. 10 monuit) in similitudinum cognitione et scientia. Quam nunc aggreditur duplicẽ tradendam rationẽ vnam in generibus diuersis alterum proximis 5

In generibus diuersis duplex est ratio. Prior si duo eiusdem generis conferantur duobus alterius generis quandã inter se similitudinem habentibus. Posterior si quæ diuersorum sint genera in analogia et proportione quam inter se habent conferatur

Locus de proximis generibus. Si quid fuerit idem omnibus formis alicuius generis illæ inter se similes erunt secundum illud simile. eiusmodi sunt homo equus et bos secundum gradiendi facultatẽ

Communem dat abbreuiandi expositas rationes quibus argumentationum dialecticarum copiam nobis comparari possit. Quæ similitudinum et dissimilitudinum inuentionẽ atq; doctrinam approbat. Non quod inuentionem præcipiendam neglicat ad quia earum breuiter etiam notis sua depingi reliquas vsui et vtilitati

Xiphiẽ proponit distinctionem homonymorum in vtilitate

cata sit ambiguitas,& is qui rem proponit ad disputandũ,animi sensum de re ipsa exprimat, profectò ridiculus sit is qui rogat, nisi eodem omnem conferat cõuertatque orationem. Magnam etiam vim habet,& vt ne fallaci conclusione ab aliis capiamur, & vt alios captioso conclusionis genere fallamus. Si enim quot modis id de quo agitur sciamus,nõ decipiemur: intelligemusq; ísne qui rogat,ad eandem intelligentiam omnem conferat orationem:& nos si ponamus quęstionem, eum qui respondeat,si ignoret quot modis id de quo agitur dicatur, fallaci cõclusione poterimus captare.Sed huius rei non semper est locus : sed cum eorum quæ ambigue dicuntur alia vera,alia falsa sunt. Nec verò hic locus aptus est & proprius dialecticæ. Itaque iis omnibus qui ratione & vere differere volunt,hoc omnino fugiendũ est ne eorum in nomine versetur disputatio &controuersia,nisi forte aliquis non possit aliter de re proposita disputare.

Differentiarum autem inuentio & ad ratiocinationes cõficiendas de eodẽ & alio vtilis est,& ad cognoscendũ quid quicque sit. Conferre quidem ad ratiocinationes de eodem & alio hinc perspici potest:quòd si rerum propositarum dissimilitudines distinctionesque inuenerimus,facile non esse idem docebimus:ad perspiciendum autem quid quicque sit, quòd eam orationem quæ vim & naturam cuiusque rei exprimat, ex propriis cuiusque rei differentiis intelligere solemus. Similium vero cognitio hanc nobis commoditatem afferet, vt argumentationes & per inductionem,& per ratiocinationes quę ex causa ducuntur,tractemus:& definiendo vim naturamque rerum explicemus. Argumentationes quidem per inductionem tractabimus,quia rerum singularum quæ similes erũt inductione res vniuersas cõcludi existimamus. Neque enim facilè inducere possunt ii qui ignorãt rerum inter se similitudines. eas autem quæ per ratiocinationes ex causa tractantur, ꝙ probabile est, vt res habet in vno eorum quæ similia sunt, sic in reliquis habere. Ita de quacunque re copiosè differere poterimus,illud antè dicemus conuenire oportere, quemadmodũ in his res se habet,ita in eo quod propositum sit habere. Cum autem illud docuerimus etiã id de quo quæritur in causa,docuerimus. Nam cũ id positum sit à nobis,quẽadmodũ in his sit, ita esse in eo de quo quęritur.

## XIIII.

D

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

A definitionem etiam & genere & differentia nullius, nec inuentionem conferre ad

tur, necessaria conclusione cõfecta res sit à nobis. Definiẽdi autẽ artem tenebimus, ꝙ, si possimus quid in quaq; re idem sit perspicere, non ignorabimus ad quod genus ij qui definiunt, rem proQui perfecte tenent omnia quibus aliqua paucis assimulatur eius genus facile inueniet. Sic similium cognitio ad genus conducit

positam referre debeant. Genus enim id est, quod ex iis quæ cõmunia sunt, in definiendo quid quidq; sit, latissimè patet. Atq; etiam in iis quę multũ discrepant, ad definitionẽ vtilis similitudinis cognitio est. vt idem esse tranquillitatẽ in mari, & in aere serenitatem, quoniã vtrunq; est quies: & quod punctũ in linea, id vnũ in numero, quia vtrunq; principium est. Quapropter si genus commune in rebus omnibus dederimus, non videbimur alienis verbis definiendo rem explicasse. Quinetiam ij qui definiunt, fere eundem modũ in definiendo seruare solent. Nam &Inuit cognitionem similium eorum partium quæ ex analogia & proportione ducuntur conferre ad generis cognitionem

vnum principium numeri, & punctum lineæ principium esse definiunt. Ex quo perspicuum est, eos cõmune vtriusque genus dicere. Ac opportunitates quidem & habilitates quibus ratiocinationes tractabũtur, diximus. Locos autem, ad quorum vsum hæc ipsa accommodanda sunt, deinceps trademus.

## ARISTOTELIS TOPICORUM LIBER II.

I. QVestiones autem partim vniuersæ sunt, partim singulæ. vniuersæ sunt hæ, Omnis voluptas in bonis est, Nulla voluptas in bonis est. Singulæ hæ, Est quædam voluptas in bonis, Quædã voluptas non est in bonis. Vtrunq; autẽ genus quæstionum vniuersis quæstionibus, quæ & ad cõfirmandum & infirmandũ valẽt, cõtinetur, Si enim docuerim⁹ aliquid in totũ genus cadere, etiam in partem aliquam cadere ostenderimus. Itemque, si in nullam rem cadere ostẽdemus, non in totum genus docebimus conuenire. Primum igitur de vniuersis quæ ad refellendum valent, dicendum est, ꝙ ad generales & ad eas quæ tanquam partes subiectę sunt generi, pertinent: & quòd proposita sæpius afferunt ad disputandum quæ aiunt, quàm quæ negant: ij autem qui contrà disputant, solent fere refellere. Sed difficillime ea, quæ ab accidente propria trahitur, reciprocatur argumentatio. Aliqua enim ex parte, non totum in solis accidentibus potest.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nam & à proprio, & à definitione, & à genere viciſsim etiam retro commeet argumentum neceſſe eſt. vt ſi cui inſitum ſit, vt ſit animal gradiens bipes, viciſsim id animal gradiens bipes eſſe vere dicetur. Similis eſt generis ratio. Si cui enim conuenit eſſe animal, id animal eſt. Quod idem contingit in proprio. Si cui enim id tributum ſit, vt aptum animum habeat ad percipiendam grammaticam, id aptum animum habebit ad percipiendam grammaticam. Nihil enim horum poteſt aliqua ex parte conuenire aut non cõuenire, ſed omnino vel cõuenire vel non conuenire. At accidens vt candorem, & iuſtitiam nihil prohibet quadam ex parte ineſſe. Quocirca non ſatis eſt candorem & iuſtitiam docere ineſſe, ſi docere velimus aliquẽ album eſſe vel iuſtum. Habet enim dubitationem, propterea quòd quadam ex parte albus eſt, vel iuſtus. Non igitur in accidentibus viciſsim hæc retro commeant neceſſario. In quæſtiones autem duo peccata incidunt, quæ exponenda ſunt. peccatur enim aut mentiendo, aut diſcedẽdo à verbis quæ impoſita ſunt rebus. Nam & ab iis peccatur, qui quod non cadit in aliquem cadere confirmant, & ab iis qui res minus vſitatis & tritis nominibus appellant, vt qui hominem platanum appellant, nominum impoſitorum fines tranſeunt. Primum videndum eſt, an id quod alio modo dicitur, pro accidente explicarit. quod peccatum in genere verſatur maxime. vt ſi quis candori accidere dixerit, vt ſit color. Non enim accidit candor vt ſit color, cum eius ſit genus color. Atque id quidem fieri poteſt, vt nomine is qui rem propoſuit explicet. veluti accidere iuſtitiæ, vt ſit virtus. Sæpiſsime autem etiam ſi non exprimat, tamen facilè intelligitur genus pro accidente dictum eſſe. vt ſi quis candorem colore perfuſum eſſe dixerit, aut inceſſum moueri. Nullo enim ex genere παρωνύμως trahitur de ſpecie dicendi ratio, omniaque genera συνωνύμως de formis dicuntur. Species enim & nomen generis ſibi vendicant, & definitionem. Qui igitur candorẽ colore tinctum dixit, nec pro genere vſus eſt colore, quia παρωνύμως dixit: neque pro proprio aut definitione, quia proprium & definitio ad nullam rem aliam transferri poſſunt. At colore perfuſa ſunt etiam permulta, vt lignum, lapis, homo, equus. Ex quo perſpicuum eſt, id expreſſum eſſe, tanquam accidens eſſet. Alius locus eſt, ſi videas idne



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quod dictum est,in totũ genus cadat,an in partẽ nullam. Quod in formis,non in infinitis videndum est. Sic enim via & ratione tradetur,in paucioribusque consistet tractatio. Initium autem à primis faciendum est,deinde vsque ad indiuidua progrediendũ deinceps. vt si in contrariis versari scientiam dixerit,videndum, an in iis quę cũ aliquo conferuntur,& in iis quę aduersa appellantur,& in priuantibus & in negãtibus eadem spectetur scientia. Quòd si ne tum quidẽ id perspici poterit,rursum hęc in partes vsq; ad indiuidua tribuẽda sunt. vt in iustísne & iniustis rebus,aut in duplo & simplo,aut in cæcitate & aspectu,aut in aientibus & negantibus. Si enim in eorum aliquo ostensum sit, non esse eandẽ,sublata & infirmata erit à nobis quęstio. Quod idem iudicandum est,si in nullo eorũ id reperiatur. Hic autẽ locus & ad confirmandum & ad infirmandum valet. Si enim diuisione adhibita vel in omnibus intelligatur,vel in plerisque,poscendũ est,vt aut vniuersum detur, aut certè occurratur nobis, non ita in quodã reperiri. Nam si neutrum horum faciat, ineptus videbitur qui non concedat. Alius locus ducitur ex definitione accidentis & rei cui id accidit,vel vtriusq; vel alterius. In quo id cõsyderandum est,num quid in definitionibus non verũ pro vero sumptum sit. veluti si quæratur,Deus ne iniuriam faciat,constituẽdum est,quid sit iniuriam facere. Nam si sit, sponte nocere,profectò deus non facit iniuriam,quoniam deus nocere non potest. Si etiam ponatur inuidus sapiens,statuendum est,quis sit inuidus,& quid inuidia. Cum enim inuidia ægritudo sit ex rebus secundis alicuius boni viri, certe sapiens non inuidet, esset enim improbus. Itémq; si ponatur, An qui indignatur inuidus sit,definiendo aperiendum est qui sit vterq;. Sic enim verúmne sit an falsum quod dictum est intelligetur. Veluti,si is inuidere dicitur,qui bonorũ dolet rebus secũdis: & indignari is,qui dolet improborũ secundis rebus:perspicuum est non inuidere eũ, qui indignetur. In quo adhibendæ sunt definitiones pro iis nominibus,quæ in definitionibus cõtinentur. nec ab hoc desistendum quòad res intelligatur, sæpe enim tradita tota definitione, non intelligimus quod quęritur:at definitione adhibita pro aliquo nomine eorũ quæ in definitione sita sunt,intelligim⁹. Preterea si quis ex quęstione sibi propositionẽ cõficiat,occurrendũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

erit. Si enim occurramus, hoc ipſo pro poſitũ confirmare videbi mur. Quanquã autem hic fere locus idem valet, quod is quem iam expoſuimus: videndum eſſe, vtrum in toto genere, an in nul lo reperiretur quod pro accidente dictũ eſſet: tamen modo quo dam & ratione differunt. Iam verò exponendum eſt, quæ appellãda ſint, vt plerique ſolent, quæq; non ſint appellãda. qui locus & ad confirmandum & refutandum valet plurimum. vt res nominibus iis quæ trita ſunt vulgo & vſitata, appellandas eſſe: at verò in conſtituendo quæ res tales vel non tales ſint, non audiendã eſſe multitudinem veluti ſalubria ea eſſe quæ valetudinis efficiẽtia ſint, ſtatuenda ſunt illa quidem vulgi opinione: ſed vtrũ id de quo agitur efficiens ſit necne valetudinis, de eo non iam vulgi, ſed medicorum iudicium expectare debemns. Præterea ſi multis modis quid dicatur, propoſitum autem ſit, conuenire, vel non conuenire: alterum eorũ quæ multis modis dicuntur exponendum eſt, ſi vtrunque non poſsit. Hoc autem obſeruandum eſt in iis quæ obſcura ſunt, non aperta. Nam ſi incertũ nõ ſit quot modis dicatur, occurret ſtatim, nõ eſſe id explicatum, quod quæreret ac dubitaret, ſed alterũ. Hic autem locus & ad probandum, & ad reprehendendum valet. Nam ſi confirmare volemus, alterum accidere docebimus, ſi vtrunque non poterimus. Refellentes autem, ſi vtrunque non poſsimus, alterum certe non dici & reperiri oſtendemus. Sed hoc intereſt, q̃ is qui reprehẽdit & reſutat, nihil debet ex iis quæ conceſſa ſunt & conueniunt diſputare, nec ſi in toto genere, nec ſi in nulla parte expoſitũ ſit quid reperiri. Nam ſi cuiuis non accidere docebimus, in toto genere reperiri aliquid reprehendemus. Itemq́ue ſi in uno aliquo reperiri demõſtrabimus, nulla ex parte reperiri confutabimus. At is qui probat, antè debet profiteri, ſi in parte aliqua intelligatur in toto genere intelligi, ſi modò pronunciatum veriſimile habeatur. Neque enim ſatis eſt ad probãdum aliquid in totum genus cadere, in aliquam partem cadere, docere. veluti ſi hominis animus immortalis ſit, omnẽ etiam animum eſſe immortalẽ. Quapropter antè conuenire oportet, ſi quæuis anima ſit immortalis, omnẽ etiã immortalem eſſe. Quanq̃ hoc non ſemper obſeruandum eſt, ſed tũ denique, cũ de toto genere communẽ & vniuerſam orationem non poterimus exponere. quẽadmodũ geome-



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tra,triangulum tres angulos habere duobus rectis pares. Quod si nõ sit incertũ,quod multis modis dicitur, cũ explicatum erit quot eius sint genera & modi, tum id & confirmandum erit & refellendum.vt si id quod deceat,vtile sit aut honestum,omnem diligẽtiam adhibere oportebit,vt vtrunque probemus, vel refutemus in eo de quo agatur,vt esse honestũ & vtile,aut neque honestum neq; vtile.Sin vtrunq; nõ potest,alterum docendũ erit, hac significatione intelligi hoc:illud nõ intelligi.Eadẽ ratio est, si plures sint partes,in quas id quod propositum sit tribuatur. Præterea exponenda ea sunt quæ non ambiguè multis modis dicuntur,sed alio modo,vt artem vnã esse multarũ rerũ, aut quia ad eas tanquã ad finem referatur, aut quia earum sit rerum quæ ipsæ ad finẽ pertinent atq; referuntur. veluti medicina est valetudinis & rationis victus: aut quia est rerum duarum quarum vtraq; finis est,veluti rerum contrariarum eandẽ esse artẽ.neque enim ex eo quia alterum alterius dicitur,finem esse finis intelligere possumus.aut quia vnius est per se & vi sua, alterius temere & casu, vt per se triangulum habere tres angulos pares duobus rectis,temere & casu,id quod latera habet æqualia.Nã forte temere & casu triangulum esse lateribus æqualibus triangulũ,ex eo sciri poteſt,q̃ duobus rectis pares habet eos qui intrinsecus adhibentur.Si igitur eadem ars esse multarum rerum nullo modo potest,certe omnino esse non potest.aut si quodã modo potest,perspicuum est id fieri posse. In quo ad vtilitatẽ causæ nostræ referenda est diuisio,vt si cõfirmare quid velimus, ea proferenda sunt omnia quæ possunt, eaq́; tribuenda sunt in eas solum partes,quæ etiã ad probandum valebunt.Sin autẽ refellamus,in eas quæ non possunt,cætera verò omittenda erunt. Hoc etiã in his obseruandum erit tum cũ incertum erit quot modis quicque dicatur:atq; hoc in illo versari,aut non versari, iisdem locis cõfirmandum erit. vt artem hanc in hac re cerni tanquam in fine:aut tanquam in iis quæ ad finem referuntur; aut vt in iis quæ forte temere accidunt: aut contra non cerni aliquid vllo modo eorum quos modo diximus.Eadem etiam ratio est cupiditatis,eorumq́; omnium quæ sunt multarum rerum. Est enim cupiditas huius aut illius rei vel quasi finis,vt valetudinis: vel vt eorum quæ ad finem pertinent, veluti remedij: vel quasi forte

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

temerè eueniat, quemadmodum in vino affectus est qui in eo dulcedinẽ sequitur, nõ quia vinum sit, sed quia dulce. Dulcedinem enim per se expetit, vinum temerè & casu: quandoquidẽ si coacescat, non id iam appetit. Ita fit vt vinum forte temerè appetat. Huius autem loci vsus est plurimus in iis quæ cum aliquo cõferũtur, quoniam in eorum numerum veniunt omnia quæ sunt eius generis. Præterea cõmutandum est verbum in id quod magis dilucidum esse videatur, vt pro eo quod accuratum & exquisitum est in opinione, apertum & perspicuum dicendum est: & pro nimia cura rerum agendarum, studium rerum agendarum. Si enim apertius & planius fiat quod dictum est, tũ deniq; propositum, facilius argumento concludi poterit. Valet autẽ hic locus & ad confirmandum quid, & ad refellẽdum. Vt autem contraria in eadẽ re cerni doceamus, genus spectare debemus: veluti si volumus confirmare in sensu versari integritatem & depravationem: si sentire iudicare est, & iudicare licet rectè & nõ rectè: certè in sensu integritas & prauitas versetur necesse est. Qui locus ex genere ducitur. Iudicare enim genus est sentiendi, quoniam qui sentit quodam modo iudicat. Ex forma etiam generis duci potest. Quæ enim speciei accidunt, eadẽ etiã in genere intelligũtur omnia. vt si scientia sit bona & mala, recta etiam sit & praua affectio necesse est: siquidem affectio genus est sciẽtię. Ac prior quidẽ locus vitiosus est, si ad confirmandum adhibeatur, alter verus & commodus. Neq; enim necesse est quæcunque generi accidant, eadem speciei accidere, quãdoquidem animal est pennigerum & quadrupes, homo nõ item. Omnia autẽ quæ cadunt in speciem, eadem necesse est cadere in genus. Si enim homo probus sit, animal etiam probum. In refellẽdo contrà, prior locus verus est, alter vitiosus. Nam & quæ generi non accidunt, speciei accidere non possunt: & quæ in speciẽ nõ cadunt, ea nõ necesse est in genus non conuenire. Quoniã autem necesse est, in quibus genus dicitur, in iis etiã speciem aliquam dici, quæcunque etiam genus habet, aut quæ à genere nomen duxerunt, eadẽ aliqua species retineat necesse est, aut nomẽ ab aliqua specie ducant. veluti si de aliquo scientia dicatur, certe de eodẽ vel grammatica dicetur, vel musica, vel aliqua scientia. Et si quis arte sit instructus & præditus, aut nomen ab arte habeat, certe gramma

Cap. 2° / Ex locis præcẽtibꝰ
nolui construi axiomat
a quorum primum est
Videmus aliquem insitẽ
essentialiter vel propriorum
vel accidentaliter.
necessario aliqua eius
species meritò.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

plu o duplicẽ motum constituit l'mum intellectui. Alter



tica vel musica, aut aliqua alia arte instructus sit necesse est, aut nomẽ ab arte aliqua ducet, veluti grãmaticus vel musicus appellabitur. Si quid igitur proponat quod nomẽ à genere duxerit, veluti animum moueri, consyderandum est, moueatúrne animus aliquo genere motionis, vt crescátne, an imminuatur, an intereat, an oriatur, an alio genere pulsus agitetur. Si enim nullo genere pulsus agitetur, certè nõ mouetur. Atque hic locus & ad confirmandum valet, & ad reprehendendum. Nam si aliquo genere motus cieatur, mouetur: & si nullum genus in eũ cadat, certè nõ mouetur. Cui autem copia non suppetet argumentorum ad propositum confirmandum, aut infirmandũ, is à definitionibus præsidium petere debebit, aut quæ rei propositæ propriæ sint, aut quæ esse videãtur. q̃ si ab vna nõ possit, à pluribus petat. Nam iis qui rem definiendo explicarint, facilius erit argumentum ducere. quippe cum facilior sit à definitione ducta argumentatio. Videndum etiam est cui rei res proposita adiuncta sit, aut quid necessario res proposita si sit, vna secum esse velit. Ac is quidem qui cõfirmare volet, cui rei res proposita adiuncta sit, videbit, quoniam si rem illam doceat cadere, rem etiam propositã docebit. Qui autẽ refellendi partes tenebit, quæ res rei propositæ sit adiuncta, cõsyderabit. Si enim id quod rei propositę sit cõsequẽs, nõ esse ostendemus, rem etiam propositam non esse docebimus Spectandum est etiam an tempus alicubi discrepet. vt si quis id dixerit quod alitur, augescere necessario. Etsi enim animalia semper aluntur, tamen non semper augescunt. Itémque si quis scire dixerit, memoria tenere. Nam hoc ad præteritum tempus pertinet: illud & ad instans, & ad futurum. Nam scire dicimur præsentia & futura, vt solis defectionem fore· meminisse nisi præterita non possumus. Iam locus captiosus & fallax est, eo loci impellere alterum, vbi magna argumentorũ copia nobis suppetet. Quod interdum necessarium est, interdum necessariũ videtur: interdum nec videtur, nec necessarium est Necessario autẽ id faciundum est, tum cum is qui contra disputat, negat aliquid eorũ quæ ad rem propositam pertinent, & alter de illo differit quod eiusmodi est, ad quod probandum amplissimus locus suppetat. Quodidem facere licebit cùm inductione ad aliquid ex re proposita adhibita, id euertere conabimur. Eo enim sublato & infir

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mato, res etiam de qua agitur, infirmabitur. Necessariũ autem id videtur, cum id ad propositum pertinere videbitur. ad id autem ad quod sumitur, non pertinebit argumentum, siue neget is qui respõdet: siue inductione probabili ex proposito ad illud ipsum adhibita. id ipsum infirmare conetur. Reliquum autem tum incidit, cũ nec cogit, nec cogere videtur res ea, de qua disputatur. Aliter solet is qui cõtra disputat reprehendi. Hoc autem extremum genus, quoniã omnino à differendi ratione alienũ remotumque est, declinare debemus. Quocirca debet is etiam qui respondet, non grauate ad hunc locũ confugere interdum, eaque dare quæ ad propositũ non pertineant, iis expositis quæ minus probentur: dat autem propterea q̃ ferè in maiore animi distractione versari solent ij qui ponunt quæstionem, si iis talibus omnibus positis minime concludant. Iam verò quoniam omnes qui quiduis dixerint, quodam modo multa cõplexi sunt, (vnamquanque enim rem multa necessariò consequuntur. vt is qui hominem esse dixit, & animal esse dixit & animatum & bipedem, & mentis ac disciplinæ compotem) fit, vt infirmata & reprehensa vna quauis re earum quæ sunt consequentes, id etiam quod initio dictum est reprehendatur. Sed verendum est, ne ad rem difficilioré delabamur. Interdũ enim facilius est id quod rem propositam consequitur, interdum rem ipsam propositam euertere. In iis autem rebus quibus alterutrum inest necessario, aut non inest, veluti in homine vel morbus inest, vel valetudo, si de altero magna nobis ad disputandum suppetet copia in vtrãque partem, de altero etiam suppetet. Quod ad vtrãque partem trahi potest. Si enim alterũ accidere doceamus, alterum non accidere docebimus: & si alterum non conuenire demonstremus, reliquum docebimus conuenire. perspicuũ est igitur ad probãdum & refellendum valere hunc locum. Atque etiam argumẽtum ducendũ est à notatione verbi, quæ multo aptior sit quàm verbum, quod sit vsitatum, veluti δὺ τυχεῖν non fortem, vt tritum est, sed eum qui bene animo sit affectus: & confidentẽ, eum qui bona expectet Itemque δὺδαίμονα eum esse cuius animus sit bonus: quemadmodum Xenocrates δὺδαίμονα ait esse eum, cui animus bonus datus sit. eum enim deum esse omnib⁹. Iam cum res aliæ necessario eueniant, aliæ plærunque, aliæ forte temere: si



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quis eam quæ neceſſario euenit plerunque fieri ponat, aut eam quæ plerunq; fit, neceſſario fieri, aut eam cõtrariam ei quæ plærunque fit, is ſemper locum ſibi ſuppeditabit ad diſſerendũ. Nã ſi id quod neceſſe eſt fieri, plerunq; fieri ponat, profectò non in toto genere ineſſe dixerit, quod toti conuenit. Ita aberrauit, ſiue id quod plerunque accidit, neceſſario fieri dixerit, quoniam de toto genere dixit, quod toti non accidit. Quod idem fit, ſi id dixit quod rei contrarium eſt quæ plerunq; euenit, euenire neceſſario. Semper enim in paucioribus dicitur quod rei quæ plerũque fit contrarium eſt. Veluti ſi fere mali ſint homines, boni rarius, certe vehementius errauit, ſi quis bonos dixerit eſſe neceſſario. Eodémq; modo ſi id quod temere ſit, neceſſario fieri, aut plerunque dixerit. Neque enim id quod temere & caſu fit, neceſſariò fieri poteſt, neque id quod plerunque. Fieri autem poteſt, vt etiam ſi quid dixerit, neque expoſuerit vtrúmne plerunq; fieri, an ex neceſsitate affirmarit, fiat autem plerunq; tamen diſputet alter, quaſi ille ex neceſsitate fieri aſſeruerit. vt ſi malos exhæredes eſſe dixerit, neque expoſuerit ſe ita diſputare, quaſi ex neceſſitate id ille conceſſerit. Illud etiam vidẽdum eſt, an eandem rem ſibi accidere quaſi aliam poſuerit: quòd alterum eidem ſit nomen impoſitum. Quemadmodum Prodicus diuiſit voluptatem in gaudium, delectationem, & lætitiam. Eiuſdem enim nominis voluptatis hæc ſunt omnia. Si quis ergo gaudere verbo lętãdi accidere dicat, is idem ſibi accidiſſe confirmabit.

III. Quoniam autem ſex modis inter ſe contraria iunguntur, & quatuor ſolum modis iuncta repugnantiam efficiunt: ſumenda ſunt cõtraria vt commodum erit & ei qui cõfirmandi, & ei qui reſellendi partes tuebitur. Ac ſex modis ea cõponi inter ſe hinc perſpici poteſt, quod aut vtrunque cõtrarium vtrique comparatur, idque bifariam. vt de amicis bene mereri, & de hoſtibus male mereri: aut cõtrà, de amicis male mereri, & de hoſtibus bene: aut vtrunque vni, quod etiam duobus fit modis. vt de amicis bene mereri, & de amicis male mereri. vel de inimicis bene mereri, & de inimicis male mereri. aut vnũ vtrique, quod etiam fit dupliciter. vt de amicis bene mereri, & de inimicis bene mereri, vel de amicis male mereri, & de inimicis male mereri. Ac duæ quidem primæ comparationes non ſunt pugnãtes, quoniam de

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

amicis bene mereri non eſt illi contrariũ, male de hoſtibus mereri: quippe cum ſint expetẽda, eundemq́; ſtatum deceãt. nec illud de amicis male mereri, huic repugnat, bene mereri de inimicis. Sunt enim hæc fugienda, eundemq́; ſtatum decent. Nec res quæ fugienda eſt ei quæ fugienda eſt aduerſatur, niſi vnum ſit nimium, alterum parum. quoniam quod nimiũ eſt, id in rebus fugiendis ducitur, itemque parum. At reliqua quatuor contraria ſunt inter ſe. Nam & de amicis bene mereri illi contrariũ eſt, de amicis male mereri. quandoquidem à cõtrariis moribus proficiſcuntur: atq; illud ſequendum eſt, hoc fugiendum. Eadem eſt ratio cæterorum. In coniunctionibus enim ſingulis quiddã eſt expetendum, & quiddam repellendum: & illud boni ſtatus eſt, hoc mali. Ex quo perſpicuum eſt eidẽ plura data eſſe contraria. Huic enim, de amicis bene mereri, illud cõtrariũ eſt, de inimicis bene mereri: & illud, de amicis male mereri. Itemque ei qui illa omnia intuebitur duo videbuntur contraria. Sumenda igitur ſunt ea cõtraria, quæ prodeſſe poterunt cauſę noſtrę. Iam ſi quid ſit accidẽti cõtrariũ, cõſiderandum eſt, an ei accidat cui accidens cõuenire dixerit. Si enim hoc conuenit, illud nunquam conueniet. quoniam fieri non poteſt, vt ſimul eidem contraria conueniãt. Aut an tale aliquid dixerit aliqua ex parte. quod ſi extet, ne ceſſe ſit cõtraria conuenire vt ſi ideas in nobis eſſe dixerit. Nam & moueri eas & ſtare cõcludetur, ſub ſenſum cadere, ac ratione & intelligentia contineri. Nam & quieſcere eas & immobiles eſſe, & ſub intelligentiam cadere placet iis qui eas ponunt. Quæ ſi in nobis ſitæ ſint, profectò non poterũt eſſe immobiles: quum præſertim ſi ipſi moueamur neceſſe ſit ea omnia, quæ in nobis ſunt, vnà moueri. Atque etiam ſenſu eas percipi, ſi modo in nobis ſint, ex hoc intelligi poteſt, quòd ſenſu oculorum, formam vniuſcuiuſque rei cognoſcimus. Rurſus ſi poſitum eſt accidẽs id cui quid eſt contrarium, videndum eſt an vim habet ad recipiendum contrariũ, quemadmodum etiam ad accidens. Eadem enim res vim habet ad recipienda contraria. Veluti ſi odium naſci ex ira dixerit, profecto odium in ea parte animi in qua irarum exiſtit ardor, inſit neceſſe eſt. Eſt enim ſedes iræ. cõſyderandum igitur, ſitne contrarium in ea parte animi in qua irarũ exiſtit ardor, qualis amicitia eſt. Nam ſi non inſit, in eaque parte



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

animi quæ voluptate alitur, insit amicitia, certe non comitatur iram odium. Eadem ratio est, si eam partem animi quę voluptate alitur, ignorare dixerit. Sedes enim erit scientiæ, siquidem etiam ignorationis sit, quæ pars non videtur sedes esse scientiæ. Atque ex hoc loco, quemadmodum docui, ei qui refellẽdi partes obtinebit, depromenda erunt argumenta: eum autẽ qui confirmare volet, nihil adiuuabit hic locus, quatenus accidens conuenit: quatenus verò potest cõuenire, adiuuabit. Nam si nõ posse contrariũ recipere doceamus, nec cõuenire accidẽs, nec conuenire posse docebimus. At verò non si contrarium conuenire, aut vim habere ad recipiendum contrarium doceamus: idcirco etiam accidens cõuenire demonstrauerimus, sed posse conuenire tantummodo confirmatũ erit. Quoniamque quatuor sunt contrariorum genera, spectanda erunt repugnantia ex eo argumento quod vicissim retro commeat & reciprocatur, & ei qui probabit, & ei qui refellet. Per inductionem verò argumẽtatio tractãda erit, hoc modo. Si homo est animal, quod non est animal, id non est homo. Itemq; in cæteris. hoc enim loco vicissim retro cõmeat argumẽtatio. Cum enim hominẽ sequatur & comitetur animal, tamen nõ si quid nõ sit hõ, id cõtinuò sequitur nõ esse animal. sed cõtrà si quid nõ sit animal, sequitur non esse hominẽ. In omnibus ergo id pnunciãdũ est. vt si quod honestũ est, id iucundũ sit: etiã si quid nõ sit iucundũ, id non sit honestũ. Quòd si hoc non est cõsequens, nè illud quidem erit. Itemq; si quod iucundum non est, id non sit honestum: certe quod honestum est, etiam iucundũ sit necesse est. Perspicuũ est igitur reciprocari in aientibus & negantibus argumentationem, si retrò tractetur. In iis autẽ contrariis quæ aduersa appellantur, hoc videndum est, & ei qui probabit, & ei qui reprehendet, an ex contrario contrarium sit consequens, an ex iisdem argumentatio à cõsequentibus vera sit, an verò contrà. Tractari autem argumentatio debet per inductionem eorum, quoad cõmodum videbitur. In eandem autem rem valebit argumentatio à consequentibus, vt quę fortitudinẽ & ignauiam comitãtur. Illam enim virtus, hanc vitiũ sequitur: & fortitudinẽ sequitur id quod expetendum est, ignauiã id quod fugiẽdũ. In his ergo valebit de iisdem à cõsequentibus ductũ argumentũ, quoniã id quod expetẽdum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

est ei quod fugiẽdum contrarium est. Quod idem fit in cæteris. Contra autem cõsequẽtia sunt, vt firmam corporis affectionem sequitur bona valetudo. infirmamvero affectionem morbus nõ sequitur, sed contrà morbum infirma cõstitutio. Ex quo perspicuum est contrà in his argumentationẽ à consequentibus valere. Raro autem illud contrà in cõtrariis incidit, ac ferè in eisdem reciprocatur argumentatio. Quòd si nec in iisdem cõtrarium ex contrario erit consequens, nec vicissim retro commeabit: profecto in iis de quibus agitur nunquam alterum ex altero erit consequens: Sin in aduersis sequatur, etiam in propositis alterũ alteri cõsequetur necessariò. Quod item in priuantibus perinde atque in aduersis consyderandũ est, nisi quòd in his non vicissim retrò cõmeat argumentum ex consequentibus, sed de eisdem necessario. Quemadmodum aspectum sensus sequitur, sic cæcitatẽ sensus priuatio. Opponuntur enim sensus & priuatio sensus, vt priuantia: quoniã eorum illud res est, hoc eius rei priuatio. Atq; etiam de iis quæ cum aliquo conferuntur, eodem modo quo de priuantibus iudicandum est. In iis enim etiam valet à consequẽtibus ductum ex iisdem argumentum. vt si triplum multiplex sit, etiam subtriplum submultiplex erit. Confertur enim triplum cum subtriplo, & multiplũ cũ submultiplici. Rursum, si scientia opinio est, etiam quod sub scientiam cadit, erit opinabile. Et, si aspectus sensus sit, id etiam quod aspectabile est, sub sensum cadat necesse est. Hic autem occurritur, non duci necessariam in iis quæ cum aliquo conferuntur argumentationem à cõsequentibus, quemadmodum dixi. Non enim si id quod sensum mouet, scientia cõtinetur, idcirco sensus est scientia. Nec vere certè quidem occurritur. Multi enim negãt ea quæ sensus mouentia sunt cadere sub scientiam. Nec minus cõtrà hoc quod dixi valet: veluti id quod sub sensum cadit, nõ posse scientia comprehendi, quoniam ne sensus quidem sit scientia. Rursum, à coniugatis & casibus ducendum est argumentum, siue cõfirmemus quid, siue refellamus. Coniugata autem sunt hæc. iusta, & iustus, cum iustitia: & fortia, & fortis, cum fortitudine. Itemq; efficientia & conseruantia coniugata eorum sunt, quorum sunt & cõseruantia & efficientia. vt efficientia valetudinẽ, valetudinis, & conseruantia firmam corporis constitutionem, firmæ corporis con-



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtitutionis. Eodémq; modo de cæteris iudicandum eſt. Atq; hęc quidem Coniugata appellari ſolent. Caſus autẽ ſunt, vt iuſtè, fortiter, ſalubriter & aptè ad firmam corporis affectionem, quæq; eodem modo dicuntur. Sunt etiã ea quæ ex caſibus dicuntur in coniugatis. vt iuſte cum iuſtitia, & fortiter cum fortitudine, coniugata ſunt. Cõiugata autem dicuntur, quæ ſunt ex verbis generis eiuſdẽ, vt iuſtitia, iuſtus, iuſta, iuſte. Perſpicuum eſt igitur, ſi quid probatum ſit eorum quæ eiuſdem ſunt generis & coniugationis, eſſe in bonis, & laudabilibus, cætera probata eſſe omnia. Veluti ſi iuſtitia ſit in rebus laude dignis, etiam iuſtus in iis ſit, & res iuſta, & quod iuſtè fit, neceſſe eſt: cõcludetúrq;, quod iuſte fit, etiam laudabiliter fieri, ex eodem caſu. quoniam à laudabili re ortum eſt: quemadmodum illud iuſte à iuſtitia. Non ſolum autem ex eo quod expoſui, ſed etiam ex contrario ſæpe cõtrarium intelligitur, vt quod bonũ ſit, non neceſſario eſſe iucundum. Neq; enim quod malũ eſt, neceſſario moleſtum eſt: aut ſi hoc, etiam illud. Et ſi iuſtitia ſcientia ſit, iniuſtitia ignoratio erit. & ſi quod iuſte fit, id fiat ſcienter & perite: id etiã quod iniuſte, inſcite & imperite fiat neceſſe eſt. Aut ſi hæc non placent, ne illa quidem, quemadmodũ ex eo quod modò commemoraui, perſpici poteſt. multo enim magis perſpici poteſt quod iniuſte fit, id perite, quàm imperite fieri. Atque hic locus expoſitus eſt, tum cum de contrariis quę aduerſa dicuntur, diſputaremus. Nihil enim nunc aliud volumus, niſi contrarium ex contrario eſſe cõſequens. Præterea ab ortu & interitu rerũ, & ex cauſis efficientibus & corrumpentibus magna copia ſuppetit ad diſputandũ, ſiue confirmare velimus, ſiue refellere. Quarum enim rerum ortus & origo eſt bonis, eæ etiam in bonis ſunt. & ſi hæ in bonis ſint, origines etiam earum erunt. Si verò origo ſit in malis, eę etiam in malis numerabuntur. A rerum interitu contrà ducitur argumentum è conſequentibus. Si enim interitus rerum ſint in bonis, res ipſæ erunt in malis. Et ſi interitus & euerſio rerum ſit in malis, res ipſæ ducẽtur in bonis. Eadem eſt etiam ratio cauſarum efficientiũ & euertentium. Quorum enim effectorum cauſæ ſunt in bonis, effecta etiã in bonis erunt. Quarum autem rerum cauſæ euertẽtes ſunt in bonis, eæ ſunt numerandę in malis.

IIII. Proximus locus eſt à ſimili, in quo videndum eſt, an res ſi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

miles eodem modo habeant. vt ſi ſcientia vna ſit multarum rerum, etiam opinio. Et ſi aſpectum habere ſit videre, etiam auditum habere, ſit audire. Quod idem contingit in cæteris omnibus, & quæ ſunt, & quæ videntur. Valet autem in vtranque partem hic locus. Si enim in aliqua re pari valeat, in cæteris etiam paribus valeat neceſſe eſt. Et ſi in aliqua re ſimili non valeat, nec in cæteris valebit. Conſyderandum etiam eſt, an in vno & in pluribus eodem modo res habet. quoniã interdum diſcrepat & diſsimilis eſt, vt ſi ſcire ſit animo cernere & intelligere: multa ſcire, ſit etiam multa animo cernere. quod nõ eſt verum. Multa enim ſcientia comprehendi poſſunt: multa intelligi non item. Quòd ſi non hoc, nec illud, ſcire eſſet intelligere. Sumuntur etiam ex maiore & minore argumenta. Suntque ex maiore & minore quatuor loci. Vnus, ſi maior res ex maiore ſit conſequens, hoc modo: Si voluptas bonum ſit, maior voluptas maius ſit bonum. Si iniuriam facere malum eſt, maiorem iniuriam facere maius malum erit. Atque in vtranque partem hic locus trahi poteſt. Si enim rei ſubiectæ progreſsionem & incrementum, accidentis ſequatur progreſſus & incrementum, vt dixi, certe concluſum eſt: ſin minus ſequatur, non concluditur. Hic autem locus per inductionem tractandus eſt. Alter locus eſt, cum vna res duabus comparatur. Si cui veriſimilius eſt conuenire nõ cõueniat, ne illi quidem cui minus: & ſi cui minus probabile eſt conuenire conueniat, ei etiam cui veriſimilius. Tertius eſt, cum duæ res cum vna conferuntur, ſi quæ magis conuenire videtur non conueniat, nec quæ minus. Et ſi quæ minus videtur conuenire conueniat, ea etiam quæ magis conuenire videbitur, conueniet. Extremus locus eſt huiuſmodi, cum duæ res duabus comparantur, Si quæ alteri magis videtur conuenire non conueniat, ne reliqua quidem reliquæ conueniet: & ſi ea quæ minus conuenire alteri videtur conueniat, reliqua etiam reliquæ conueniet. Sequitur locus, ex iis quæ eodem modo conueniunt aut videntur conuenire: atque is triplex, quemadmodum expoſui de tribus locis, quos ex maiore poſterius elici dixi. Sin enim vna aliqua res duabus eodem modo conueniat, aut conuenire videatur, neque alteri conueniat, ne alteri quidem conueniet. Quòd ſi vni, etiam alteri. Alter locus tractatur hoc modo, Si duæ res

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eidem simililiter conueniant,& altera non conueniat, ne altera quidem conueniet. Quòd si altera, etiam reliqua. Tertius hoc modo:Si duæ res duabus eodem modo conueniant,vníq;altera nõ conueniat,reliqua etiam reliquæ nõ conueniet. Quòd si vna alteri conueniet,reliqua etiam reliquæ cõueniet necesse est. Atque ex maiore,& minore,ac simili,tot argumenta duci elicíque possunt. Alius locus sequitur ex adiectiõe,hoc modo:Si vna res ad alteram adiecta eam faciat bonam aut albam, cum prius bona & alba nõ esset,quæ adiecta est,bona erit & alba,quale etiam totum reddidit. Præterea si ad aliquid quod inest quippiã adda tur,quod illud magis tale efficiat,quale inerat,idẽ tale erit. Eadem est ratio cæterorùm. Quanquam hic locus non valet in omnibus,sed in iis tantummodo in quibus præstantia magnitudi nis nascitur. Atque idem non vicissim retrò commeat in refellẽ do. Non enim si id quod additur non facit id cui adiectũ est bo num,propterea id non bonũ esse necesse est. Quod enim bonũ est,si ad id quod malũ sit addatur,totum non efficit bonum necessario. nec rem nigram candor albam facit, nec dulcedo rẽ amaram dulcem necessario,si addantur,efficit. Iam vero si quid maius aut minus dicitur,omnino etiam cõuenit. Nam quod bonũ non est,nec album,id nec maius bonum,neque minus dicitur,neque albius,neq;minus album:quippe cum id quod malũ est,nulla re maius bonũ sit,aut minus bonum, sed maius malũ, aut minus dicitur. Nec vero hic locus in refellendovicissim retro commeat. Multa enim eorũ quæ illud magis respuũt, omni no dicũtur. Homo enimetsi magis aut minus quàm alius homo non dicitur,non tamen propterea homo esse desinit. Eodemq; modo videndũ est quid quadam ex parte,quid aliquãdo,& alicubi esse dicatur. Si quid enim quadã ex parte possit esse,aut aliquãdo,aut aliquo in loco,id certe omnino esse potest. Quod enim omnino fieri nõ potest,id nec aliqua ex parte, nec interdũ, nec alicubi fieri potest. Quanquã huic loco occurritur, q quadã ex parte homines natura boni sunt,vt liberales,vt temperati: cum interim boni nõ sint omnino natura:siquidẽ nemo prudẽs natura dicitur. Itemque fieri potest interdum,vt aliquid eorum quæ interire possunt,non intereat &occidat,cum fieri nõ possit omnino quin occidat. Eodemque modo alicubi hãc vel illam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

victus rationem seruare, vt in locis pestilẽtibus & insalubribus prodest, omnino nõ prodest. Aliquo etiã in loco fieri potest, vt vnus modo accidat, & tamen vnus modo esse non possit omnino. Itaq; alicubi etiam immolare patrẽ laudi ductũ est: vt apud Tribalos: omnino autẽ nõ datur laudi & gloriæ. Nisi forte hoc non aliquo in loco fieri declarat, sed apud aliquos, quoniã nihil refert vbi fint. vbiq; enim apud Tribalos id gloriæ ducitur. Rursum medicamentorũ vsus, interdum veluti cum sis in morbo adiuuat, nec adiuuat omnino. Nisi forte ne hoc quidem aliquando fieri significat, sed curationẽ ei qui sic affectus est adhiberi. Neque enim refert quocũque id tempore fiat, dummodo ita sit affectus. Id autem demũ omnino & absolutè laudi datur, quod si nihil addas, glorię ducitur, & gloriatione dignũ prædices. vt patrẽ immolare, nõ dicas honestũ esse, sed apud nõnullos honestũ esse. Non igitur omnino honestũ est. At Deos colere, pulchrũ dices, etiamsi nihil adiungas. est enim pulchrũ omnino. Quare quod sine adiunctione videtur esse pulchrum, aut turpe, aut aliquid aliud eiusdem generis, tale esse id dicetur omnino.

# ARISTOTELIS TOPICORUM LIBER III.

## Cap. I.

RElíquus est comparationis locus, in quo videndum est, duobus propositis vtrum sit optabilius aut melius. Ac primum exponẽdũ illud est, nobis hoc loco non esse propositum de iis differere quæ valde & distinctiones, (neque enim est quisquam, cui in dubium veniat, sitne beatitudo quàm diuitiæ magis expetenda) sed de iis quæ cognata sunt & vicina, & iis duobus quibus propositis dubitamus vtrum elationem habeat, an submissionem: propterea quod quid alterũ alteri præstet minime videamus. Ex quo perspicuum erit, exposita harum rerũ præstantia vna aut pluribus animum assensurum & approbaturum id esse magis expetendum, quod excellet. Ac diuturniora quidem anteponẽda sunt & breuioribus. & quæ prudentes anteponant, aut viri boni, aut le-



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ges rectæ: aut quæ anteponãt ij qui in reliqua re excellunt, quia ij sint: aut quæ ij qui vnoquoque genere scientes sunt, aut quæ plures, aut etiam omnes. vt in medicina & fabrica, quæ plures medici anteponant, aut omnes: aut quæ omnino plures, vel oẽs vel omnia, quale est summũ bonũ. Expetũt enim summum bonum omnia. Id autem quod commemorabitur ad id cui vsui esse possit, est omne reuocãdum. Suntque omnino anteponenda ea quæ à meliore arte proficiscuntur: vt quoniam philosophia melior est ars quàm architectura, omnino ea quæ à philosophia efficiantur, iis quæ ab architectura, anteponantur. Quæ autem à cuiusque arte efficiuntur, ea quisque alienis anteponit. Deinde anteponenda sunt ea quæ vi sua in genere sunt, iis quæ non sunt. vt iustitia viro iusto. Iustitia enim in genere est bonorum, vir iustus non est: & illa vi sua bonum est, hic non item. Nihil enim id quod genus dicitur, quod non sit in genere. vt homo albus non coloris nomen obtinet. Quod idem in cæteris contingit. Anteponuntur etiam quæ propter se expetuntur, iis quæ propter aliud. vt valetudo exercitationi: quoniam illa propter se expetenda, hæc propter aliud. Et quæ propter se expetuntur, iis quæ forte temere & casu. vt amicorum iustitia hostium iustitiæ, quòd illa per se expetenda est, hæc casu & fortuito, vt ne nobis noceant. Hic autem locus eandẽ fere vim habet, quàm superior. ab eoq; nisi modo, non differt. Nam amicos per se iustos esse optamus, etiamsi nihil inde ad nos redeat, & apud Indos habitent: at hostes sic propter aliud iustos esse optamus, vt nihil nobis obsint. Et ex quibus per se bona propagantur, iis ex quibus casu & temere, vt virtus fortunę. Illa enim per se efficiẽs est causa bonorum, hæc fortuito. Et si quid aliud tale est. Eodẽ modo de contrariis iudicandum est. Ea enim quæ per se causæ sunt malorum, postponuntur iis quæ casu & fortuito. vt vitium fugiendum est potius, quàm fortuna. Illud enim per se malum est, hæc casu. Et quæ omnino bona sunt, iis anteponuntur quæ alicui bona sunt. vt valere, quàm secari magis optandũ est: quoniam illud omnino bonum est, hoc alicui qui sectione egeat. Et innata ac insita bona assumptis & aduentitiis, vt iustitia viro iusto: quoniam illa insita est & innata, illud aduentitium. Et quæ in re meliore insunt, & quæ iustiorem habent venerationem iis

Sunt que
Hic locus proximus est annexus dicto maxima est aperta & quam hic Arist. explicat & sententiis illustrat

Locum intellige secũdũ naturam boni

Locus est ab his que sub aliquo genere continentur quorum ea dicuntur prestantiora quæ per se sub genere continẽtur his quæ per accidens cõtinentur. Vt iusticia per se Iustũ per accidens sub bono cõtinetur

Hic locus differt a superiori Vt genus a specie Nam per se est genus ad propter se Quoniam omne quod est propter se est per se sed non contra. Vt diuitiæ per se nõ ppter se sunt bonæ

Sunt bona per se prestantiora sunt bonis per accidens ita e diuerso Vitia per se deteriora sunt Vitiis per accidens

Bonum simplex prestantius est bono ex additione quod secundum quid vocant, Et ignata bona innata appellant non quod nobis insint a natura ed quod suapte natura talia sint virtus suapte natura bona est

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

locus e ta subiecto di hec ente a qt

Q orum ubiecta unt nob liora et pre tantiora B quo sue nobiliora et pre tiond unt. vt equina animus, corpor; pre tat bona animi sunt p. tantiora bonis corporis

que in deteriore. vt bona Dei, hominũ bonis: & animi, corporis bonis sunt anteponẽda. Et quæ propria sunt melioris rei, iis que deterioris. vt diuina humanis. Cũ. n. bonis quæ illis inter se sunt communia, non differãt inter se, propriis alter alteri præstat. Et quæ in melioribus, aut antiquioribus, aut in iis quæ in maiore sunt precio & honore, ea sunt anteponẽda, iis quæ in deterioribus. vt valetudo viribus corporis, & pulchritudini corporis. Valetudinis. n. sedes est in humore, siccitate, calore & frigore, iisq; omnib⁹ ex quibus primũ animal cõstat & cohæret: hæc vero in iunioribus. Nam & vis corporis in neruis atq; ossibus sita est, & pulchritudo corporis est apta quædã compositio membrorum. Fines iis quæ ad finẽ pertinẽt atq; cõducũt. Ex duobus quod ad finẽ propius accedit. Quæ ad vitæ finẽ pertinẽt, iis quę ad alium aliquem. vt quæ ad beatam vitam pertinent, iis quæ ad prudentiam. quod enim ad beatitudinẽ pertinet, anteponẽdũ est. Quæ fieri possunt, iis quæ nõ possunt. Ẽ duobus efficiẽtibus cuius finis melior, id etiã præstãtius. Ex efficientibus & finibus proportione cõcludẽdũ est, hoc modo: Cũ pluribus partibus finis finis præstat, q̃ finis ille suæ causæ efficiẽti: vt si beatitudo valetudinẽ pluribus partibus superet, q̃ valetudo salubria, efficitur, vt efficientia beatæ vitæ vincãt valetudinẽ Quantò. n. beatitudo valetudinem præstat, tantò salubria præstãt efficientia beatitudinis. Atqui minore interuallo salubria valetudo anteibat: pluribus igitur partibus salubribus præstãt beatitudinis efficientia, quàm valetudo salubribus. Ex quo perspicuum est, efficientia beatę vitæ sanitati, quia ei præstent, esse anteponenda. Præstantiora per se, quæ in maiore sunt honore & precio, & laudabiliora anteponẽda sunt. vt amicitia diuitiis, iustitia valetudini & viribus corporis. Illa. n. numerantur propter se in iis bonis quæ sunt honorabilia & laudabilia: hæc non propter se, sed propter aliud. Nemo n. opes propter se amat, sed propter aliud. Amicitiam autẽ propter se colimus, etiã si nihil inde fructus speremus nos esse percepturos. Iam si duo quædã sint valde inter se similia, nec quid alterum alteri præstet & excellat perspicere possimus, id ex consequẽtibus intelligi licet, hoc modo: Quo. n. maiora bona propagantur, id anteponendũ alteri est: q̃ si mala cõsequantur, quo minora mala propagantur, id est eligendũ. Nam si sit vtrunque

Propositis duabus causis efficientibus & totidem effectis, Quorum cau q efficiens est pre tantior effectus quoque pre tantior erit

locus est ex proportione finiũ cuius hic textus est.

Propositis duabus causis efficientibus vlla cuius finis magis superat finem alterum quam finis superatus magis est eligenda. Vt qua felicitas qua est finis virtutis magis no tan tum superat finem virtutis quam ipsa virtus, exercitationem magis superabit

Hic locus distat a quinpres a signatis, vperius quod illic per se bona et propter se conferebantur cum bonis per accidens propter aliud. hic vero bona sua pte natura honorabiliora minus honorabilibus cõparantur

Cap. 11.

Propositis duobus bonis illa pre tantius est a quo plura bona nascuntur. Sic duobus malis propositis id est minus mouendum a quo minora mala procreantur



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eligendum, nihil prohibet aliquid moleſtiæ conſequi. ex conſequentibus autem duo argumenta ſumuntur, quoniã & aliquid antecedit rei, & præcurrit, & aliquid rẽ ſequitur: veluti diſcenti antecedit ignoratio, & eum cõſequitur ſciẽtia. Fere autẽ melius eſt quod rem ſequitur. Argumentum verò à cõſequentibus ſumendum eſt, vt cõmodum fuerit. Plura bona paucioribus anteponenda ſunt aut omnino, aut cum alia quæ pauciora ſunt in aliis quæ plura, cõtinẽtur. Huic autẽ loco occurritur, ſi vnum alterius gratia petatur. Neq; enim vni vtrunq; anteponitur. veluti valere & valetudo non pluris ſunt q̃ valetudo, quandoquidem valere optamus valetudinis gratia. Nihil etiam prohibet ea quæ non ſint in bonis, bonis anteponi. vt beatitudinẽ cõiunctam cũ aliqua re quę non numeratur in bonis, iuſtitiæ ac fortitudini. Et eadẽ cõiuncta cum voluptate, magis expetenda ſunt, quàm ſine voluptate, & eadẽ ipſa cum indolentia copulata, quàm cum dolore. In quo etiam quicq; tempore maiorem vim habet, id in eo magis optandũ eſt: vt in ſenectute ſine vlla moleſtia & cura vitam, quàm in adoleſcẽtia. plus enim poteſt in ſenectute. Eademque ratione in ſenectute magis expetenda prudentia eſt. Itaque nemo adoleſcentes imperatores deligit, q̃ prudentes eos nõ eſſe exiſtimet. contraque fit in fortitudine, cuius in iuuentute neceſſarium munus & officium eſt. Eadem eſt etiam temperantię ratio. Adoleſcentes enim magis quàm ſenes cupiditatibus ſeruiũt. Quæ per omne tempus ætatis plus poſſunt, iis quę maxima parte, vtiliora ſunt. vt iuſtitia & temperantia fortitudine, quia illis ſemper, hac interdum vtimur. Quæque ſeipſis cõtenta ſunt, meliora quàm quæ egent aliis. Quod in iuſtitia & fortitudine cernere licet. Nã ſi iuſti omnes eſſent, nihil loci eſſet fortitudini: at ſi fortes eſſent, iuſtitiã requirerent. Cõparatio etiam ex interitu, abiectione, origine, acceptione, contrariiſque ſumi poteſt, hoc modo: Quorum bonorum interitus magis declinandi ſunt, ea meliora. Quod idẽ in abiectionibus & cõtrariis cõtingit. Cuius enim prætermiſsio & expulſio, quàm contrariũ, magis fugienda eſt, id etiã optabilius. Contra fit in ortu & acceptione. Quarum enim rerum origines & aſſumptiones optabiliores ſunt, eæ aliis anteponũtur. Alius locus, Quod ad bonum propius accedit, id & optabilius & melius eſt: quodq; ad bonum ſimilitudine pro-

Lorem ipsum dolor sit amet, consectetur adipiscing elit, sed do eiusmod tempor incididunt ut labore et dolore magna aliqua. Ut enim ad minim veniam, quis nostrud exercitation ullamco laboris nisi ut aliquip ex ea commodo consequat. Duis aute irure dolor in reprehenderit in voluptate velit esse cillum dolore eu fugiat nulla pariatur. Excepteur sint occaecat cupidatat non proident, sunt in culpa qui officia deserunt mollit anim id est laborum. Sed ut perspiciatis unde omnis iste natus error sit voluptatem accusantium doloremque laudantium, totam rem aperiam, eaque ipsa quae ab illo inventore veritatis et quasi architecto beatae vitae dicta sunt explicabo. Nemo enim ipsam voluptatem quia voluptas sit aspernatur aut odit aut fugit, sed quia consequuntur magni dolores eos qui ratione voluptatem sequi nesciunt. Neque porro quisquam est, qui dolorem ipsum quia dolor sit amet, consectetur, adipisci velit, sed quia non numquam eius modi tempora incidunt ut labore et dolore magnam aliquam quaerat voluptatem. Ut enim ad minima veniam, quis nostrum exercitationem ullam corporis suscipit laboriosam, nisi ut aliquid ex ea commodi consequatur? Quis autem vel eum iure reprehenderit qui in ea voluptate velit esse quam nihil molestiae consequatur, vel illum qui dolorem eum fugiat quo voluptas nulla pariatur? At vero eos et accusamus et iusto odio dignissimos ducimus qui blanditiis praesentium voluptatum deleniti atque corrupti quos dolores et quas molestias excepturi sint occaecati cupiditate non provident, similique sunt in culpa qui officia deserunt mollitia animi, id est laborum et dolorum fuga. Et harum quidem rerum facilis est et expedita distinctio. Nam libero tempore, cum soluta nobis est eligendi optio cumque nihil impedit quo minus id quod maxime placeat facere possimus, omnis voluptas assumenda est, omnis dolor repellendus. Temporibus autem quibusdam et aut officiis debitis aut rerum necessitatibus saepe eveniet ut et voluptates repudiandae sint et molestiae non recusandae. Itaque earum rerum hic tenetur a sapiente delectus, ut aut reiciendis voluptatibus maiores alias consequatur aut perferendis doloribus asperiores repellat.

Portor porepr eponenda sunt. t prę tantior est vena sectione

Vt sanitas nobilitas et diuitiæ honori et præcipuum sint Canendum tamen est ne p̃ tantiora bona numero minora bonis superioribus conferamus. Vt prudentia et iuſtitia iunctæ eligibiliores sint honore nobilitate diuitiis

Quoniam ſua quibuſcunq; rebus ſunt tempora quia non eodem tempore vtile hoc loco ex primit. Quatuor tamen potiſſimum de fortitudine bellica quę tempore belli duratę et neceſſaria

Virtutes ſecundum formam ſunt ſecundum materiã diſiunctæ nihil prohibet. Animũ quoda tempore vnum nõ alterius virtutis eſſe affectum

Tametſi his locus, vnius ſit tamen quæque partes diſtribui poteſt vt ſit primus a Corruptionibus 2. ab Abiectionibus 3. a Contrariis 4. a Generationibus 5. ab Aſſumptionibus

Differunt abiectiones a corruptionibus quòd illæ rebus ſunt ſæpius poſſumptæ vt in ſanitate et diuitiis. Corruptiones vero minime. Nam nec cecitas nec ſurditas rebus ſumuntur Idem et ſumptionibus et generationibus dici poteſt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

pius accedit,id melius: vt iustitia viro iusto. Quæ meliori simi liora sunt,ea meliora: quemadmodum Aiacẽ Vlyssi anteponũt quòd Achilli similior esset. Occurrunt huic loco, q̃ nihil prohibeat Aiacem non qua parte Achilles optimus fuerit, ei similiorem fuisse,& tamen alterum virum bonum fuisse, etsi dissimilem. In quo uidendum est, an etiam in iis, quæ magis ridicula sunt inueniri possit similitudo: quemadmodum simia similitudine ad hominem propè accedit, quum equus non sit similis. Neque enim præstantior est simia, etsi similior homini quàm equus. Rursum è duobus si vnum meliori, alterum deteriori similius sit, melius erit quod similius est præstantiori. Atq; etiã huic loco occurritur. Nihil enim prohibet vnum meliori paulũ similem esse, alterum valde deteriori. vt si Aiax paulũ admodum similis sit Achilli,& Vlysses valde Nestori. Et, si id quod meliori similius sit, mala eius imitetur: quod autẽ ad deterius similitudine proprius accedat, bonam in partem simile sit. vt equus asino & simia homini. Quæ magis insignia sunt, minus insignibus anteponũtur. Et laborioſa, procliuibus. chariora enim nobis sunt ea, quæ difficulter parantur. Et priuata cõmunibus. Quæq; molestiæ minus habent. quę enim nullã molestiam afferunt, iis quę afferunt, anteponũtur. Quæ aliis præstantiora sunt, omnino etiam quæ in eo genere præstantissima sunt, iis quæ in altero genere sunt præstantissima anteponuntur. veluti si nobilior equo homo sit, nobilissimus homo etiam sit generosissimo equo præstantior. Et si res præstantissimæ & clarissimæ nobilissimis alterius generis præstant, etiam omnino illis rebus excellũt. Vt si clarissimus homo generosissimo equo præstet, etiam hõ equo præstat omnino. Quæq; cũ amicis cõmunicare licet, iis quæ non licet. Quæ in amicos præstare cupimus, iis quę in quẽuis, vt officia seruare & bene mereri magis optamus, q̃ videri bene mereri & officia seruare. quoniã beneficia malumus in amicos cõferre, q̃ videri: in quemuis contra. Non necessaria necessariis meliora sunt, eáq; interdum magis expetũtur. Bene enim viuere præstat q̃ viuere. cum benè viuere non sit necessarium, & viuere in necessariis. Fit autẽ interdum vt quæ meliora sunt, non etiã magis expetãtur. Non enim si quid melius, propterea id necesse sit etiã magis esse expetendũ. Philosophorum enim vita cùm eo genere



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vitæ quod in pecuniis quærendis consistit, sit melior: attamen ei cui res ad viuendum necessariæ non suppetunt, non magis expetenda est. Non necessaria autem sunt, cum suppetunt res necessariæ, & aliæ præterea quædã honestæ parantur. Ac ferè quidem certe necessaria magis expetenda sunt, non necessaria meliora. Quæ, ab alio non suppeditari possunt & accipi, iis quæ possunt. quomodo iustitia ad fortitudinẽ affecta est. Quæ sine aliis expetenda sunt, iis quæ nisi cõiuncta cũ aliis non expetuntur. vt vires corporis sine prudẽtia nõ sunt expetendæ, sine viribus etiã prudentia expetẽda est. E duobus si vnum dissimulemus aut negemus in nobis esse, vt alterũ in nobis esse videatur, id anteponendũ est, quo præditi esse videri velimus: ut laborioſos nos esse negamus, vt ingenio valere videamur. Quorum bonorũ defectio minus in iis vituperanda est, qui molestè ferunt. Et quorũ defectio in iis qui non acerbè ferunt ea à se abesse, magis reprehendenda est. Cap. III. Eorum quæ in eodem genere sunt, quod apta & propria virtute & laude valet, alteri quod eo caret, anteponẽdũ est. Ex iis in quibus inest, id in quo maior est. Quę bonũ eũ in quo sunt efficiunt, iis quæ nõ efficiunt, vt calidius id est, quod calefacit, eo quod nõ calefacit. Ex iis quæ efficiunt ea quæ magis efficiunt, aut quæ id quod melius est, & magis præcipuum bonum efficiunt, vt quæ animũ bonũ efficiũt iis quæ corpus. Ex casibus etiam & vsu, actionibus, & operibus cõparationis locus sumitur, & quæ ab illis orta sunt, concluduntur. alterum enim alteri cõsequens est: vt si id quod iuste fit ei quod fortiter anteponẽdum sit, iustitia fortitudini anteponetur. Et si iustitia fortitudini anteponenda sit: etiã id quod iuste fit ei quod fortiter. Quod idem fit in cæteris. Si quo bono vnum magis bonum sit, min⁹ alterum, maius magis expetendum est. vel si maiore aliquo maius sit alterum. Quinetiã è duobus quæ alicui præponenda sunt, id quod magis expetendum sit, potius eligendum erit, quàm id quod minus. Quorum præstantia & laus, præstantiæ laudiq; aliorum anteponitur, ea etiam anteponẽda sunt, vt amicitia diuitiis. Amicitiæ enim excellẽtia & gloria, opũ excellentiæ & exuperãtiæ anteponenda est. Quæ ipsum sibi quisq; parare & quærere malit, quàm alterum, ea anteponenda: vt amici opibus. Ex adiunctione hoc modo: Si eidẽ rei aliquid adiungatur, totum q;

Hanc particulam addidit quoniam necessaria cum additione non semper meliora sunt vt viuere cum iustitia cum fortitudine ferè

Id est Ea sunt optima quorum absentiam merito dolemus. Vbi vitia contra ea non sine molestia debemus ferre

Quo quid subiectum suum efficiat, ex eo dictum vt cetera. et studia ferre rectius dicit illud magis esse ex quo efficiens rectius efficiat. autorem reddunt animum qua amicitiam eorum

Memineris hunc locũ per collationẽ dici. Vt cetera. et studia ferre a simplici sine comparatione, ad id quod habetur 3ª rap. secundi. Abusibus hoc modo. Si diuitiarum vsus melior est, ipse quoque diuitiis melior est. Ab actionibus. Si iusti actio potior est, iustus quoque iustitia fortitudine potior est. Ab operibus. Si animi opus præstantius est corpore, animus quoque præstantior est corpore. Amicitia est benevolentia plurimum

Locus est a comparatione secundi magis et minus in tres simplices distinctus quorum primum hic et sententia

Cum duo conferuntur inter se quorum vnum illo maius præstantius est et alterum minus præstantius, magis præstantius est expetendum

Extremorum bonorũ alicui si ita sit vt illud magis sit expetendum quod magis in medium spectat vt virtus honore excellentior sit quam illa bona quæ dubitatione anteponitur quæ media sunt nisi virtutem et honorem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

melius efficiat, id magis expetendū eſt, In quo cauendum eſt, ne ad ea progrediamur, in quibus altero eorum quæ cōiunguntur vtatur id quod vtriuſque cōmune eſt, vel aliqua alia ei adiumēta afferat, reliquo nō vtatur, neque ei ſit adiumento. quales ſunt cum fabrica ſerra & falx coniuncta. quarū ſerra ſi coniuncta ſit optanda magis eſt, cū magis expetenda nō ſit omnino. Rurſum, ſi quid ad minus additum, maius totum efficiat, magis expetendum eſt. Quod idē ex detractione effici poteſt. Quicquid enim eſt eiuſmodi, quo detracto, id quod reliquum eſt minus efficitur, id omne anteponendum. Quæq; propter ſe expetenda ſunt, iis quæ ad exiſtimationem hominum & opinionem accommodantur: vt valetudo pulchritudini anteponenda eſt. Illud autem ad iudicium hominum & opinionē dirigitur, quod ſi neſciant, nullus in eo parando labor impendatur. Quæ etiam propter ſe expetuntur & ad hominum commendationem, iis quæ alterius ſolum gratia. Quæque vi ſua per ſe & propter ſe in maiore precio & honore ſunt, eadem meliora ſunt & magis expetenda. Ea autem per ſe in maiore honore ſunt & precio, quæ detracta omni opinione vtilitatis, tamen magis propter ſe peteremus. Diuiſio etiam rerum expetendarum, & quarum cauſa expetantur, magnam ſuppeditabit copiam diſputandi: vt vtilitatis, vel honeſtatis, vel voluptatis gratia res omnes expetendas. Quibus enim ad omnia vel ad plura vtimur, ea iis anteponēda ſunt, quibus ad tot res nō vtimur. Quòd ſi in vtriſque eadem reperiuntur, in vtris magis reperiantur videndum eſt, vtrum iucundiora ſint, an honeſtiora, an vtiliora. Quæ melioris rei cauſa comparata ſunt, eadē magis expetenda: vt quæ virtutis, q̄ quæ voluptatis gratia. Eadē ratio eſt rerū fugiendarum. Fugiēda enim ſunt magis quę res expetendas impediunt. veluti morbus magis declinandus & vitandus eſt, quàm deformitas, ꝙ magis nos à voluptate & virtute morbus detorquet. Ex eo etiam argumenta ſumuntur, ſi rem propoſitam & expetendam & fugiendam eſſe doceamus. Minus enim expetenda eſt res eiuſmodi, quam expetere æquè ac fugere liceat, quàm altera quæ tantūmodo ſit expetenda. Ac comparationes quidem rerum inter ſe, tractandæ ſunt, quēadmodū à me præſcriptum eſt. Quiiidem quidem loci valent etiam ad faciendam fidem, quid ſit expetendum, quídque fugiendum.

IIII. Innumt loco⁹ p̄dictos vn̄ olim conferre ad quęſtionem comparatiuā, q̄d etiam ad p̄ſentem phāda cū p̄ſtitum ſit cōparatio, ut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Detrahenda enim modo alterius excellentia & præstãtia est. Si enim quæ in maiore honore sunt & prẽcio, eadem magis expetẽda sunt: certe quæ in honore sunt & ducuntur gloriæ, eadẽ sunt expetenda. & si quæ vtiliora sunt, ea magis expetenda: vtilia etiã expetuntur. Quod idem fit in cæteris, quæ cõparantur. Sunt autem quædam, ex quorum inter se comparatione statim vtrunq; expetendum esse aut alterum intelligimus. veluti cũ vnum naturale bonum, alterum non innatum & insitũ dicimus. perspicuum est enim id quod insitum & innatum sit, esse expetendũ. Sumendi sunt autẽ à maiore & minore loci, qui quàm latissimè pateant. sic enim ad plura concludenda valebũt. Possunt etiam quidam ex iis locis quos exposuim⁹, generaliores effici, si parua nominũ fiat mutatio veluti, Quod natura tale vel tale est, eo est magis tale, quod non est tale vel tale natura. Ex duobus si vnum efficit, alterum nõ efficit tale vel tale: id quod ipsum habet, aut in quo ineſt, magis tale est. quod interdum facit, quàm quod nõ facit. Si in vtrunque vim efficiendi habeat, id quod plus efficit, & magis tale vel tale est. Et, si è duobus hoc plus, illud minus quã vnum aliquid efficiat eiusmodi. Si è duobus vnũ magis tale vel tale sit quàm quod tale est, alterum magis, quàm quod nõ est eiusmodi: profectò primũ in eo genere vincat necesse est. Ex coniunctione idem efficitur. Si quid ad eandem rem addatur, totũque magis tale vel tale efficiat. Et si quid ad rẽ addatur quæ minus sit eiusmodi, totam magis talem reddet. Itémque detractione. Nam si quid detrahatur ab aliquo, ex eóq; quod reliquũ est minus tale vel tale existat, id in eo genere præstat. Quæ mixta coniunctáque sunt minus cũ contrariis, ea magis talia vel talia. veluti id albius est quod minus admixtum habet nigrorem, Superioribus accedit hic locus: Quod sibi magis rei de qua agitur veram ascifcit definitionem. veluti si candoris hæc sit definitio, Color aspectũ oculorum diuidens, is albior color erit, quò magis dispertit aspectum. Quòd si quæstio non generalis, sed quæ subiecta sit generi tanquam pars ponatur, primũ loci qui expositi sunt ad confirmandum vel reprehendendum omnes valent plurimum. Si quid enim omnino & totũ confirmemus aut refellamus, etiam partem ostendimus: propterea quòd si quid in toto genere reperiatur, etiam in parte: & si in nulla parte, in ali-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

qua intelligi non poteſt. Aptiſsimi autem ſunt loci latiſsimeq́; patent ij, qui ex contrariis coniugatiſq́; ſumuntur. Aequè enim probabile eſt effari, ſi omnis voluptas ſit in bonis, etiã dolorem omnem in malis eſſe: ac ſi qua voluptas ſit bonum, aliquem etiã dolorem eſſe in malis. Et ſi quis ſenſus non ſit vis & facultas, ſequitur, vt ſenſus priuatio nõ ſit imbecillitas. Et ſi quod opinabile eſt, ſcientię ſubiectũ ſit, fit vt quędã opinio ſit ſcientia. Rurſum, ſi qua res iniuſta ſit in bonis, aliqua etiam res iuſta ſit in malis neceſſe eſt: & ſi quid eorũ quæ iniuſte fiunt, malũ eſt, aliquid etiam eorum quæ iuſtè fiunt, erit bonum. & ſi quid eorum quæ iucunda ſunt in rebus fugiendis ſit, aliqua etiã voluptas fugienda. Eodemq́ue modo, ſi quid eorum quæ iucunda ſunt, vtile ſit. aliqua etiam voluptas erit in bonis. Quod idem in iis quæ vim interimendi habent, in ortu & interitu contingit. Si quid enim quod vim habeat interimendæ voluptatis & ſcientiæ, in bonis eſt, ſit etiã neceſſe eſt aliqua voluptas & ſcientia in malis. Itemq́ue ſi aliquis interitus ſciẽtiæ ſit in bonis, aut ortus in malis, erit in malis aliqua ſcientia. vt ſi ignoratio flagitiorum alicuius in bonis, aut recordatio in malis numeretur, certe & cognitio flagitiorum alicuius in malis ducitur. Quod idem in cæteris contingit, propterea quòd eadem ratio veriſimilitudinis valet in omnibus. Idem ex maiore, minore & pari efficitur, hoc modo: Si quid eorum quæ ex alio genere ſunt, magis tale vel tale ſit, illorum autem nihil ſit, efficitur vt id quod expoſitum eſt, non ſit eiuſmodi: vt ſi qua ſciẽtia bonum ſit potius quàm voluptas, nec vlla ſit in bonis ſciẽtia, ne voluptas quidem in iis numerabitur. Similiter ex pari & minore licebit confirmare & refellere, niſi q́p ex pari vtrunq; efficietur, ex minore cõſtituere ſolum, nõ etiã deſtruere. Si enim pari ratione vis aliqua in bonis ſit & ſcientia: ſit autem vis aliqua in bonis, etiam ſcientia erit. Sin nulla vis & facultas, ne vlla quidẽ ſcientia. Si autem minore ratione vis aliqua bonũ ſit, quàm ſciẽtia, ſitq́ue vis aliqua bonum, etiã ſciẽtia: Sin nulla vis in bonis ducatur, nõ neceſſe eſt nullam etiã ſcientiam duci in bonis. Ex quo perſpicuum eſt, locũ ex minore ſolum vim habere ad probandum. Non ſolum autem ex alio genere copia & ratio refellẽdi ſuppetit, ſed ex eodem etiam genere, ſi quis ſumat quod ſit tale vel tale maxime. vt ſi qua ponatur



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

esse in bonis scientia, probatum q; sit non esse in bonis prudentiam, nulla alia numerabitur. quippe cum ne ea quidē quę maxime videatur. Ex fictione idem efficitur, si enuncietur, pari ratione si cui cōueniat etiam omnibus cōuenire, aut non conuenire. vt si hominis animus sit immortalis, etiam cæterorum. Quòd si non hic, ne cæterorum quidem esse. Si igitur ponatur alicui cōuenire, non conuenire alicui docere debemus. sic enim consequens erit & fictione nulli conuenire. Quòd si cui non conuenire ponatur, probandum est alicui conuenire. sic enim illud cōsequens erit, cōuenire omnibus. Illud autem perspicuum est, eū qui aliquid ponat & fingat, ad generalem speciē reuocare quæstionem. eum enim vult qui partem cōcedat, totum etiam concedere: quandoquidē si vni, pari ratione æquum putat conuenire omnibus. Ac infinitæ quidem quæstiones vno modo euerti refelliq; possunt: vt si voluptatem bonū esse dixerit, aut non esse bonum, neque aliud quicquam exposuerit. Nam si voluptatem aliquam in bonis esse dixerit, nullā esse omnino probandū est, si rem propositam velit euertere. Item si voluptatē aliquā nō bonam esse enunciarit, omnino demonstrandum est omnem esse. aliter enim nō potest reprehēdi. Nam si voluptatem aliquā non esse bonum, aut esse doceamus, nondum proposita res reprehensa est. Ex quo perspicuum est, rem infirmari vno modo posse, cō firmari duobus. Siue enim omnino doceamus omnem in bonis voluptatem duci, siue aliquam, res cōfecta erit. Item q; si opus sit ostendere, aliquam voluptatem non esse in bonis, si nullam esse doceamus, aut aliquā nō esse: vtrūq; effecerimus & omnino, & ex parte, aliquā in bonis nō esse voluptatem. Definita autē quęstione, duo ad refellendū loci suppetent. vt si quis ponat in bonis voluptatem aliquā esse, aliquā non esse: siue omnis in bonis esse doceatur, siue nulla esse, res proposita infirmata erit. Quòd si vnā tantūmodo in bonis voluptatē posuerit, tribus modis id poterit refelli. Si enim omnem esse, vel nullā, vel plures docuerimus, rem propositā euerterimus. Si verò quæstio definita exposita q; sit pluribus, veluti prudentiam solam ex virtutibus esse scientiā, ad id reprehendendū quatuor modis instructi erimus. Nam si doceamus omnē virtutem scientiā esse, aut nullam, aut etiam aliam, veluti iustitiā, aut ipsam prudentiam non contine-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ri scientia, euersum erit id de quo agitur. In quo vtile erit, quid cuiq; rerũ singularũ quas exposui accidat, aut non accidat videre: quẽadmodum de generalibus quęstionibus tradidi. Genera etiam videnda sunt diligenter, eaq; in partes, vt dixi, vsq; ad indiuidua, tribuẽda. Siue enim in toto genere perspiciatur inesse, siue in nulla parte, cũ multę adferuntur: petendũ est, vt omnino totum q; concedat, aut certè occurrat, in qua non ita reperiatur. Postremò quibus in rebus aut specie aut numero constitui potest accidens, num quid cõueniat videndum est. vt tempus non moueri, aut non esse motum, si probare velimus, quot sint genera motus docendum est. Si enim nullum eorum cõueniat tempori, tempus certè nec mouetur, nec motus est. Itemq; animũ non esse numerum licebit docere, diuisione adhibita, omnem numerum aut parem esse, aut imparem. Nam si animus neque par, neque impar sit, profectò esse numerus nullo modo potest. Ac ex his quidem locis argumenta ducenda sunt, & depromenda ad confirmandum vel refellendum accidens.

# ARISTOTELIS TOPICORUM LIBER IIII.

## Cap. I.

DEinceps ea quæ ad genus & proprium pertinent, videamus. In iis autem elementa definiendi tradẽtur, quæ quidem raro in disputationem incidunt. Si igitur ponatur genus alicuius eorum quæ sunt, primum videndum est, an de aliquo eorum quæ illi cognata sunt & vicina, minimè dicatur. vt fit in accidentibus. vt si voluptatis genus bonum statuatur, an aliqua voluptas non sit in bonis, videndum erit. Nam si ita fiat, certè voluptatis bonum non est genus, quippe cum genus in formis omnibus quæ sub ipsum subiectæ sunt, intelligatur. Deinde consyderandum est, an in quæstione qua quid sit res exquiritur, minimè dicatur, sed vt accidẽs. vt id quod album est de niue, aut de animo, id quod pulsu suo & interiore agitatur. Neque enim idem nix est quod album aliquid. itaque non est id quod album est niuis genus, nec animi id quod à se mouetur: accidit enim ei vt moueatur, quemadmodũ sæpe animali vt ambulet.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Præterea quod à se mouetur, non aliquid quod est, sed aliquid quod facit aut patitur indicat. Itemque id quod album est, non naturam niuis significat, sed qualitatem. Ita neutrum eorum in naturæ quæstione dicitur. Maxime verò an definitio accidentiũ in id genus quod datum est, conueniat, spectare debemus. Nam vt in eo exemplo quod modo protuli, permaneant, fieri potest vt aliquid se ipsum & moueat & non moueat. Itemque vt albũ sit aliquid & non album. ex quo efficitur, neutrum eorum genus esse, sed accidens. quandoquidem accidens diximus esse, id quod & conuenire alicui potest, & non conuenire. Iam illud etiam videndum est, an non in eadẽ diuisione, genus & species numerata sint. vnumq; eorũ ad substantiã, alterum ad qualitatẽ: aut illud ad ea quæ cum aliquo conferuntur, hoc ad qualitatem pertineat: veluti nix, & cygnus ad substantiam: id autem quod album est, non ad substantiam, sed ad qualitatem pertinet. Ita id quod album est nec niuis genus est, nec cygni. Rursus, quoniam scientia in iis est quæ cum aliquo conferuntur, bonum autem & honestum in qualitate, fit, vt honestum aut bonum, non sit genus scientiæ, præsertim cum eorum quæ cum aliquo conferuntur genera etiam ipsa in eodem genere esse debeant. Id quod in duplo cernere licet. Nam cum multiplum dupli sit genus, ipsum etiam in iis est, quæ cum aliquo cõferuntur: atq; vt summatim dicam, eidem diuisioni, cui species, genus subiici debet. Siue enim species substantia sit, etiam genus: siue qualitas sit species, etiam genus qualitas sit necesse est. Vt si candor ad qualitatem referatur, color etiam refertur. Quod etiam fit in cæteris.

Præterea videndũ est, an necesse sit, aut possitne genus eo participare quod genus positum est. definitio autẽ participandi est, eius quod cõmunicatur, recipere definitionẽ. Ex quo perspicuũ est, species generũ participes esse, genera formarũ non esse. quãdoquidẽ generis cum specie cõmunicatur definitio. speciei cum genere non item. Illud ergo videndum est, genusne id de quo agitur, particeps sit, an possit esse speciei particeps. vt, si quis eius quod est aut vnius illud aliquid gen⁹ tradat. Ita enim fiet, vt particeps sit formarũ genus. quoniã in rebus omnibus quæ sunt, id quod est & vnum intelliguntur: ergo etiã eorum definitio. Illud etiã, an species data & proposita in aliqua re vere dicatur, genus

3 locus. Euertendum est genus quod accidentis definitionem retinet, id quod tam adesse quam abesse potest

Ab habitudine speciei ad genus & generis ad speciem 4 locus est. Euertendum est genus cum non in eadem categoria qua species, ponitur. Et sic de specie

Ad differentibus generis et speciei 5 locus est. Si genus quod assignatur sit subiectum speciei aut eius definitionem accipiat quum secus fieri debeat genus euertendum est

6 locus est a repugnantibus generis et formæ. Improbatur genus quod de paucioribus dicitur quam species cum natura ita de pluribus dici debeat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nõ dicatur. veluti, si id quod est, aut quod sciri potest opinabilis ponatur genus. de his enim rebus, quæ nullæ sunt opinabile dicitur. quoniã multa eorũ quæ nulla sunt, in opinione consídũt. Id autẽ quod est, aut quod scientia cõprehẽditur, de iis quæ nulla sunt. vt perspicuum est, non dicuntur. Ex quo fit vt neque id quod est, neq; id quod scientia cõprehenditur, sit genus opinabilis: præsertim cum in quibus species dicitur, genus quoq; dici debeat. Præterea illud etiam consyderandum est, an nullius formę id quod positum est genus particeps esse posit. fieri enim non potest, vt generis sit particeps, id quod nullius formarũ est. nisi fortè aliquid eorum quæ in diuisione prima formarum collocantur, quæ omnia genere tantummodo participant. Quòd si motus ponatur voluptatis genus esse, an neque interitus, neque commutatio, neque vllus motus alius eorum qui propositi sunt voluptas sit, videndum est. Perspicuum est enim nullius formæ recipere posse cõmunionem: ita ne generis quidem: quandoquidem id necesse est, quod generis est particeps, alicuius etiam particeps esse formarũ. Ita fit vt motionis species voluptas esse non posit, neq; indiuiduorum, neque eorum quæ subiecta sunt sub specie motionis: quandoquidem generis specieiq; cum indiuiduis definitio communicatur, vt certus homo, & hominis particeps est & animalis. Præterea illud etiam videndum est, an id quod positum est, genus esse in pluribus quàm genus intelligatur. vt opinabile in pluribus quàm id quod est, dicitur. Etenim id quod est & quod nõ est, in opinione cõsidit. Ita opinabile eius quod est, species esse nullo modo potest. Sẽper enim ad plura genus quàm species pertinet. Itémque illud, an genus in totidem rebus quot forma dicatur. vt si eorum quæ res omnes consequuntur, vnũ genus, alterum species statuatur: qualia sunt id quod est, & vnũ. Omnibus enim in rebus id quod est, & vnum intelliguntur. Neutrũ igitur alterius esse genus potest, quandoquidem in rebus paribus æqualibúsque dicuntur. Quod etiam fiet, si quod primũ est & principium, alterum alterius genus esse statuatur. Nam & initium primum est: & quod primum est id initium. Ita si vtrunque idẽ valet, certe neutrũ alterius genus futurum est. In quibus omnibus illud initiũ & quasi elementum nobis propositum esse debet. Genus ad plura quàm speciẽ dice-

locus est a communione formarum quo- rum enitur genus quod de aliquo dicitur quo dici potest

locus est ab æqualitate speci cum genere quo- rum improbatur genus cuius species æqualiter dicitur de his omnibus de quibus genus ipsum enunciatur

locus est a polionymis. Enertentur polionyma si vnũ et genus alterius quoniã una eadẽ ratio omnibus



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rentiámque pertinere. Pauciora enim quàm genus etiã continet differentia. Animaduertendũ etiam est, an id quod pro genere adhibitum est, nõ est genus alicuius eorum quæ specie nõ differunt, an etiam non possit videri. Is quidem qui rem cõfirmabit, sit ne cuiuspiã videbit. Est. n. omnibus iis quæ specie non differunt, idẽ datũ genus ꝙ si vnius docuerit esse, profectò omnium esse ostenderit: sin vnius non docuerit, certè nullius docuerit. vt si quis indiuiduas lineas ponat, dicatq; earũ genus esse id quod secari nõ potest. linearum enim earum quæ diuidi possunt non est genus id quod datum est, cũ specie non differant: quãdoquidem rectæ lineæ omnes specie non differunt. Illud etiã, an sit aliud aliquod genus eius speciei quæ data est, quod nec genus propositũ cõtineat, neq; sub illud subiectum sit. vt si quis iustitiæ genus esse scientiã ponat. quoniam enim genus est etiam virtus, neutrumque genus alterum continet. scientia genus esse iustitiæ nullo modo potest. Cum enim species vna duobus generibus subiecta est, tum alterum altero continetur. Quanquam de nonnullis quęstio est. nõnullis enim & virtus & scientia prudentia videtur esse, nec alterum genus altero contineri.: non tamen omnium consensu prudentia scientia est. Quòd si quis id quod dixi verum esse concedet, at certe alterum alterius genus esse, aut sub eodem genere vtrunque subiici, quod eidẽ genus sit necesse est. quod & in virtute & in scientia contingit. vtrunque enim eidẽ generi subiectũ est, quippe cum eorum vtrunque habitus sit & affectio. Illud igitur videndum est, an neutrum generi proposito cõueniat: quoniam si nec alterum altero continetur, nec vtrunq; eodem, certe id quod propositũ est, esse genus nullo pacto potest. Spectandum etiam genus est propositi generis, itaq; semper id genus quod supra est, omniáne illa de specie dicãtur, & in quæstiõe naturæ intelligãtur. De specie enim in quęstione naturæ genera quæ suprà sunt dici debent omnia. Quod sicubi hæc nõ cõstet ratio, profecto id quod propositum est, nõ est genus. Iam illud etiam considerandũ est, an speciei cũ genere, aut cũ aliquo genere eorũ quæ supra sunt, cõmunicetur definitio. Quod enim genus supra est, nullius eorũ quæ infrà sunt definitione participat. Ac ei quidẽ qui partes infirmandi obtinet, ita vt dixi, hic tractãdus locus est. Ei autẽ qui probabit rem, si spe-

Euertetur genus quod nõ dicitur de pluribus specie differentibus

locus hic dici potest ab ordinatione generum eiusdẽ categoriæ

Euertentur genera si duo sint alicuius speciei quorum nullum sub altero aut ambo sub aliquo tertio nõ continetur

Socratem natat:

Destruitur genus Infimum cuius superiora omnia in questione naturæ nõ dicũt

Locus est cõstructioni generis maxime proprius eo pacto

Habenda est ratio generum superiorum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ciei genus propositum conuenire cõstiterit, in dubiũ autem veniat, an vt genus coueniat: satis erit aliquid eorum generum quę suprà sunt, dici de specie in quæstione qua quid quicq; sit exquiritur, docere. Etenim si vnum aliquod in illa quæstione dicatur, certè omnia & quæ hoc priora antiquioráq; sunt, & quæ posteriora: siquidem specie dicãtur. in naturæ quæstione dicentur, ex quo efficitur, id genus quod datum sit, in eadem quęstione dici Quòd si vnũ in naturæ quęstione dicatur, cętera etiam omnia, siquidẽ dicantur, in eadẽ dictum iri quæstionę, inductione cõcludendũ est. Sin omnino genus propositũ conuenire in cõtrouersia versetur. non satis est docere vnum aliquod genus eorũ, quę suprà sunt in naturæ quæstione dici de specie. velut si quis ingressui genus dederit delationem, nõ satis est ingressum esse motionẽ docere, ad probandũ ingressum esse delationẽ, quãdoquidem alia sunt etiã motionũ genera: sed ante docendũ est, ingressum nullius eorũ, quæ in eadẽ diuisiõe, qua delatio, collocãtur, nisi delationis retinere definitionem. Quod enim particeps est definitionis generis, id alicuius etiam formarũ quæ prima partitione continentur, definitione participet necesse est. Quód si ingressus nec accretionis, nec imminutionis, neq; aliarũ motionum sibi definitionem vendicet, profectò delationis vendicet necesse est. ita ingressus delatio genus erit. Præterea in quibus species posita vt genus dicitur, consyderandum est, an etiam genus quod datũ est, in quæstione naturæ de iis de quibus etiã forma, dicatur: itémq; an quę supra genus sunt omnia. Nam si quo loco hoc nõ conueniat, certe id quod datum est, generis nomen nõ obtinebit. Etenim si genus esset, omnia & quæ suprà sunt & ipsum illud in naturæ quęstione dicerentur, quemadmodum etiam species in ea quæstione dicitur. Commodum erit ei qui resellẽdi partes obtinebit, nõ dici genus in quæstione qua quid sit quæretur, de iis omnibus de quibus etiã forma dicatur. at ei qui confirmabit in ea dici quæstione. Ita enim efficietur: & genus & formam de eodem in quæstione naturæ dici: ex quo consequens erit idem duobus generibus esse subiectum. Alterum igitur altero contineatur necesse est. Quòd si demonstratum sit, id genus quod constituere volumus, non esse subiectum sub specie, profectò species sub eo subiecta erit. Ita ostensum erit,

Rẽdilẽmate confirmat cuius hec est altera pars, si non solum dubitur de modo enunciandi sed etiam de differentia tunc ad reliqua genera recurrendum est que omnia si cum proposito

Delationẽ sunt ponunt motu ad locum. Cuius sunt differentia ex sinistrorsum dextrorsum, sinistrorsum motu post

locus est a specie subalterna

Improbatur genus quod quidẽ de his in quæstione naturæ non dicitur de quibus species subalterna dicitur

Confirmandum est genus quod de quibus species in quid dicitur genus etiã dicitur

Hic locum pendet a vulgari exiomate dialectico. Quecumque dicuntur de superiori dicitur de inferiori. Inferiora porro superiorum rationẽ obtinere oportet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

generis id nomen obtinere. Videndum etiam est, an speciei propositæ, iisque quibuscum species communicatur, generum conueniat definitio. Necesse est enim in specie, iisque omnibus quæ specie participant, genera dici definitiones. Quod si quo loco nō conueniat, certe quod datum est, generis nomen nō obtinet. Illud etiam, cum differentiam pro genere adhibuit. vt si immortale genus dei dixerit. Est enim animantium differentia immortale: quandoquidem animantium alij sunt mortales, alij immortales. ex quo perspicuum est in errore illum esse versatū, quoniam nullius rei genus differētia est. Quod verū esse ex hoc intelligi potest, quia differentia quid res sit, non indicat, sed potius quale quid sit, quemadmodum gradiens & bipes. Illud etiā an differentiam in numerū generum loco speciei ascripserit, vt si quis impar pro numero dixerit. differētia enim numeri est impar, non species: nec differentia generis est particeps, præsertim cum quicquid generis est particeps, id vel species sit, vel indiuiduum: & differentia nec speciei nec indiuidui nomen obtineat omnino. Ita fit vt generis nō sit particeps differentia. Non igitur impar, species est, sed differētia, quādoquidē nō est particeps generis definitionis. Præterea illud etiā consyderandū est, an genus in formarum numerum retulerit: vt contiguitatem idem esse quod continuationem: aut permixtionem idem quod temperationem: aut, vt Plato definit, delationem, loci mutationem. neque enim necesse est contiguitatē continuationem esse: sed contrà, continuationem contiguitatem esse necesse est. quippe cum nō omne quod coaptatur continuetur: sed quod continuatur aptatur. quod idem fit in cæteris. neque enim confusio omnis tēperatio est: quoniā siccorum permixtio non est temperatio: nec mutatio loci omnis, delatio. Ingressus enim delatio non videtur esse, propterea quod in iis tantummodo quæ vi, nō spōte, & voluntate sua locū mutant, dicitur. id quod in rebus inanimis contingit, ex quo intelligitur speciem, quàm genus in pluribus dici. in iis quæ data sunt, quum contrà necesse sit fieri. Videndum etiam illud est, An in formarum numero differentiā collocarit, veluti si immortale idem esse quod deū dixerit. Ex eo enim consequens erit, in paribus, aut pluribus dici speciē. semper enim in paribus rebus, aut in pluribus, quàm species differentia dicitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Etiam illud, an genus in numerum differentiarum reposuerit, vt colorem ad id quod vim habet ad aspectum oculorũ cõparandum: vel numerum, imparẽ. Itemq; illud, an genus dixerit differentiam. Fieri enim potest, vt aliquis hoc propositum afferat & inducat, temperationis differentiam esse confusionẽ, aut delationis, loci immutationẽ. Atq; hæc omnia ex iisdem locis, quoniam inter eos communior est & societas quædam, intelligenda sunt. Nam & genus in pluribus dici debet quàm differentia, & differentiæ nõ esse particeps. Quod si ita vt in superioribus exẽplis genus detur, neutrum eorum quę exposuimus accidere potest. Sic enim & in paucioribus dicetur genus, & participabit differentiã. Prætereà illud intelligendum est, si differentia nulla earum quæ generi subiectæ sunt de specie quæ data sit, dicatur, ne genus quidem dictum iri. nam quoniam de animo, nec impar, nec par dicitur, eo fit, vt ne numerus quidem. Iam verò si species sit prior naturę ordine, & genus vnà secũ tollat, & euertat, quod contrà videtur, genus esse nullo modo potest. Quod idem fit, si genus expressum & propositum, aut differentiam potest relinquere, vt animus moueri, aut opinio verum & falsum. neque enim alterum eorum genus potest esse, aut differentia, quoniam quandiu species est, eam & genus & differentia sequuntur.

Improbandum est genus differentiã subiici quod nomen differentiæ accipit

Si differentiæ generis diuisiones non affirmentur de formis generis constitutis, nec ratio generis participabit in omnibus generibus

Quoniã genus speciem semper sequitur, species vero prius est quã genus, accidat necesse est vt genus speciem euertendum erit. Caeterum destructo genere species destrui neq; est necesse. contrà nam destructa specie protinus destruitur genus

III.

Atq; etiam illud videndum est, an id ipsum quod positum est genus esse alicuius cõtrarij generis, particeps sit definitionis, aut esse possit. sic enim eadem res simul contrariorũ poterit esse particeps: propterea q̃ nunquam genus prætermittit, & cõtrarij est aut potest esse particeps. Illud etiã, an cum specie aliquid cõmunicetur, quod iis quæ subiecta generi sunt cõuenire nõn possit omnino. vt si animus vitę est particeps, nec vllus numerus possit viuere, certè animus esse numeri species nullo modo potest.

Illud etiam videndum est, an species multis variisq; modis cũ genere collata dicatur. In quo ex locis eorum quæ multis modis dicuntur quos exposuimus, argumẽta nobis suppetent. Sunt enim genus & species synonyma. Cumque omnium generum multæ sint formæ ac species, consyderandum est, an possit alia species esse illius generis quod datum est. Nam si nõ sit alia species, prõfectò id quod propositum est, in numero generum non est habendum omnino. Illud etiam, an quod per translationem



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

dicitur, pro genere sit propositum. veluti si quis temperantiã cõcordiam concentumque dixerit. Nam cum genera omnia proprie de formis dicantur, concentus de temperantia non proprie, sed per tranlationem dicitur. quandoquidem concentus omnis in sonis cernitur. Iam verò an aliquid speciei contrarium sit, videndum est. qui sane locus multis modis tractari potest. Primum, si in eodem genere etiam contraria reperiantur, cum interim nihil sit generi contrarium. In eodem enim genere contraria inesse debent, si nihil generi sit cõtrarium. Quod si quid cõtrarium sit generi, an contrarium contrario sit, videndũ est. Cõtrarium enim, si quidem sit generi aliquid contrarium, in contrario necesse est esse, quæ omnia ex inductione intelligi licet.

Præterea illud etiã, an in nullo omnino genere id insit quod speciei contrarium est, sed genus ipsum, quale est bonum. Nam si illud in genere non reperiatur, ne contrarium quidem eius in genere reperietur, sed ipsum in generum numero habebitur. Quod in bono maloque cõtingit: quorum neutrum ad genus refertur vllum, sed vtrunque eorũ genus est. Illud etiam, an contrarium & genus sit alicui & species, & quibus aliquid est interiectum, & quibus nihil est. Nam si quid interiectũ sit generib⁹, etiam formis est: & si formis, etiam generibus vicissim. Quod in virtute & vitio, iustitia & iniustitia perspici licet: quorum vtrisque aliquid interiectũ est. Hũic loco occurritur, inter valetudinem & morbum nihil medium esse, inter malum & bonum aliquid esse. Tum videndũ est, an inter species & genera aliquid interiectum sit, nec eodẽ modo, sed ita vt inter alia negatio interiecta sit, inter alia res aliqua subiecta: si quidẽ eodẽ modo vtrisq; probabile est data esse. Id quod videre licet in virtute & in vitio, & in iustitia, quibus aliquã interiecta est negatio. Porro quãdo non erit generi contrarium, non solũ illud videndum est, an cõtrariũ in eodẽ genere reperiatur, sed etiã illud quod medium est. quandoquidem in quo extrema, etiam medium collocatur, quod in candore & nigrore contingit. Nam & eorũ & colorũ omnium qui medij sunt & interiecti, color genus est. Cui tamẽ loco occurritur. Parum enim & nimiũ cum in eodẽ genere reperiantur: (sunt enim in malis) tamen mediocritas quæ iis interiecta est, non in malis est, sed in bonis. Illud etiã, an genus ali-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cui, ſpecies nulli ſit contraria. Nam ſi genus alicui cõtrarium eſt, etiam forma eſt, veluti virtus & vitiũ, iuſtitia & iniuſtitia. Quod idem in cæteris omnibus perſpici licet. Hõc tamen loco nobis occurritur. valetudo enim vniuerſa morbo cõtraria eſt: certus autẽ morbus cum morbi ſit ſpecies, nulli contrarium eſt. vt febris, vt oculorũ dolor, & ſinguli alij. Ac ei quidẽ qui refellendi partes tuebitur tot modis hæc videnda ſunt. quoniã ſi ea ipſa quæ expoſuimus minus reperiãtur, certe quod datũ eſt & propoſitum, non eſt genus. Ei autem qui cõfirmabit, tribus ex locis ad diſputandum ſuppetet copia. Primus eſt, ſi quod contrarium eſt ſpeciei, id in eo genere ſitum ſit quod poſitum eſt, interim cõtrarium generis minime reperiatur. Si enim contrarium ad aliquod genus pertineat, profectò propoſitum etiam genus pertinebit. Alter locus eſt, ſi id quod interiectum eſt & medium, ad genus propoſitum referatur: ad quod enim genus media, etiam extrema referuntur. Tertio loco, ſi quid contrarium eſt generi, an etiam contrarium ſit in contrario, videndum eſt. ſi enim ſit, profectò propoſitum etiam genus ſit in propoſito neceſſe eſt.

## IIII.

At vero & ei qui infirmabit, & ei qui cõfirmabit, à caſibus & cõiugatis videdũ erit, an eodẽ mõ ſint cõſequẽtia quę proponũtur. Nã ſi ſemel in vno, etiã in omnibus intelligetur, aut nõ intelligetur. veluti ſi iuſtitia ſcientia quædã eſt, etiã id quod iuſte fit, ſcienter fiat, & iuſtus ſciens ſit, neceſſe eſt. Quod ſi nihil eorũ ſit, ne aliorum quidẽ eſſe aliquid poteſt. A ſimili hoc modo, Quod iucundum eſt, eandem habet rationem ad voluptatem, quam id quod vtile eſt ad bonum: ſiquidem vtrumq; vtriuſque efficiens eſt. ita fit, vt ſi voluptas ſit in bonis, etiam id quod iucundum eſt ſit in iis quæ vtilia ſunt. Perſpicuum eſt enim boni eſſe efficiens, quandoquidem voluptas eſt in bonis. Hoc etiam modo locus ab origine & ortu interituq; ducitur. vt ſi ædificare, ſit agere: ædificaſſe etiam erit egiſſe. & ſi diſcere eſt recordari, certe didiciſſe recordatum eſſe erit: & ſi diſſolui, interire eſt, profectò & diſſolutum eſſe, interiſſe erit, & diſſolutio aut diremptio, interitus. Eadem eſt ratio eorum quæ vim habent ad gignẽdum & interimendum. Itemque vis & vſus. omninoque in quauis ſimilitudine, & is qui refellet argumentationem, & qui confirmabit, eo dẽ modo perſpicere debet, quomodo in loco ab ortu & interitu



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

exposuimus. Si enim id quod vim habet ad interimendum, vim etiam habet ad dirimendum, etiam interire erit dirimi: & si id quod vim habet ad gignendũ, pertineat ad efficiendum, certe & gigni idem quod fieri erit, & ortus idem quod effectio. quod de vi & vsu eodẽ modo iudicandum est. Nã si vis affectio sit, etiam posse effici erit: & si alicuius rei vsus & functio actio sit, profectò & fungi idem quod agere, & functum esse, idem quod egisse va lebit. Quòd si priuatio erit id quod speciei contrarium est, dupliciter licebit refellere. Primo quidẽ, si in genere quod propositum est, id contrarium reperiatur. Aut enim in nullo omnino genere eodẽ, aut certè non in extremo priuatio est. veluti si aspectus in extremo genere sensu insit, certè sensus cæcitas esse non potest. Deinde si & generi & speciei cõtraria sit priuatio, neque sit cõtrarium in contrario, ne id quidem genus quod propositũ est in proposito intelligetur. Atque is quidem qui refellit, argumenta sumet, quemadmodum exposui: qui autem confirmabit, vnum tantummodo depromet, hoc modo: Si contrariũ in contrario, etiam propositum genus in proposito reperiatur necesse est: vt si cæcitas, quædam sensus vacuitas sit, etiam aspectus sensus sit necesse est. Ab aientibus autem & negãtibus, eodem modo quo à communibus & accidẽtibus expositum est, argumenta ducenda sunt, hoc modo: Si quod iucundum est, bonum est: quod non est bonum, id iucundum non est. si enim non ita sit, erit aliquid iucundum, quod non est bonum. Fieri enim non potest, vt si bonum genus sit, eius quod iucundum est, sit aliquid non bonum iucundũ: præsertim cum in quibus genus non dicitur, ne vlla quidem species in iis dici queat. Hoc quidem modo ei qui confirmabit ducendum argumentum est: Si quod non est bonum id iucundum no est, quod iucundũ est, in bonis est, ita genus est bonum eius quod iucundum est. Quod si in iis sit species, quæ cum aliquo cõferuntur, an etiam genus in iis sit videndum est. Si enim species in eorum habeatur numero quæ cum aliquo cõferuntur, etiã genus habeatur necesse est, quod in duplo & multiplo cernere licet, quorum vtrunq; in iis est quę cum aliquo conferuntur. At verò non si genus ad ea pertineat, speciem etiam pertinere necesse est. Nam & scientia in iis est, & grammatica non item; aut certè ne id quidem quod suprà dixi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mus verum videri poteſt. nam cum virtus in bonis ſit & in rebus honeſtis, virtúsq; in iis quæ cum aliquo conferuntur, tamen nec bonum nec honeſtum in iis ſunt quæ cum aliquo conferuntur, ſed in qualibus. Præterea videndum eſt, an ſpecies non ad idem referatur per ſe, & generis ratione, vt ſi duplũ ſimpli dicitur duplum, etiã quod multiplum eſt ad ſimplum referri debet: ſin minus, certè multiplum eſſe genus dupli nullo modo poteſt. Itémque illud, an minime ad idem referatur & generis, & omniũ generũ generis ratione referatur. ſi enim duplum ſit ſimpli & multiplum, etiã quod ſimplum vincit & ſuperat dicetur, omninóque omnium generum quæ ſuprà ſunt ad ſimplum nomine referetur. Quanquam huic loco occurritur: propterea quòd non neceſſe ſit ipſum per ſe & generis nomine adhibito cum eadem re cõferri. Nam cum ſcientia ad rem quæ ſcientia comprehenditur, referatur, tamẽ habitus, & affectio nõ ad rem quæ ſub ſcientiam cadit, ſed ad animũ pertinet ac refertur. Illud etiam, an genus & ſpecies iiſdem caſibus explicentur, vt an alicui tribuatur, an verò alicuius ſit, aut alióne modo dicatur. Eadẽ enim eſt ratio ſpeciei & generis. Id quod fit in duplo, iiſq; omnibus quę ſuprà ſunt. Alicuius enim rei & duplum & multiplũ, duplũ multiplumq; dicitur. quod eodẽ modo de ſcientia iudicandum eſt. Alicuius enim ſciẽtia & ipſa ſciẽtia & genera, vt affectio, vt habitus eſſe dicuntur. Occurritur tamen interdum, nõ ita rem habere, propterea quòd differens & contrarium alicui cõtrario dicitur, cum interim diuerſum quod illorum genus eſt, non alicui diuerſum, ſed ab aliquo dicitur. Diuerſum enim quid ab aliquo nominatur. Rurſum, illud videndũ eſt, an ea quæ cum aliquo cõferuntur, iiſdem caſibus explicentur, miniméque reciprocentur eodem modo vt fit in duplo & multiplo, quorũ vtrunq; alicuius & ipſum & viciſſitudine quadam dicitur. Nam & ſimplũ eſt ſubduplum alicuius rei ſimplũ & ſubmultiplũ appellatur, quod idem in ſcientia & opinione contingit, quæ alicuius eſſe dicuntur. Itemque réciprocãtur. Nam quod ſub opinionem cadit & ſcientiam, alicuius ſub opinionem & ſcientiam cadit, ex quo fit, vt ſi in aliquo nõ viciſſim reſpondeat alterum alteri, nõ ſit futurum genus. Illud etiã videndum eſt, an in hoc ipſo genere quod tractamus, genus & ſpecies paribus caſibus explicentur, quo



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

niam iisdem paribús q; casibus vtrunque dici debet, quod sit in dono & largitione. Nam & donũ, alicuius donum, & alicui do no datum esse dicitur: & largitio alicuius largitio, & alicui facta largitio dicitur. quorũ largitio genus doni est. Est enim bonũ, largitio quæ reddi nõ debet. Quanquam nonnulla sunt in hoc genere, quæ paribus casibus non efferãtur, Duplum enim alicuius duplum est. quod autem vincit & maius est, & aliqua re maius est, & aliqua magnitudine maius est. Quicquid enim præstat, id excellentia aliqua præstat, & alicui rei præstat. Ita nõ sunt genera dupli quæ proposita sunt: quandoquidẽ paribus casibus ea & species nõ exprimũtur: aut cercè non omnino verum est speciem & genus paribus casibus efferri. Atque etiam illud videndum est, vt cõtrarij contrarium genus sit, vt dupli multiplum, & simpli submultiplum. contrarium enim contrario genus esse debet. Quòd si quis scientiam ponat esse sensum, id etiam quod sub scientiam cadit, sub sensum cadere oportebit. nõ ita est. neque enim omne quod scientia comprehenditur, mouet sensum: cum præsertim quędam eorum quæ intelligentia & ratione cõprehenduntur, subiecta sint scientiæ: ita non est genus eius quod scientia comprehẽditur, id quod sub sensum cadit. quod si ita nõ est, ne sensus quidem scientiæ genus est. Quoniã autem eorum quę cum aliquo conferũtur, partim necesse est, in iis sita esse quibuscum cõferuntur, vt affectio, vt habitus, vt apta cõpositio membrorũ, quæ in nullo alio possunt inesse, quàm in iis ad quæ referuntur: partim nõ est necesse in iis sita esse ad quę pertinent. fieri autem potest (vt si animus scientia contineatur, nihil prohibet animum sui continere scientiam, & tamen non est necesse: cum præsertim fieri possit, vt hæc ipsa in alio sita sit) partim non possunt in iis esse omnino ad quæ referũtur. vt contrarium in contrario esse non potest, neq; scientia in eo quod subiectũ est scientiæ, nisi animus & homo scientia cõtineantur, illud videndũ est, an aliquis ad aliquod genus eiusmodi quippiam retulerit quod nõ est eius generis. vt si quis memoriã sedem scientiæ dixerit. Omnis enim sedes & retentio in eo sita est quod retinet. Ita fit, vt scientiæ sedes & retentio in scientia sita sit: memoria igitur in scientia sitaerit, quandoquidem sedes scientię propria est, quod fieri nõ potest. Omnis enim memoria in animo sita est. Hic au-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tem locus ad accidens referri poteſt. nihil enim intereſt, vtrum memoriæ genus ſedem & retentionem dicamus, an ei hoc accidiſſe. quoniam ſi quouis modo memoria, retentio ſit ſcientiæ, eadem ei attribuetur definitio. Illud etiam intelligendum eſt, ſi quis habitum pro actione dixerit, aut actionem pro habitu, eorum neutrum eſſe genus. vt ſi quis ſenſum, motũ corporis dixerit. eſt enim ſenſus habitus, motus autem actio. Quod idem fiet, ſi memoriam habitum continendæ opinionis appellauerit. nulla enim memoria habitus eſt, ſed potius actio. Errat etiam ii, qui habitum ſtatuunt eſſe vim quæ conſequens eſt ex habitu, vt clementiam, iræ continentiã, & fortitudinem, atque iuſtitiam, metus lucríque continentiam. Nam & fortis clemẽsque vacuus à perturbatione dicitur, & continens is qui eſt in perturbatione, neque ab ea vincitur. Ac vis quidem ex vtroq; talis fortaſſe conſequitur, vt ſi quis ſit in perturbatione, nõ ab ea vincatur, ſed eã vincat, nec eſt id quidem fortem aut clementem eſſe, ſed nihil omnino ab iis perturbationibus agitari. Interdũ etiã quod ex re quãlibet conſequens eſt, id pro genere dicunt. vt doloré, iræ genus, & fidei opinionem. vtrunq; enim eorum cũ ex formis propoſitis quodammodo conſequatur: neutrum tamen in numerũ generũ venit. qui enim iraſcitur, dolet ille quidem, ſed cum dolor eum prius confecerit. quandoquidẽ non ira doloris, ſed dolor iræ cauſa eſt. ex quo efficitur, vt ira non ſit dolor omnino. ex quibus etiam intelligi poteſt, fidem nõ eſſe in opinione. Fieri enim poteſt, vt is etiam qui non fidem habeat, eandem habeat opinionẽ. quod fieri non poteſt, ſi quidem fides ſit opinionis ſpecies. Nõ enim fieri poteſt, vt idem etiam permaneat, ſi ex ſpecie omnino aut genere in genus trãsferatur: quẽadmodum fieri nõ poteſt vt aliquid idem ſit in vita, & aliàs homo ſit, aliàs non ſit. Quo ſi quis contendat, neceſſe eſſe eũ qui opinetur etiam credere, idem paria eſſe & æquè patere opinionem ac fidẽ fatebitur. Ita non erit genus, quoniam genus ad plura debet pertinere. Illud etiam videndum eſt, an in aliquo eodem vtrũq; ineſſe poſſit. In quo enim genus ineſt, etiam ſpecies. vt in quo candor exiſtit, aliquo ſubiecto cui ſor etiam color: & in quo grammatica, etiam ſcientia ſolet exiſtere. Si quis igitur verecundiã metum eſſe dicat, aut iram doloré, nõ efficietur, vt in eodem genus ſpeciésq; intelligantur. Eſt enim

V.

habitus h. hi a ſic ach actionem ſequitur qua e vt habitus nõ ne ſpemus actionis ſic actio genus nõ eſt habitus

Per habitum hoc loco facult fem naturalem intelligi quæ nihil aliud eſt quam habitus in genitus

improbat Ariſtoteles eorũ mentiam qui genus illud annecon ſtituũt quod neceſſario alterum conſequitur Cum multa accidentia ſint qu neceſſario ĩ conſequuntur vt calor ignem

fides homonimos dicitur interdi emo vnitur p ferm accenſu interdum pe ſi tim ctione interdum p eo quod fit quia dictum eſt

Ideo ne ſa ſubiecto cui ſor ma accidentales attribu untur ſicenim ſpecies de quo genus negatur nunq tunda eſt generis conſtitu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Exemplis de impti a philo oia mortali. Docet emendandum genus quod nõ accidit ei subie to cui eius species accidit

verecundia in ea parte animi sita quæ rationis est particeps: metus autẽ in ea in qua irarũ existit ardor: & dolor in ea in qua cupiditates versantur: quoniã in ea etiam voluptatis est sedes: iraqué in qua ira versatur. Ex quo efficitur non esse genera ea quæ proposita sunt, quandoquidẽ nõ in eo ipso, in quo species & formæ, solent existere. Itemque si amicitia in ea sit parte in qua voluptates habitant, non erit voluntas aliqua, præsertim quum voluntas omnis in ea parte sita sit quæ rationis est particeps. Valet etiam hic locus ad communia & accidentia confirmãda, in quo enim accidens situm est, etiam id cui conuenit situm est: ita fit vt si in eodem non existant, non sit accidens. Illud etiam, an quadã ex parte cum specie genus quod datum est communicetur. Non enim quadam ex parte genus communicatur, quippe cum homo nõ sit quadam ex parte animal, nec grammatica aliqua ex parte scientia. quod idem in cæteris contingit. Illud ergo consyderandũ est, an quædam cum genere quadam ex parte communicentur. veluti si animal cadere sub sensum, aut aspectabile dictũ est. Animal enim & sub sensum, & sub aspectũ quadam ex parte cadit. quandoquidem corpore sensum, & aspectum mouet, animo autem non mouet. ex quo sequitur nõ esse genera animalis aspectabile, & quod sensum mouet. Falluntque nos interdum ii qui totum ad partem transferunt, veluti animal ad corpus animatũ: atqui pars in toto nullo modo dicitur: non est igitur corpus genus animalis, quandoquidem pars eius est. Atq; illud etiam spectandum est, num quid eorum quæ vituperãda & fugiẽda sunt, advim, aut ad id quod aliquid potest, relatum sit, vt si sophistam eum statuerit aliquis, qui potest parare pecunias sapiẽtia quę in eo videtur existere: aut calumniatorem eum, qui potest calumniari, & ex amicis inimicos facere: aut furem eum, qui potest clàm aliena furari. nemo enim eorum quos exposuimus, eiusmodi appellatur, ex eo quòd possit aliquid eorum efficere. Quãdoquidem & deus potest, & vir bonus quæ mala sunt efficere, cum interim non sit eiusmodi. Omnes enim improbi ex animo & voluntate nominantur. Præterea omnis vis & facultas in numero expetendorum habentur: etenim malorum vis expetenda est. Itaque deum & viros bonos iis ipsis præditos esse dicimus. Eos enim fatemur res malas & flagitiosas agere posse. Ita fit vt vis

Locus est ex definitione genere de immendus quo de tantũ genus quod nõ simpliciter sed quodammodo de speciemunciatur

Alius est locus superiori finitimus improbatur genus cuius species sunt partes integrales totum enim integrum de suis partibus affirmari non potest vt genus de suis formis

Facultates neque laudẽ neq; uperimus promerentur proinde si aliquid improbandum inter facultates cõnumerentur pertinerã et improbã actum fuerit.

Conclusio loci propositionẽ confirmans quod nulla facultas, id genus rei quæ vituperanda, if

nullius rei, quæ quidē vituperāda sit, genus posſit esſe. Sin secus, certè efficietur, vt aliquid eorū quæ vituperanda sunt, sit expetendum. Sic enim vis aliqua vituperāda erit. Itemq; illud videndum est, an aliquid eorum quæ propter se & per se honorabilia sunt, aut expetenda, ad vim & facultatē, aut ad id quod potest aliquid, aut efficere potest, relatum sit. Vis enim omnis & quicquid aliquid potest, aut efficiens est, id omne propter aliud expetendum est. Aut, an aliquid eorum quæ duplex habent genus, aut plura, ad alterutrum retulerit. Sunt enim quædam, quæ ad vnū genus referri non possunt, quo in genere sunt impostor & calumniator. neq; enim is calumniator aut impostor habēdus est qui vult, neq; potest: neq; is qui potest, neq; vult, sed is demum in quo vtrunq; horum inest. ex quo efficitur, ea quæ posita sunt nō in vno genere, sed in vtroq; esse collocanda. Iam verò cōtrà interdum genus pro differentia, & differentiā pro genere dicunt vt stuporem magnitudinem admirationis, & fidem stabilitatem opinionis: neq; enim magnitudo, neq; firmatas & stabilitas generis, sed differentiæ nomine appellari debent. quoniam & stupor admiratio est nimia, & fides firma opinio. ex quo perspicuū est & admirationem genus esse & opinionem: magnitudinem verò nimiam & firmitatem esse differentiam. Præterea si quis exuperantiam & firmitatem pro genere explicauerit, efficietur vt res inanimæ & fidem habeāt, & cōsternentur. Nam quoniam inest vniuscuiusq; rei firmitas & magnitudo aut exuperātia in eo cuius est firmitas & exuperantia, certè si stupor exuperantia est admirationis, stupor inerit in admiratione. ita obstupescet admiratio. itemque fides erit in opinione: siquidem firmitas opinionis est. ex quo efficitur opinionem credere. Consequens etiam erit vt is qui isto pacto de genere sentiet, firmitatem firmam exuperantiamque nimiam esse fateatur: quandoquidem fides aliqua firma est. Si igitur fides firmitas sit, certè firmitas firma futura est. Est itemque quoniam stupor aliquis nimius est, si stupor exuperantia sit, erit nimia exuperantia. quorum neutrum verum est, quemadmodum nec scientia id est quod sub scientiam cadit, neque motus id quod mouetur. Errant etiam interdum ij qui affectionem ad genus quod affectum, referunt, quales sunt ij qui immortalitatem vitam sempiternam esse definiūt.

I

Si proprietas aut affectio ab aliqua re/pectu/subiecti tanquã genus re/pectu/formarum de/finitiua/tur improbanda enũ generis conſtitutio. genus dicitur de formis. proprietas autẽ ameabeluti in ſubiecto cõſideratur quare proprietas nõ eſt genus.

Est enim affectio quædam, aut certè comes vitæ immortalitas, quod verum esse fiet perſpicuum, ſi quis ex mortali immortalem effici conceſſerit. Nemo enim eum hominem aliam vitam degere, ſed aliquid ei conuenire, aut affectionem accidere fatebitur. Ita fit vt immortalitatis vita non ſit genus. Quo etiam in errore verſantur ij qui affectionem eius rei cuius eſt affectio, genus esse ponunt, vt ventum esse aerem motum & agitatum. Est enim potius ventus, aeris impulſio: quandoquidem idem aer & cum agitatur, & cum ſtat, permanet, ex quo efficitur vẽtum non

Sensus est quamuis cõcedamus ventum esse aerem motum quod tam omnium eorum nõ eſt. tamen alia exempla ponſunt in quibus id non eſt concedendum.

esse omnino aerem. Esset enim ventus etiam ſi aer non impelleretur: ſiquidem idem aer qui ventus erat, permanet. Similis eſt ratio cæterorum eius generis. Quod ſi etiam in hac re ventũ esse aerem impulſum & agitatum concedere debeamus, at certè non omni ex parte id approbandum eſt, non iis quidem in rebus in quibus hoc tale genus non verè dicitur, ſed in iis in quibus verè intelligitur genus id quod propoſitum eſt. Sunt enim quædam in quibus non verè dicitur: ex quo genere ſunt, nix & cœnum. Aiunt enim niuem esse aquam conglobatam atque concretam: cœnum verò terram humore temperatam: Atqui neque cœnum terra eſt, neque nix aqua. Neutrum igitur genus esse eorum generum quæ propoſita ſunt vllo modo poteſt: quippe cum ſemper genus de formis verè dici debeat. Item ne vinum quidem

Genus eſt ea remotione generis ad remotionem formæ nam ſi probetur nullum genus eſſe quod propoſitum eſt facile concludi, nec huius vel illius rei genus eſt.

aqua eſt putris, vt ait Empedocles, Aqua putruit in ligno. Iam verò ſi omnino nullius ſit genus id quod datum eſt perſpicuum eſt ne eius quidem quod poſitũ eſt esse. quod hinc intelligi poteſt, quia nihil ſpecie differunt ea omnia, quibuſcũ genus id quod datũ eſt cõmunicatur. Cuius generis ſunt alba quæ ſpecie inter ſe nõ differunt. Species autẽ omnis generis differũt: Nõ igitur id quod albũ eſt, vllius genus esse poteſt. Illud etiã videndum eſt, id ne pro genere aut differẽtia dixerit, quod ex rebus omnibus conſequens eſt. Sunt enim multa quæ res omnes conſequuntur, veluti id quod eſt & vnum in iis ſunt quæ rẽ omnem ſequuntur. Itaq; ſi id quod eſt genus esse poſuerit, certè

Duplici nomine improbatur quod omnia ſignificat quia a multis genus eſt homonymum. Poſteriori quia genus debet dici de pluribus quam ſpecies ſi eius nõ eſt genus qui efficitur homonymus eſt de iis omnibus de quibus bonum enunciatur

omnium rerum genus futurum eſt, quãdoquidem in iis dicitur: genus autẽ de nullo niſi de formis dicitur. Ita vnũ eius quod eſt, ſpecies eſſet ex qua efficeretur in iis omnibus in quibus genus, etiam ſpeciem dici. quãdoquidem & id quod eſt, & vnũ de re-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bus omnibus dicitur, cum ſpecies pauciora quàm genus cõtine-
re debeat. Quòd ſi id quod omnibus ex rebus ſequatur differẽ
tiam appellauerit, profectò paria aut plura quàm genus differen-
tia cõtinebit. Nam ſi genus etiã in iis eſt quæ conſequentia ſunt
ex omnibus, ex æquo: ſin minus ex omnibus genus ſequatur, plu-
ra eo cõtineat differẽtia neceſſe eſt. Iam ſi in ſubiecta ſpecie ge-
nus id quod datũ eſt, vt id quod album eſt in niue, dicatur, per-
ſpicuum eſt id non eſſe genus. Solũ enim genus de ſubiecta ſpe-
cie dicitur? Atque illud etiam videndum eſt, an genus & ſpecies
ſint ſynonyma. Genus enim de formis omnibus nominis de-
finitioniſque communi ſocietate diciturt Qui etiam error na-
ſcetur, quando generi & ſpeciei aliquid erit contrariũ, meliuſq;
contrariorũ ad genus deterius referetur. ita enim fiet vt id quod
reliquum eſt, inſit in alio. Quando enim in contrariis generib
ſunt cõtraria, fit vt melius ſit in deteriore: atqui optimæ cuiuſq
rei etiã genus optimum eſt. Illud etiam videndum eſt, idémne
aliquid quod ad vtrunq; eodem modo affectum ſit, ad deterius
genus, non ad præſtantius retulerit. vt ſi animum motum, vel id
quod mouetur dixerit. Nam quoniã idẽ animus æquè vim ha-
bet ſtandi ac mouẽdi, profectò ſi ſtatus melior eſt, in eo genere
animus ſtatuendus erat. Iam ex maiore & minore elicere argu-
mẽta licet ei qui refellit, ſi genus acceſsionem capiat, & ſpecies
non capiat, nec ipſa capiet, neq; quod ab eo deductum eſt, hoc
modo: ſi virtus elationem habeat, etiam iuſtitia, & iuſtus habe-
bunt. alius enim alio iuſtior dicitur. nam ſi genus quod datũ eſt
acceſsionẽ accipiat, ſpecieſque nõ accipiat, neque ipſa, neque id
quod ab ea natum ſit: id quod datum eſt eſſe genus nullo modo
poteſt. Præterea ſi id quod magis aut æquè videtur genus, non
eſt genus: certè ne id quidem quod datum eſt. Atque huius loci
in iis plurimus vſus eſt, in quibus multa de ſpecie in quæſtione
dicentur qua quid res ſit quæritur, nec diuiſio tradita eſt, neque
quod eorum genus ſit poſsimus explicare: vt de ira & dolor &
opinio contemptus in naturæ quæſtione dicuntur: præſertim
cum is qui iraſcitur, angatur, ſeque contemni putet. Que eadem
tractatio in ſpecie per locum comparationis ſuppetet, hoc mo-
do: Si quæ ſpecies magis aut æquè ineſſe videtur in genere quod
datũ eſt, non ineſt in genere, ne ea quidẽ quæ data eſt in genere



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

erit omnino. Atque is quidem qui infirmabit quemadmodum expoſui, hunc tractabit locum: qui autem cõfirmandi partes tenebit, ei hic locus nihil ad argumentandũ ſuppeditabit, quoties genus quod datũ eſt, & ſpecies recipiẽt acceſsionem. nihil enim prohibet ſi vtrunq; recipiat, alterum alteri non eſſe genus. Nam & id quod album eſt, quodq; honeſtum, acceſsionem capit, nec alterum alteri genus eſt. Sed generum ac formarum inter ſe comparatio magnã ei ſuppeditabit argumẽtorum copiam, hoc modo: Si eadem eſt huius & illius generis ratio, & alterũ genus eſt, etiam alterum erit. Itemq; ex minore & maiore idem effici poteſt, hoc modo: Si continentię vis magis quàm virtus genus eſt: virtus autem genus eſt, vis etiã erit. Quod de ſpecie eodem modo iudicãdum eſt. Si enim æquè hoc atq; illud eius de quo agitur ſpecies eſt, & alterum eſt ſpecies, etiam reliquum. Et ſi quod minus videtur, ſpecies eſt, etiam quod magis videtur. Illud etiam in cõfirmatione videndum eſt, an genus de iis quibus datum eſt & tributũ, in naturæ quæſtione dicatur, nec vna ſit ſpecies eius quod genus eſſe poſitũ eſt, ſed & plures & differentes. Sic enim genus erit. Quod ſi vna ſit ſpecies ea quæ data eſt, videndum eſt, an etiam de aliis formis genus dicatur in quæſtione naturæ. ex quo iterum efficietur & de pluribus ipſum ac differentibus dici, & genus approbari. Quoniam autem quibuſdam placet differentiã in quæſtione naturæ dici de formis, ſecernendum eſt genus à differentia iis locis quos expoſuimus, quorum primus eſt, Genus plura quàm differentiã continere. Alter, Genus in reſpondendo quid quicque ſit aptius dici poſſe, quàm differentiam. Qui enim hominem animal eſſe dixerit, planius facit quid ſit homo, quàm ſi gradiens dicat. Tertius eſt, Differentiam generis qualitatem declarare ſemper, genus differentiæ qualitatem non item. Nam & qui gradiens dixerit, quale quid animal exprimit: & qui animal dicit, non quale quid gradiens explicat. Ac differentia quidem à genere hoc pacto ſeparanda eſt. Quoniam autem videtur muſicus quia muſicus ſit, ſcius eſſe, etiam muſica ſcientia quædã eſt: quoniãq; ſi quod ingreditur, ob eam cauſam quia ingreditur & ambulat, mouetur, ingreſſus etiam quædã eſt motio. In quo genere aliquid cõfirmare & efficere velimus, quẽadmodũ dixi, diligẽter videndũ eſt, hoc modo: Si ſciẽ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tia est idē quod fides, & is qui scientia præditus est qua sciat, credit: profectò scientia fides sit necesse est. Eadem q; ratione in aliis omnib⁹ facere licebit. Postremo quoniã quod alicui consequēs est semper nec vicissim retrò cōmeat, id difficile est improbare nō esse gen⁹, si hoc ex illo omni ex parte sequatur. Illud vero ex hoc non omnino. veluti ex trāquillitate quies sequitur, & ex numero id quod secari potest, contra q; non sequitur, quandoquidem nō quicquid diuidi potest numerus est, nec quies tranquillitas omnis: eo quidē vtēdum est pro genere quod semper sequitur, tum cū alterum nō reciprocatur. quod si alterū proponatur non in omnibus, neque omni ex parte probandum est. ei autem loco occurrendum est, id quod non est, ex rebus omnibus quæ gignuntur cōsequens esse, cum præsertim quod gignitur nō sit. neque retro id cōmeat vicissim. Non enim omne quod non est generatur. Quanquã non est genus id quod non est eius rei quæ gignitur, quandoquidē eius quod non est nullæ sunt species omnino. Ac in genere quidem probando vel improbando eam viam ac rationem quam præscripsi, sequi ac tenere debemus.

# ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER V.

## Cap. I.

VTrum autem proprium sit, necne id quod proposi tum est, ex his locis quos deinceps exponemus, intelligetur. Explicatur quidem proprium aut per se & vi sua ac semper, aut alterius comparatione & interdum. veluti hominis propriū est per se ac vi sua animal esse humanum natura: alterius autem comparatione, vt animi ad corpus, quòd animus imperare, corpus parere debet. Proprium autem semper est, exempli causa, dei, animal esse immortale. Interdum proprium est, vt certi hominis deambulare in gymnasio. Nascuntur autem ex eo quod collatum cum altero proprium explicatur, aut duæ aut quatuor quæstiones. nam si alicuius proprium esse ponat, alterius idem neget esse, duæ tantummodo quæstiones oriuntur. vt hominis cum equo collati proprium est, bipedem esse. Nam hominem non esse bipedem aliquis posit concludere, & equum bipedem ita in vtranq; par



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tem proprium exagitatur. Quòd si vtriusque alterum proprium concedatur, & vtriusque negetur, quatuor quæstiones existent. veluti hominis cum equo collati proprium est bipedem esse, & equi quadrupedem. Nam & hominem non esse bipedem, & natura quadrupedem esse, argumento concludere licet. Itemque equus bipes esse, & non quadrupes, probari potest. Ergo si quo-
2 uis modo doceatur, quod propositum est refellitur. Proprium autem per se ac vi sua id est, quod omnibus tribuitur, & ab omni genere separat, vt hominis proprium est mortale esse animal, & natum ad cognitionem & scientiam. Proprium vero ad alterum est, quod non ab omnibus, sed à quodam certo distinguit et separat. vt virtutis cum scientia collatæ proprium est, in plurib⁹ animi partibus esse: scientiæ in ea solum quæ rationis est particeps, & in iis solum animalibus quæ ratione vtuntur existere.
4 Semper proprium est, quod per omne tempus vere dicitur, nec vnquam amittitur. vt animalis, ex animo & corpore constare.
3 Aliquando id proprium est quod ad aliquod tempus verè dicitur, nec semper consequens est necessario. veluti cuiuspiam hominis in foro deambulare. Fieri autem potest vt proprium proponamus ad aliud, & differentiam dicamus, vel quod in toto genere, & semper, aut ferè, & in maxima parte reperiatur. veluti hominis cum equo collati bipedem esse ita proprium est, vt & in omnibus hominibus id & semper intelligatur: quandoquidem omnes homines bipedes sunt per omne vitæ tempus: equus autē nullus vnquam bipes est. Imperare autem parti ei animæ in qua voluptates versantur, & ei in qua irarum ardor existit, sic proprium est eius partis animi quæ rationis est particeps, vt ferè & maxima in parte intelligatur. huius enim imperare est, illarū parere: nec pars animi rationis particeps omni ex parte imperat, interdumque contrà paret. Neque pars ea in qua voluptates habitant, & in qua iræ, parēt semper, sed interdum imperant, tum cū hominis animus vitiosus est & deprauatus. Sed ea plurimum ad differendum valent propria, quæ per se sunt, & semper conueniunt, & ea quæ cum aliquo conferuntur nam ex eo quod proprium est cum altero collatum, multe, quemadmodum suprà dixi, quæstiones nascūtur: aut enim duæ aut quatuor inde eliciuntur necessario. multa igitur argumēta ex eis ducētur. Ex eo verò

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quod per se & perpetuò proprium est, multa argumẽta licet ducere, aut ad plura tẽpora trahere. quod enim per se inest, ad multa pertinet, quando quidẽ ei cui proprium est, etiã si cum omnibus quæ sunt in rerũ natura conferatur, conuenire debet. Quãobrem si cum omnibus collatum non ab iis seiungitur, certè nõ est cõmode attributum proprium. Quod autẽ semper propriũ est, id in pluribus temporibus obseruari debet an conueniat. nã nisi cõueniat, & cõuenerit, & conueniet, non est futurũ propriũ quod interdũ propriũ est nõ in aliis temporibus, nisi in instanti spectatur. Itaq; paucę argumẽtationes ducuntur ex eo: quæstio autem ad differendũ valet ea, ex qua & crebra & firma argumẽta trahuntur. Atq; iisdẽ ex locis quos in accidente exposuimus, argumenta ex eo proprio quod ad alterum est suppetent, si proprium alicui conueniat, alicui nõ cõueniat. Ex eo autem quod semper proprium est & per se, ii loci qui deinceps exponentur, magnam nobis ad argumentandum copiam suppeditabunt.

Ac primũ quidem videndum est, an recte & apte, necne, explicatum sit proprium: esse autem rectè aut minus rectè explicatũ, ex vno loco illo intelligemus, si rebus minime notioribus, aut rebus magis perspicuis expositũ sit proprium. Ac is quidem qui refellit, num rebus minus notis: is autem qui confirmabit an verbis magis perspicuis, proprium illustratum sit, videbit. Esse autem expositum verbis minus perspicuis & notis, cognoscemus: primum cum omnino obscurius & magis inuolutum erit proprium quod datur, q̃ id cui attribuitur proprium. Neque enim proprium apte & cõmode propositum erit: quandoquidem cognoscendæ & illustrandæ rei gratia proprium inuentum est. Nã & proprium & definitiones discendi cognoscendique causa adhibemus. verbis igitur magis perspicuis illustranda sunt. fic enim facilius intelligemus. Vt qui posuit ignis propriũ esse proximè ad animi similitudinem accedere, is certè obscuriore vsus est verbo animi, quàm ignis. quoniam facilius quid ignis sit q̃ quid animus cognoscimus: ita non rectè minúsq; apte propositum fuit proprium ignis esse, ad animi similitudinem proximè accedere. Deinde, cum minus planum sit ac perspicuum hoc illi cõuenire: nõ enim solum proprium re clarius & notius esse debet, verum etiam rei cõuenire. qui enim nescit an huic rei pro-

Cap. II.

Descriptio improbatur quæ obscurior et incognitis vocibus explicat

subtilitatem

Improbatur descriptio quæ vocibus apertis, ubi res explicari seruatis aliis legibus

Destruetur descriptio mala intelligatur cui subiectum insit et quomodo competat. Contra vero si intelligatur cui subiectum insit approbabit ut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

prium cõueniat, ne illud quidem, an huic rei soli conueniat, intelliget. Ita fit, vt si alterutrũ horũ interueniat, incertũ & obscurũ futurũ sit propriũ. vt quãdo aliquis ignis propriũ esse ponit. in quo primũ animi sedes est, eo vtitur, quod obscurius est igne, animum in igne, & in eo primum consistere. ex quo fit propriũ ignis nõ esse apte positum, id in quo primo animus inest natura. In cõfirmatione autem, vt rebus magis perspicuis: & iis perspicuis magis, duobus modis quos exposuimus, videndũ est. Sic enim apte & commode proprium explicabitur. quandoquidẽ loci ii qui ad confirmandum aliquid rectè exponivalent, alii ex hoc solum, alii omnino rectè expositum docebũt, veluti si quis proprium animalium dicat habere sensum, is reb⁹ magis perspicuis & planius, vtroq; genere proprium explicabit. Apte igitur expositum est, ex eo animalis proprium esse sensum habere. Proximus locus est in refutatione, si quod verbum eorũ, quib. proprium explicatur, pluribus modis dicatur, aut oratio ipsa multa declaret omnino. Sic enim minus aptè positum erit proprium, veluti quoniam sentire plura significat, vnũ, habere sensum, alterum, vti sensu, certe animalis non erit apte explicatum propriũ, sentire natura. ob eamq; causam nõ est vtendum verbo aut oratione, quæ pluribus modis dicatur, qua proprium exponamus: propterea quòd ea quæ multis modis dicuntur, obscurã faciunt orationẽ: cum præsertim in dubium veniat ei qui argumentaturus est, vtrum tandem alter dicat eorum quæ multa declarant. profecto enim cognitionis causa cõparatum est proprium. Iam vero præterea necesse est eos reprehendi, qui isto pacto explicãt proprium, quando aliquis ratiocinationem conficit ex eo quod multis modis dicitur. In confirmatione huius loci vsus est, si id quod proprium datur, nec multa significat, neq; vllum verbum neque ipsa oratio: sic enim ex eo aptè proprium ponetur. veluti quoniam nec corpus multa declarat, nec id quod celerrime sursum fertur, neque ea quæ ex his verbis constat oratio: ob eã causam rectè ponetur ignis proprium esse, corpus quod maxima celeritate sursum mouetur. Sequitur locus in refutatione, si multis modis dicatur id cuius proprium explicetur, neq; exponatur cuius eorum ponatur esse proprium. Neq; enim rectè propriũ illud datum est. Quibus autẽ de causis, ex iis quæ suprà dixi in-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

intelligi poteſt. Eadem enim neceſſe erit cõcludere, hoc modo: Quoniam aliquid ſcire multa ſignificat (nam & ſcientiam habere aliquid, & ſciẽtia vti aliquid, & ſcientiã eſſe eius, & ſcientia vti eius) ob eam cauſam nullũ propriũ recte dari poterit illius ſcire aliquid, niſi cuius eorum pprium ponat, explicetur. In cõfirmatione autem eius vſus erit, ſi multis modis non dicatur id cuius proprium ponitur, vnumq; ſit & ſimplex. ex hoc enim propriũ apte explicabitur. vt quoniã homo vno modo dicitur, homini recte proprium tribuetur, animal cicur natura. Cõiunctus huic locus in refutatione valebit, ſi ſæpe idem in proprio dictum erit. ſæpe enim fallunt nos ij qui hoc faciunt, vt in definitionibus, ſic in propriis. quod ſi in proprio contingat, non erit recte datum: quippe cum id quod ſæpe dicitur & iteratur, auditorẽ cõturbet. ex quo fit, vt & obſcura ſit oratio, & præterea delirent & nugentur qui eam inducunt. Duobus autem modis aliquid idem ſæpe repetitur. Primum cum eandem rem ſæpe nominabit. vt ſi quis dicat, ignis proprium eſſe corpus leuiſſimum corporum, ſic enim ſæpe dixit corpus. Deinde ſi quis pro nominibus orationes dicat, vt ſi quis terræ proprium tribuat, natura quæ naturaliter fertur celerrimè corporum deorſum. deinde vtatur pro corporum illo nomine ſubſtantiarũ taliũ, quoniã corpus idem valet quod ſubſtantia talis, ex quo efficitur ſubſtantiæ nomen iterari: vt neutrum proprium recte tributum eſſe videatur. At vero in cõfirmatione huius loci vſus erit, ſi nullo verbo eodem ſæpe vtare. hac enim ex parte apte proprium ſtatuetur. vt ſi quis propriũ hominis dixerit animal ad cognitionem & ſcientiam natum, is nec ſæpe eodem verbo vtetur, & hac ex parte recte homini proprium ſtatuet. Sequitur locus in refutatione, ſi tale aliquod verbum in proprio expreſſerit, quod cõueniat rebus omnibus. inutilitatis enim & minus aptũ erit verbum quod à nullo ſeparat, atqui vt in definitionibus, ſic quod in ppriis exprimitur, debet ſeiungere: non igitur recte expoſitũ erit propriũ. vt ſi quis proprium ſcientiæ dicat, opinionem, quæ ratione dimoueri nõ poteſt, cum ſit vna: quoniã in proprio exponendo aliquo eiuſmodi vſus eſt, vnius ſcilicet nomine, quod rebus omnibus cõuenit, profectò ſcientiæ propriũ recte poſitum nullo modo videri poteſt. In confirmatione valebit hic locus, ſi nullum verbum com-



Ex de ſcriptum ex de ripto nomorum nam vitare debet

Cõmendatur pprium cuius ſubiectũ eſt ſimplex

locus e ſit abiteratione

Vana ex multis eſt de cripto in qua idem ſæpius dicitur

Sicut iteratio, ſine ein idem rei repetitio, ſuperfluam ic vimo à reddit et definitionẽ ex de cripti one

Duobus modis fit ſuperfluam repetitio vel quando eadẽ dicitur bis repetitur vel quando emol expreſſ a malis nus ſin verbis explicatur eandẽ vim habẽtibus

locus eſt a nomine ũm pontur nomen quod ſubie tatus reddens de cripionẽ improprium et non re iprocam

Euerſenda eſt de cripio m q a

locus est proximum contrarium

Approbanda est descriptio qua nullum ponitur nomen communum. observatis aliis legibus descriptionis

mune adhibeatur, sed eiusmodi quod à re aliqua separet. hac enim ex parte præclare positum erit proprium, vt si quis animali proprium tribuat, habere animum, is quoniã nullo verbo communi vsus est, habere animum, recte hac ex parte animalis proprium dedit. Proximus locus est in refutatione, si quis plura propria eidem statuat, neq; se plura ponere explicet. Tum enim haud recte positum erit proprium. vt enim in definitionibus nihil adhibendum est præter orationem, quæ rei vim & naturam explicet: sic ne in propriis quidem, præter orationem, quæ proprium id quod datum est efficiat, quicquam exprimendum est. quãdoquidem inusitatum minusq; aptum est, quod præterea additur. Id quod cõtinget, si quis ignis propriũ dixerit corpus tenuissimum & celerrimum, vtrunq; enim de solo igne vere dici potest, ex quo efficitur ignis proprium, corpus tenuissimum & leuissimum non esse recte datum. In confirmatione huius loci vsus erit, si non plura propria eiusdẽ, sed vnum esse ponatur, hac enim ex parte proprium recte ponetur. vt si quis dicat humoris proprium, corpus quod in omnem formam flectitur, is quoniã vnum expressit proprium non multa, eò recte vsus est humoris proprio. Sequitur locus in refutatione, si vel eo vtatur cuius proprium explicat, aut eorũ aliquo quæ ei tribuũtur. Nam quoniã cognitionis gratia inuentum est proprium, eo modo non rectè ponit. Eadem quidem res semper æquè obscura est. quod autẽ alicui tributum est, id quoniam eo est posterius, non est magis perspicuum. ita fit, vt ex his nihil disci cognosciq; possit. vt si quis proprium animalis ponat substantiam cuius est species homo, is quia aliqua re vsus est earũ quę animali tributę sunt, profecto non cõmodè vsus est proprio. In cõfirmatione autem ita demũ propriũ recte hac ex parte statuetur, si nec eo neq; aliquo eorum quæ ei tributa sunt, vtamur. quod fiet si propriũ animalis ponamus, quod ex animo & corpore cõcretum est. sic enim neq; ipsum, neq; quicquam ipsius adhibebimus. ex quo efficietur, vt præclare hac in parte animalis propriũ explicemus. Eademque ratione ea spectanda sunt in aliis etiam rebus, quæ non faciunt, aut quæ faciũt aliquid planius. Iam vero in refutatione videndum est, an tale aliquid adhibitum sit, quod aut contrarium sit, aut omnino æquè antiquũ naturę ordine aut posterius.

Descriptio damnanda est in qua multa sunt propria eiusdem significationis. qui locus similis est ei qui est a superfluo

locus est superiori contrarius. Approbatur descriptio in qua plura propria plura loco vnius non ponuntur

Improbanda est descriptio in qua vel subiectum vel pars aliqua subiecti reponitur. Nam idem seipso non est notius. Atq; pars subiecto est obscurior quia simplicium descriptiones illustrãdę gratia

Bona est descriptio in qua vel subiectum vel pars subiecti aliqua non reponitur

hic locus est triplex quo

Improbatur descriptio in qua contrarium subiecti locum proprii ponitur aut id quo est simile ordine naturæ aut id quod posterius. sed hic triplex locus probabilis est tantum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

neq; enim rectè proprium ponetur. Nam contraria sunt ordine naturæ æquè antiqua quod autem æquale est alicuius, naturæ ordine & eo posterius, non facit ipsum planius, neque declarat. Vt si quis boni ꝓprium dicat, malo maximè esse contrarium, is boni contrarium adhibuit, ob eamq; causam proprium boni haud rectè explicauit. In confirmatione autem huius loci vsus erit, si nec contrario vtemur. neque vllo alio quod æquale sit ordine naturæ vel posterius, sic enim rectè hac in parte statuemus proprium. vt si quis scientiæ proprium ponat, opinionem quæ maxime fidem facit, is quia nihil adhibuit nec quod scientiæ esset contrarium, nec quod omnino simul esset cũ ea, aut ea posterius naturæ ordine, eo rectè proprium scientiæ hac ex parte statuit. Sequitur locus in refutatione, si quod nõ semper sequitur, proprium positum est, sed id quod interdum non proprium est: nõ enim præclarè & cõmodè proprium erit explicatum. Neque enim in eo nomen necessariò verè dicitur, in quo inesse ipsum intelligimus: neq; in eo necesse est nomen nõ dici, cui illud non intelligimus cõuenire. Ita non erit rectè expressum proprium. Præterea non erit perspicuum an conueniat id quod statutũ est esse proprium, si tale sit vt prætermitti separariq; possit. Itaque non erit perspicuum, neque apertum proprium. Vt si quis proprium animalis ponat, moueri interdũ aut stare: is quia tale statuit ꝓprium quod interdum non ꝓprium efficitur: certè haud aptè proprium statuit. In confirmatione consyderabimus an id proprium statutũ sit quod semper est in re necessariò, hac enim ex parte rectè proprium ponetur: vt si quis virtutis ꝓprium dicat, eum in quo sit bonũ efficere, is quia ꝓpriũ statuit quod semper consequens est, ob eam causam recte virtutis proprium hac ex parte cõstituit. Sequitur locus in reprehẽsione, si id quod hoc tempore proprium est statuat, neque se proprium huius temporis dare, exponat: neque enim recte statuet proprium. Primum enim quod contra mores & cõsuetudinẽ statuitur, id omne enodationis indiget. Atqui solent ferè omnes id proprium statuere, quod sempiternum est. Deinde incertum est, ísne qui nõ explicat mentẽ suam, velit id pohere, quod hoc tempore, sit propriũ. Nõ igitur dare debet reprehẽsionis occasionẽ. quod cõtinget si quis ponat alicuius hominis ꝓprium esse, sedere vnà cũ aliquo



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

homine, illudque hoc tempore pprium esse non statuat. Neque enim illud recte statuat pprium, nisi se dixisse hoc tempore proprium esse explicet. Atq; hic locus ad confirmandum valebit, si explicemus cum aliquid pprium statuemus hoc tempore, nos pprium hoc tempore ponere. sic. n. recte proprium hac in parte statuemus. Exempli causa, siquis alicuius hominis proprium dicat esse, aliquo in loco hoc vel illo tempore deambulare, quoniã distinctione vsus est, recte id pprium esse posuit. Proximus in reprehensione locus erit, si quis tale statuat proprium, quod cõuenire aliter, quàm sensu perspici nõ licet. Neq; enim tum positũ priũ erit: quãdo quidẽ quicquid mouet sesum, si id extra sensum sit, obscurum est. incertum enim est an iam cõueniat, propterea q sensu tantummodo intelligatur. Quod verum esse in his quæ non necessariò semper cõsequuntur perspiciemus. veluti si quis solis pprium esse dicat, astrũ splẽdidissimum quod supra terrã fertur, is adhibet in proprio illud quod supra terrã fertur, quod quidẽ quia sensu cognoscitur, non rectè solis proprium statuit. Incertum enim erit cum sol occiderit, an supra terram feratur, quod tum sensus oculorum nos deficit. At in cõfirmatione huius loci vsus erit, si proprium statuamus eiusmodi, quod sensu non sit perspicuum, aut certè quod si sensum mouet, perspici potest necessario conuenire. hac enim ex parte recte statutum erit proprium. vt si quis extremitatis proprium ponat, quod primũ colore inficitur, is illo toto, colore inficitur, quod sensum mouet, ille quidem vtitur, sed eiusmodi quod perspicuum est semper cõuenire. Ita hac ex parte recte statutum est extremitatis proprium. Iam in reprehensione videndum erit, an definitionẽ vt pprium posuerit. sic enim proprium non recte ponetur, quãdoquidem non debet proprium rei vim naturamq; explicare. Cuius exemplum erit, si quis hominis proprium dicat, animal gradiẽs bipes. propriũ enim hominis statuet quod quid res sit, explicat. Non igitur recte statuit hominis proprium. In cõfirmatione autẽ huius loci vsus erit, si proprium eiusmodi statuamus quod vicissim dicatur, neque rei vim naturamque declaret. Erit enim hac ex parte rectè explicatum proprium. vt si quis hominis proprium ponat animal cicur natura: proprium ille quidem statuet quod vicissim dicitur, sed quod nõ quid res sit, indicat.

Hic locus cõfirmatur his quæ dicta sunt primo topicon quedam propria simi ad tempus. non dissimilia his quæ propria inferiorum hoc quinto appellauit

Quia pprium semper cõuenire debet nisi id aperte intelligatur Vt proprium accipi debet si q. i demutaxat ali quãdo sensu pateat incertum erit conueniatne semper quãobrem

Ex eo quod aliquando sensu percipitur non debet proprium approbari

Confirmatur pprium si semper conuenire aut sensu aut mente perspiciatur

Improbatur descriptio quæ constat ampliorib⁹ partibus genere et differentia nempe essentialibus. I. quæ est essentialis

locus est a reciprocatione qui pendet a propria definitione quod enim omni soli et semper conuenit reciprocatur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ita fiet, vt hac ex parte recte ſtatutū ſit hominis proprium Con iunctus huic locus eſt in reprehenſione & refutatione cum pro priū datur, cuius nihil quid res ſit explicet. Oportet. n. vt definitionum, ſic propriorum primum genus exprimi: deinde iam hoc pacto adiungi cætera quæ ſeparant atq; ſeiungunt. Non igitur recte proprium ponetur, quod non eò modo ſtatuetur. vt ſi quis proprium animalis dicat, animū habere. nō ponet in quæſtione naturæ animal, ex quo ſequetur animalis propriū non recte poſitum eſſe. In confirmatione autem cōſyderandum eſt, an collocatum ſit in quæſtiōe naturæ id cuius propriū explicetur & ita demum adiungātur cætera. Hac enim ex parte rectè propriū datum erit. veluti ſi quis proprium hominis ponat, animal ad ſcientiā & cognitionem natum, is & proprium quod in quę ſtione naturæ aliqua ex parte poſitū eſt, dabit: & ea ex parte hominis proprium rectè explicabit. Ac vtrū rectè, an minus recte proprium datū ſit & explicatum, ex iis locis qui adhuc ſunt expoſiti, intelligere debemus. Vtrū autē id proprium ſit omni no quod explicatur & datur, nécne, ex iis quos deinceps exponemus, licebit cōcludere. Iiſdem. n. locis aliquid recte poni proprium cōcludemus, quibus proprium omnino ſtatuitur. quorū primus erit in refutatione diligens eorum omnium animaduerſio & conſideratio quorum propria dabuntur. veluti videndum erit, an ea ex parte qua datur nō verè dicatur, an vero non ſit proprium vniuſcuiuſque eorum eius ratione cuius propriū explicetur. ſic enim non erit proprium quod eſſe ponebatur. vt quia de geometra nō verè dicitur, eum nulla ratione falli poſſe, (fallitur enim geometres in falſa deſcriptione) nō eſt proprium futurum docti & artificis, nō falli ratione. In confirmatione autē an omni ex parte verè dicatur, & hac ex parte videndū eſt, quoniam proprium erit quod poſitū eſt eſſe proprium. vt quia animal ad cognitionem & diſciplinam percipiendam natum, in omni homine vere dicitur, & quia homo ſit, eò hominis propriū erit, animal ad diſciplinam percipiendam natum. Huius autem loci vſus erit in refutatione, quoties in quo nomen, nō etiam oratio vere dicetur, & cum in quo oratio, nō etiam nomen intelligi licet. In cōfirmatione autem cum in quo nomen, etiam oratio: & in quo oratio: nomē quoq; intelligetur. Alter locus eſt re

Enuntiatur deſcriptio cuius nulla pars eſt de ę contrariorum. Debet enim loco primo deſcriptio aſſumere genus ſubiecti

Approbatur deſcriptio cuius aliqua pars in quę ſtione naturæ ducitur et parten eſſentia ſubiecti explicat

Propria conſtituto duplicitèr conſiderantur nempe cùm partē aliquam et eāq; partium ollectionem. Loci proprium conſtituentes tum vel deſtruunt ecundum partē aliquam. Cum vero eqrum loci totam proprii naturam vel approbant vel improbant

Improbatur genus cùm nō omnia omnib⁹ māmundus ſua ſpecies conueniat cum quā reciprocari debet proprium

Cum mundus omnia cōprehendat formam ſpeciei habeat cum qua reciprocari debet proprium

Hic locus ſuperiori obtrahitur

Conſtituuntur de deſcripto communes omnibus mundanis ratione ſpeciei ratione communi naturæ ingenii attribuit debet

Refutandum eſt proprium quando cum deſcripto aliquo conuenit cum non conuenient ipſum proprium et contra quando proprium eiusmodi tum de aliquo deque nō genus definito. Approbandum vero proprium cùm deſcripto et conuenit cum eo ipſum proprium et contra



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

futationis cum de quo oratio non etiam nomē, vere dicitur: & cum de quo nomē non etiā vere dicitur oratio. tum enim quod positum est esse proprium, non erit propriū: quod ex hoc exemplo intelligi potest: Animal enim ad disciplinā & scientiā percipiendam natum in deo verè intelligitur, homo non intelligitur. ex quo efficitur non esse proprium hominis hoc totum, animal quod ad disciplinam cognitionemq́ue percipiendā natum est. In confirmatione autem valebit, quoties in quibus omnib⁹ oratio, nomen etiam dicetur: & in quibus nomen, etiam oratio. quod enim proprium positum est esse, propriū erit. Quod hinc intelligi potest, quia de quibus illud totum habere animum, etiā animal vere dicitur: & de quibus animal, etiā animatum. ita habere animum animalis proprium est. Refutationis tertius locus erit, si subiectum eius esse proprium statuatur, quod in subiecto esse dicatur. vt si quis proprium statuat tenuissimę rei ignē, quia subiectum proprium ei quod dicitur tribuit, certè non recte posuit ignem proprium esse rei tenuissimæ. Ob eámq; causam non est futurum proprium subiectum eius, quod in subiecto esse dicitur. sic enim idem multorum, & quæ specie differunt propriū est, quandoquidem multa quædā quæ specie differunt eidē conueniunt, quæ de eo solo dicuntur; quorū omniū subiectū proprium futurum est, si quis isto pacto statuat proprium. Ad confirmandum autem valebit, si id quod in subiecto inest, subiecti proprium esse ponatur: quandoquidem proprium futurū est id quod positum est non esse proprium. siquidē in solo eo intelligitur, vt dixi, propriū, cuius proprium esse dicitur. vt si quis terræ propriū dicat, corpus grauissimū specie, is quia propriū subiecti dedit eiusmodi quod & de sola re, & vt proprium dicitur, efficitur vt recte positum sit terræ propriū. Sequitur locus proprius refutationis, si quis per communicationem proprium tribuat: non enim erit proprium quod positum est esse proprium: quippe cum id quod cōmunione quadam conuenit, ad vim naturamq́ue rei explicandā pertineat, quod sane in differentiarum numero hebebitur: propterea q̄ in specie aliqua dicitur. vt si q̄s proprium hominis dicat hoc totum, gradiens bipes, per cōmunionem quandā proprium explicabit. ex quo fiet, vt nō sit proprium hominis gradiens bipes. Hoc loco videbit is qui confir-

De truenda est de criptio quæ non æqualis est cum subiecto et de pluribus Vnum dicitur quam alterum. idest latius Vel strictius est Vnū altero

Approbanda erit descriptio quæ æqualis erit cum definit subiecto nec Vnū latius aut angustius altero erit

Improbanda est descriptio quando subiectum loco proprii aut proprium loco subiecti ponitur

Recta est descriptio cum proprium loco proprii et subiectum loco subiecti ponitur. sic enim fit Vt Vnius speciei proprium sit quod cum illa reciprocatur

Euertenda est descriptio in qua differentia essentialis ponitur Idest Destruenda est descriptio in qua differentia loco affectionis l. accidentium Vsurpatur. Affectio enim non debet esse de essentia subiecti Neq; tantum secundas genus a complexu proprii Cum dumtaxat hic loquatur de partibus quæ generi adiungantur. Antea enim genus approbauit vt particeps descriptionis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

mãdi partes obtinebit, ne per cõmunionem proprium explicet, neque vim naturamque rei declaret: ita tamen vt vicissim de re dicatur. Quod enim positum est nõ esse propriũ, id proprium futurum est. vt si quis animalis proprium ponat hoc totũ. quod vim habet sentiendi, is nec proprium cõmunione explicabit, neque tale quod vim naturámque rei declaret, & tamen eiusmodi quod vicissim de re dicatur. Ita proprium erit animalis hoc totũ quod vim habet sentiendi. Proximus locus refutationis erit, si doceatur proprium nõ posse vlla cum re cuius proprium ponitur cohærere: sed vel posterius, vel prius quàm id cuius nomen est. Sic enim aut nunquã, aut certè nõ semper propriũ est futurum id quod positũ est esse propriũ. vt si volitare in foro hominem potest, & posterius quàm homo alicui conuenire, certè volitare in foro, aut nunquam, aut non semper hominis est proprium In cõfirmatione autem huius loci vsus erit, cum id quod proprium ponitur, vnà cùm re semper aderit necessariò, neque definitionis vim, neque differentiæ habebit. Sic enim proprium erit quod positum est non esse proprium. vt quia hoc totum animal quod ad disciplinã cognitionémque natum est vna cùm homine semper existit necessario, neque differentia est, neq; definitio, certè hominis proprium id ipsum futurum est. Sequitur locus refutationis, cùm eorundem, quia eadem sint, non est idem proprium. Nõ enim quod positũ est proprium esse, proprium erit. quod intelligi potest hoc exemplo: Nam quia eius quod persequendum est, proprium non est, videri nonnullis bonum, ne eius quidem quod expetendum est proprium erit, videri nõnullis bonum. Idem enim valẽt quod persequendũ est & quod expetendum. Is autem qui confirmabit, ex hoc loco argumentũ ducet, quando eiusdem rei quia eadem sit, idem propriũ esse ponetur. Nam proprium erit quod positum est nõ esse proprium; vt hominis quatenus est homo, proprium dicitur, habere animũ tripertitum, & mortalis quatenus mortalis est tripertitum animũ habere proprium erit. Valet etiam hic locus in accidente, quoniam iisdẽ quatenus eadẽ sunt, eadẽ conuenire aut nõ couenire debẽt. Cõiunctus huic locus est in refutatione, cũ eorũ quæ sunt eiusdem speciei, nõ id quod semper est eiusdem speciei proprium explicatur: non enim rei illius id quod positum est propriũ erit.

Si propria duo quæ e regione reperiuntur vtriquo rei prædicari queant quemadmodum & formæ diuerse distinguunt ita & hoc habebit. Et primum non ut proprium. nec alterum alterius proprium erit vt si stare a se non sit proprium pariti nec moueri a se proprium erit hominis

vt quoniã eiusdem generis homo & equus habentur, neq; sem per proprium est equi à se stare, ne hominis quidem proprium erit à se semper moueri & agitari. Sunt enim eiusdẽ generis moueri & stare per se, quoniam vtrique eorum quatenus animalia sunt, hæc conueniant. In confirmatione autẽ illud videndum est an eorum quæ sunt eiusdẽ generis, id proprium statuatur quod semper ad idem genᵒ referatur. erit enim propriũ, quod nõ esse propriũ positum est. vt quoniã hominis propriũ est, esse gradiẽ tem bipedem. auis etiam proprium erit volucrem esse bipedem. Sunt enim hæc eiusdem generis omnia. alia enim, vt species quę sub eodẽ sunt genere, cum sint animali subiecta, alia vero vt ge neris animalis differentiæ. Sed hic locus falsus est, cum alterum eorum quæ numerata erunt, vni alicui soli speciei conueniat, al terum pluribus, qualia sunt gradiens, quadrupes. Quoniam au tem idem & alterum multis modis dicuntur, difficile est si falla citer sumas, vnius & solius alicuius rei explicare propriũ. Quod enim cõuenit alicui, cui quid accidit, etiam accidenti cõueniet, si cũ eo intelligatur & sumatur cui cõuenit. vt quod ineſt in ho mine, etiam in albo homine, si modo sit albus, reperietur. Itẽm que quod in albo homine ineſt, id etiam in homine inerit, Sed quispiam multa propria refellet, si subiectũ aliud per se faciat, aliud si cũ accidente coniunctum sit. vt si dicat aliud esse homi nem, aliud album hominem: idem fiet si aliud ponat habitum, aliud id quod ex habitu nominetur. vt enim quod in habitu in est, in eo etiam ineſt quod ab habitu appellatur: sic quod in eo quod ex habitu nominatur ineſt, etiã in habitu insit necesse est. veluti quoniã artifex arte & sciẽtia sua affici dicitur, nõ erit sci entiæ propriũ, non posse ratione dissuaderi: quippe cũ istopacto artifex sit futurus eiusmodi, qui nulla ratione de sententia dedu ci dimoueriq; posit. In confirmatione autem dicendum est, nõ esse aliud omnino id quod accidit, & aliud id ipsum cui accidit, si cum eo cõprehendatur cui cõuenit: sed ob eam causam aliud dici solere quòd eorum sit natura diuersa: quoniam aliud est ho minem esse hominem, & aliud hominem album esse hominem album. Præterea à casibus ducendum argumentum est, non fu turum esse artificem aliquid quod ratione mutari nõ possit: sed eum qui ipsum ratione dissuaderi non possit: nec artem & scien

Exceptio est superioris loci qua docet eadẽ propria equere ne eadẽ esse diuersarũ formarũ interdum contingat. Nã certum cum una specie inesse tantum. Altera vero generis et speciei nomem retineat.

Admonitio contra sophistas qui nituntur probare non esse proprium quod a diuersis subiectis secundum accidens conuenit. Licet unum et idẽ sit sed essentia proinde petendam esse subiecti differentia nõ ab accidente sed ab essentia Vt proprium destruas

Hypophora est qua re pondet obiectionis quæ ex prædictis nascitur. Posse nempe idem diuersorum esse proprium si subiectum per se & subiectum cum accidente diuersa sint

Vult porro Aristoteles subiectum per se et subiectum cũ accidente eadẽ esse. Re diuersa. Vero descriptione quare nihil vetare eorum idem proprium esse. A simili obiectionem soluit qui cõtendit eadẽ esse rationem essentiæ a differentia tam diuersa

Improbatur propriũ constitutio si aliud subiecto non ex equo competat sed naturam subiecti immutet. Debet enim proprium naturã subiecti cõseruare nõ destruere aut immutare

A coniugatis ex casibus improbatur proprium fallaciter assignatum atq; illis certa ex ploratur propri ratio. Quid quid enim Vni coniugatorum conuenit alteri quoq; conuenire necesse est

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tiam esse id quod ratione sit immutabile, sed ipsam ratione esse immutabilem. Nã ei qui omnino, omniq; ex parte occurret, cõtrarius omnino ordo opponendus est In refutatione proximus locus erit si quis velit aliquid quod natura ineſt explicare, eoq; verbo id ponat, vt id semper ineſſe declaret. Sic enim fiet, vt iacere id & ruere quod positum est ꝓprium videatur. vt si quis hominis ꝓprium dicat, esse bipedem, vult ille quidẽ exponere aliquid quod natura insitum est, sed oratione sua id quod semper insitum est, significat. ita nõ est futurum hominis proprium bipedem esse: quãdoquidẽ non omnis homo duos habet pedes. In cõfirmatione autem huius loci vsus erit, si id quod natura insitũ est, proprium statuere velimus, idq; oratione nostra exponam. Neque enim proprium ex hac parte tollitur aut corruet. si quis proprium hominis ponat hoc totum, animal ad disciplinã & cognitionem percipiendã natum, idq; significet oratione sua natura illud esse insitum proprium, hac ex parte nunquã improbabitur hominis proprium esse id quod diximus. Iam vero omniũ eorum quæ ad aliquid aliud primum referuntur, aut vt primum ipsum difficile est explicare proprium. Nã si eius proprium dederit, quod in alio aliquo intelligitur, etiam de primo verè dicetur: sin autem primi proprium ponat, etiam in illo quod in alio intelligitur reperietur. vt si quis extremitatis proprium dicat colore infici, etiam colore infici in corpore dicetur: quod si in corpore, etiam in extremitate. Ita fiet, vt non in quo oratio, nomen quoque verè dicatur. Sæpè autem accidit vt in quibusdam propriis explicandis peccetur, propterea quod nec quomodo, nec quorum proprium ponant, explicent. Omnes enim enituntur proprium statuere id quod aut natura insitum est, quale est hominis bipes. aut quod hoc tẽpore cõuenit, vt hominis alicuius quatuor habere digitos. aut specie quẽadmodum ignis tenuissimis ex partibus cõstare, aut omnino & per se, vt animalis viuere aut per aliud, vt animi, prudentia esse præditum. aut quasi in quo primum aliquid ineſt, vt in parte animi quæ rationis est particeps, prudentiæ esse sedẽ. aut ex eo quod aliquid habet, quemadmodũ artificis est proprium, ratione de sententia deduci non posse. Neq; enim ex alia re, quam ex eo quod habet quicquã ratione de sententia deduci potest. aut etiã statuitur proprium ex



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eo quod aliquid habetur, ſicuti pprium eſt ſcientię ratione non poſſe mutari. aut ex eo quòd aliquid communicatur, quale proprium eſt animalis ſentire. Nam etſi aliquid aliud, veluti homo ſentit, tamen iam cum illo hoc communicatur: aut ex eo quod communicat. vt alicuius animalis viuere. Si igitur nõ adiungatur illud natura, certè in eo peccatur, propterea q̃ fieri poteſt, vt quòd natura inſitum eſt, ei non conueniat, cui natura conuenit: quemadmodum homini duos habere pedes, quod ſi non explicet ſe id dare quod ineſt, quod non eſt futurum eiuſmodi, vt ei certo tempore conueniat. tale eſt, quatuor habere digitos hominem: quod ſi non exponat ſe id proprium ponere quod primũ ſit, aut quod alio ducitur, non in quo oratio etiam nomen verè dicetur. vt ſi quis colore infectũ eſſe. vel extremitatis vel corporis pprium expoſuerit. Quòd ſi non antè explicarit ſe id ppriũ dare, vel quia habeat ipſum. vel quia habeatur, certè id quod dedit non eſt futurum propriũ. Nã ſi ex eo quod habeatur & contineatur proprium ſtatuerit, etiam ei qui habeat, cõueniet. quod ſi etiam ei qui habet cõuenit, ei etiam quòd habetur & continetur. quod fiet ſi hoc totum, ratione nõ poſſe diſſuaderi ſcientiæ aut artificis proprium eſſe ponatur. Atque etiã peccabit in explicando proprio, qui nõ expoſuerit ſe id ſtatuere proprium, quod dat, vel ex eo quod participet, vel ex eo quod communicetur, propterea quod iſto pacto aliis quibuſdam cõueniat proprium. Nam ſi ex eo ſtatuat, quia cõmunicatur, cum iis qui participant, cõueniet: ſin ex eo quod participat, iis quæ communicatur. vt ſi qui alicuius animalis aut animalis proprium ponat viuere, nec de ſpecie id explicet, certè vni ſoli eorũ quæ illis ſubiecta ſunt, cuius proprium ſtatuitur, cõueniet. Quod enim præſtat & excellit, id vni ſoli cõuenit, vt igni conuenit celeritas maxima. Fit etiam interdũ, vt is aberret in tradendo proprio, qui ſpeciei mentionem inducit. Eorum enim quæ exponuntur debet eſſe vna ſpecies, quando ſpeciei fiet mentio: quod in nõnullis non cõtingit, quo ex genere ignis eſt. neq; enim vna eſt ſpecies ignis. quãdoquidẽ ſpecies inter ſe differunt, pruna, flamma, & lumẽ, quorum vnumquodque ignis eſt. ob eamq; cauſam, cũ ſpeciei nomen adiungitur, alia ſpecies eius quod dictum eſt, nõ debet eſſe, quaſi aliis magis, aliis minus, id quod proprium explicatum eſt

hoc in loco Ex mp n fr imia o e orum rum & parte pprium ex par ia t aci a ntur

Si aliquis accidentis pprium ſtatuatur in quo ſubiecto accidens inter t in eodem erit em proprieta quaſi non deſ aretur nbre to conuenire ratione accidentis improbatum eſt huiuſmodi proprium

proprium non eſt in genere a ſignadũ ſine aliqua circũſcriptione ſuperioris aut inferioris ſecundum quem refertur. Nam alicui conuenire poſſet cui eius definitio nõ poſſet

Euertenda eſt propria cõſtitutio niſi determinetur ſpecies eius rei cuius proprium generi tribuitur

Soluho obiectionis quod addenda ſit determinatio ſpeciei in cõſtitutione proprii quando ipſum eſt pprium ne quando generi attribuitur Non ſecundum ſpeciem intimeliam Sed ecundũ ſimã

Hippophora eſt qua re ſpẽdet facile obiectionem quòd ſæpenumero inepte erit pprium a ſignatum cum determinatione ſpeciei ratione cuius ſt proprium generi attribuitur

debeat cõuenire. cuius generis est tenuissimum esse, si ignis propriũ esse ponatur. nã & prunarum, & flãmę lumẽ tenuissimum est, quod nõ debet accidere, quoties nomen nõ dicitur magis in eo, in quo oratio verius dicitur: sin minus nõ est futurũ aliquid, in quo sit magis oratio, etiã nomen magis potiusq́; dicatur. Pręterea ita fiet, vt sit idẽ ꝓprium, & illius quod omnino, & illius quod maximè inest in eo quod omnino tale vel tale existit, qualem habet rationẽ subtilissimum corpus ad ignẽ. Nã & luminis & ignis omnino illud ipsum futurum ꝓprium est: quippe cum lumen sit tenuissimũ. Ac si quis isto pacto ꝓprium statuerit, argumenta cõtrà ducenda erunt, nec tamen ex hoc loco occurrere & resistere debebit, sed vt primũ ꝓprium posuerit, quẽadmodũ & cuius generis proprium ponat explicare. In refutatione ꝓximus erit locus, si quis aliquid sui ipsius propriũ statuat, neq; enim ꝓprij vim obtinebit quod positum est esse ꝓprium. Quicquid enim idẽ est quod aliquid idẽ, id naturã explicat. quod autem naturam explicat, non est proprium, sed definitio. vt si quis honesti ꝓprium dicat esse decorum, is quia aliquid sui ipsius ponit ꝓprium (honestum enim idẽ est quod decorum) certè non erit honesti decorum ꝓprium. Huius autẽ loci vsus erit in cõfirmatione, si aliquid sui ipsius non ponamus esse proprium, & tamen eiusmodi, quod vicissim dicatur. sic. n quod proprium nõ esse statutum est, proprij vim & nomen obtinebit. quod fiet, si quis proprium animalis ponet hoc totũ natura animata. neque enim aliquid sui ipsius proprium esse ponit, cum interim vicissim dicatur. Ita propriũ animalis erit animata natura. Iam in iis quæ ex similibus eiusdemq́; generis partibus cõstant, videndum erit. In refutatione totiúsne propriũ in parte non verè intelligatur, an propriũ partis in toto minimè dicatur. quoniã non rectè explicatũ erit quod positum est esse proprium. hoc enim in quibusdam solet contingere. fieri enim potest, vt iis quispiam proprium tribuat, quæ ex sui similibus eiusdemq́; generis partibus cõstant: modò totius, modò partis habita ratione, quorũ neutrũ rectè explicabit. Exẽplũ totius erit, si quis dicat maris proprium hoc totũ, aqua quę maxima ex parte salsa est. Nã alicuius, quod ex sui similib⁹ partib⁹ cõcretũ est proprium ponit, sed eiusmodi quod in parte nõ verè dicatur. quandoquidẽ certũ quoddã ma-

IIII.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

re non est, aqua maxima ex parte salsa: ita maris proprium non erit hoc totum, plurima aqua quæ salsa est. Partis autem exemplum tale est: Si quis aeris proprium esse dicat, quod respirabile est, is alicuius quod ex sui similibus partibus cõstat, ponit proprium, sed eiusmodi quod & si de quodam aere verè dicitur, tamen de vniuerso nõ dicatur: quippe cum nõ omnis aer sit respirabilis. quare spirabile aeris futurum nõ est propriũ. In confirmatione autẽ ex hoc loco argumentũ ducemus, si pprium quod dabimus de vnoquoq; quod ex sui similib⁹ partib⁹ cõstat, verè dicetur: ita tamen vt pprium sit eorum totius ratione. sic enim quod pprium non esse positum est, erit pprium. vt, quoniam in vniuersa terra verè intelligitur in inferiorem locum ferri natura, certè pprium erit hoc ipsum alicuius terræ omnino, quia terra est. Nã de terra, & de natura terræ dicitur: ex quo efficitur vt terræ sit pprium, natura ferri ad inferiores partes. Ex contrariis autẽ multa argumenta in vtranq; partem elici possunt. Primum in refutatione ex cõtrariis, quæ aduersa dicuntur, erit, quãdo cõtrarij non est cõtrarium pprium. neq; enim proprium contrarij contrarium futurum est, hoc modo: Si iustitia iniustitiæ contraria est, & optimo id quod est deterrimum: iustitię autem optimum non est pprium: non erit igitur iniustitiæ quod deterrimum est, proprium. In cõfirmatione autẽ vsus erit, quoties cõtrarij cõtrarium est proprium. sic enim fiet vt contrarij propriũ sit cõtrarium: exemplum tale est, Si malum bono contrariũ est, & id quod fugiendum est, ei quod est expetendum: est aũt boni proprium id quod expetẽdum est, profectò mali proprium erit id quod fugiendũ est. Alter locus est ex iis, quę cum aliquo conferuntur. In refutatione quidẽ hoc modo tractabitur, Si quid eorum quę cum aliquo cõferuntur, alicuius eiusdem generis non est proprium, ne id quidem quod est in iis quę cum aliquo conferuntur, vllius eiusdẽ generis proprium erit. quod ex hoc exẽplo intelligi licet, Si duplum simpli duplum dicitur, & id quod vincit illius quod vincitur: id autem quod vincit non est dupli proprium: certè simpli id quod vincitur & superatur, non erit proprium. In confirmatione autem hoc modo: Si illius quod cũ aliquo confertur, aliquid eiusdem generis proprium est: id etiã quod ex eo genere est, alterius eiusdem generis erit proprium.

Locus est superiori cõtrarius

Probatur proprium ita ut et partibus homogeneis cõueniat

Vt accidentis tam implicis quã comparati

Si in mm proprii loco construentes et destruentes, loco assignat ab oppositis exordium, sumunt et primum a contrariis quæ a ciceronie aduersa dicuntur. Cuius loci hec est propositio

Si duo contraria duobus cõtrariis ita respondeant vt vnum vnius proprium non sit nec alterum alterius proprium erit

Hic locus intelligendus est de proprio quod soli speciei conuenit et superioribus eius, sequi multa erunt propria contrarii quorũ contraria alterius contrarii propria non erunt. Vt bene re est in contrariis moralibus

locus est a Relatis cuius hec est propositio

Si duo Relata duobus correlatiuis ita respondeant vt vnum relatum cõrelatiuum non sit duorũ Relati proprium Nec alterum correlatiuum alterius relati proprium erit

Si duo Relata duobus cõtrariis correlatiuis ita respondeant vt vni correlatiuum sit vnius relati pprium. Alterius quod correlatiuum alterius relati pprium erit

cuius exemplum est, Si duplum cum simplo cõfertur, vnũ cum duobus, & duo cũ vno: dupli autem proprium est id quod duorum habet rationẽ ad vnũ, profectò simpli proprium sit, id quod vnius ad duo rationem habet, necesse est. Proximus locus est ex priuantibus, qui in refutatione tractabitur hoc modo: Si res rei non est proprium, ne priuationis quidẽ proprium priuatio erit. Et si priuationis priuatio nõ est proprium, ne rei quidẽ res proprium erit: vt si surditatis proprium non est, vacuitatem esse sensus (est enim id cæterorũ sensuum commune) ne auditus quidẽ sensum esse proprium videbitur. In cõfirmatione hoc modo: Si res rei proprium est, etiã priuationis proprium erit priuatio: & si priuatiõis priuatio proprium est, rei etiam res proprium erit. vt si aspectus proprium est cernere ex eo quod aspectum habemus: cæcitatis etiã proprium erit non cernere, quia aspectum nõ habeamus, cum natura aptus nobis aspectus esse videatur. Sequitur locus ex aientibus & negantibus, qui in multas partes distributus est. ac primi quidẽ, qui ex iis quæ dicuntur, ducitur, in refutatiõe solũ vsus est hoc mõ: Si id quod ait alterius quod aiat est propriũ, non erit eius proprium id quod negat. Etsi id quod negat, eius quod negat proprium sit, id quod ait, non est illius futurum proprium. vt si animalis proprium est id quod animatũ est, non erit animalis proprium id quod non est animatum. Alter est ex iis quæ dicuntur, aut non dicũtur, & ex iis de quib⁹ dicuntur, aut non dicuntur: qui in confirmatione tractabitur hoc modo: Si id quod ait eius quod ait non est propriũ, ne id quidẽ quod negat eius propriũ est quod negat. Et hoc mõ, Si id quod negat eius proprium non est quod negat, ne id quidẽ quod ait, eius quod ait futurum est propriũ. Cuius exemplum est tale, Si hominis proprium nõ est animal, ne eius quidem quod non est homo proprium erit id quod non est animal: vicissimq;, Si eius rei quę nõ est homo, ea non videatur propria quę non est ex genere animalium, ne hominis quidem animal proprium est futurum. In confirmatione autem huius loci tractatio est talis, Si eius quod ait id quod ait est proprium, etiã eius quod negat id quod negat erit propriũ: & si eius quod negat id quod negat propriũ est, etiam eius quod ait id quod ait proprium erit. quod hoc exẽplo illustrari potest, Si eius quod est non animal propriũ est nõ



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

viuere, certè animalis viuere erit propriũ: contraq;, si viuere animalis est proprium, certe eius etiã rei quæ est non animal proprium erit non viuere. Tertius locus est ex iis quę subiiciuntur, cuius in refutatione tractatio erit talis: Si ea quæ statuta sunt esse propria aientium sunt propria, nõ erunt eadem etiã negantium propria. Et si negantium expressa sint propria, aientium propria non erunt. Exẽplum tale est: Si animalis proprium est quod animatum est, certè quod animatum est esse propriũ eius quod est non animal, nullo modo potest. In confirmatione autẽ hoc modo: Si eo quæ posita sunt esse propria nõ sunt aientiũ, negantiũ erunt. Quanq; hic locus interdum vitiosus est & captiosus. Nam nec aientia negantiũ, nec negantia aientium propria sunt. Aientia enim negantibus non cõueniunt omnino: Negantia autem aientibus illa quidem cõueniunt, sed non vt propria. Sequitur locus ex diuisione, cuius in refutatione tractatio talis est. Si eorũ quæ in diuisione enumerantur, nihil vllius reliquorum est proprium, ne id quidem quod eius positum est esse proprium, illius futurum est proprium. vt si animal quod sensum mouet, nullius aliorum mortalium animantiũ est proprium, ne id quidem animal quod intelligentia & ratione cõtinetur, Dei proprium est. In cõfirmatione autem hic locus nobis copiam ad argumentandum suppeditabit, quoties quiduis reliquorũ omniũ quę in diuisione enumerata sunt, sumetur proprium vniuscuiusq; eorum quæ distributa sunt. Quod si est alicui eorum propriũ quę enumerata sunt in diuisione, etiã reliquum proprium erit illius alterius cuius proprium nõ esse statuebatur. id quod ex hoc exemplo intelligi poterit: Si prudẽtię proprium est per se virtutẽ esse eius partis animi quę rationis est particeps, cęterarũq; virtutum quarum singulę hoc mõ assumuntur, certè tẽperantiæ proprium erit per se naturaq; sua virtutẽ esse eius partis animi, in qua voluptates versantur. Sequitur locus ex similiter cadẽtibus, qui in refutatione hoc mõ tractabitur: Si casus alterius casus nõ est proprium, ne id quidem quod similiter cadit, alterius propriũ erit. cuius exemplum est tale. Si eius quod iuste fit non est proprium præclarè fieri, nec iusti id quod præclarum est proprium erit. In cõfirmatiõe autẽ eius loci talis est tractatio: Si id quod cadit alterius proprium est, etiã casus erit alterius proprium. vt si hominis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

proprium eſt hoc totum, gradiens bipes, etiã homini proprium erit, gradientem bipedẽ eſſe. Non ſolum autẽ ex iis quæ expoſuimus à ſimiliter cadentibus, ſed etiã à contrariis, quemadmodũ in ſuperioribus locis explicatum eſt, argumenta ducẽda ſunt, ac in reprehenſione quidẽ hoc mõ: Si contrarij caſus non eſt propriũ caſui alicuius cõtrarii, ne cõtrarii quidẽ caſus alterius caſui cõtrarii fururum eſt proprium. cuius exemplum eſt tale: Si eius quod iuſte fit nõ eſt propriũ rectè fieri, certè eiꝰ quod iniuſte fit improbe fieri proprium non erit. In confirmatione autẽ ducetur hoc modo: Si contrarii caſus alterius cõtrarij caſui proprium ſtatuitur, etiam contrarii caſus alterius contrarij caſui ponetur proprium: vt ſi boni proprium eſt optimũ, mali quoq; id quod deterrimũ eſt proprium erit. Sequitur locus à ſimili, cuius in reprehenſione talis erit vſus: Si ſimilium ſimilia non ſunt propria, nec ſimiliũ ſimilia propria erunt, Si enim, exempli gratia, architectus eandem habet rationem ad extruendã domum, quã medicus ad efficiendam & reſtituendam valetudinem: medici autem proprium non eſt efficere valetudinẽ, ne architecti quidẽ extruere domũ proprium erit In confirmatione autem hic locꝰ hoc modo exponitur: Si ſimilium ſimilia propria ſunt, ſimiliũ quoque propria erunt ſimilia. vt ſi medicus eandẽ habeat rationem ad efficiendam valetudinem, quam gymnaſii præfectus ad efficiendã firmam conſtitutionem, & ſit proprium præfecti gymnaſii vim habere ad efficiendam firmam corporis conſtitutionem, erit etiam medici proprium eſſe effectorem valetudinis.

Proximus locus eſt eorum quæ habent eandem proportionem, cuius tractatio eſt eiuſmodi in refutatione. Si ea quæ eandẽ habent proportionẽ, aliorum quę eandẽ habent proportionẽ non ſunt propria, nec ea quæ eodem modo affecta ſunt aliorum quę eandem habent affectionem propria erunt. Et ſi quid eorũ quæ eodem modo affecta ſunt, alterius proprium eſt, id nõ erit proprium eius, cuius proprium eſſe ponitur. vt ſi eodem modo prudentia affecta eſt ad honeſtum & turpe, quod vtrũque eorũ eſt ſcientia: prudentiæ autem proprium nõ eſt ſcientiam eſſe honeſti, profectò nõ erit proprium prudentiæ, rei turpis eſſe ſcientia. Et ſi prudentiæ proprium eſt honeſti ſcientiam eſſe, eius certè rei turpis ſcientiam eſſe nõ erit proprium. quãdoquidem idem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

proprium multorũ esse non potest. In confirmatione autem hu
ius loci nullus est vsus. quippe cum id quod eodẽ modo affectũ
est, vnum cum multis comparetur. Proximus locus est ex iis quę
ad naturam, originem, interitum q; referuntur. qui in reprehen
sione tractabitur, hoc modo: Si id quod ad naturam & statũ re
fertur, nõ est eius quod ad naturam & statum pertinet propriũ,
ne id quidem quod ad interitum pertinet, illius quod eiusdem
est generis: nec quod ad ortum vllius eiusdẽ generis proprium
erit. vt si exẽpli causa hominis nõ est proprium, esse animal, non
erit proprium huius totius, hominem gigni, illud totum animal
fieri: nec hominis interitus proprius est interitus occasus q; ani
mantis. Eodem q; modo sumenda argumenta sunt ex ortu con
cludendo statum & interitum, itémque ex interitu concludẽdo
statum & ortum · quemadmodum paulò antè ex statu cõclusus
est ortus & interitus est. In cõfirmatione aũt hoc modo: Si id quod
ad statum pertinet est alicuius eiusdem generis proprium, eius
etiam quod ad ortum pertinet erit proprium id quod eiusdẽ est
generis: & illius quod ad interitum, quod eiusdẽ generis esse po
nitur. cuius exemplum tale est, Si hominis propriũ est esse mor
talem, etiam hominis ortus proprium erit, nasci mortalem: & in
teritus hominis, mortalem interire: eodem q; modo cõcluden
dus est ex ortu & interitu, status & ortus, quemadmodũ hic lo
cus in refutatione expositus est. Sequitur locus ex forma rei pro
positæ. In refutatione quidẽ huius loci talis erit tractatio. Si for
mæ non conuenit, aut certè non ex ea parte qua id dicitur cõue
nire cuius proprium datum est: quod proprium positum est nõ
erit proprium. vt si ipsi homini non conuenit quies quia homo
sit, sed quia idea, non erit proprium quiescere. In confirmatione
autem locus est eiusmodi, Si quid speciei conuenit, idq; ex hoc
ipso cõuenit quia dicatur de eo ipso cuius ponitur nõ esse pro
prium, erit proprium id quod positum est nõ esse proprium. vt
si cõuenit ipsi animali, ex animo & corpore concretum esse, id
que ei quia animal sit conuenit, certe animalis proprium erit ex
animo & corpore constare. Sequitur locus cõparationis èx
maiore & minore, qui quadripartito distributus est, quorũ pri
mus in refutatione tractabitur hoc mõ. Si quod elatione habet
alterius eiusdẽ generis nõ proprium: ne id quidem quod sub-

Locus ab idea quo destruitur proprium quod secundum eam non conuenit subiecto

Quæ cerebhic nõ sumitur pro probatione motus, ed probatis negatione quę vulgo dicuntur immobilitas immobiles enim idea natura dicebantur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

missionem habet, vllius eiusdē generis proprium erit: nec quod minimam habet alterius, nec quod maximam habet elationē alterius eiusdem generis. nec deniq; id quod omnino dicitur vllius eiusdē generis: vt, si exempli causa, maiore colore infectum esse, maioris corporis non est proprium: nec minus colore infectum esse, minoris corporis proprium erit: nec infectum esse colore, corporis omnino. In confirmatione autē huius loci tractatio erit talis: Si id quod elationem habet, eiusdem generis alicuius proprium est, id etiam quod submissionē habet, alicuius eiusdem generis proprium erit. Itemq;, Id quod minimā habet submissionē alterius eiusdē generis, & quod maximā habet elationem alicuius eiusdē generis, & quod omnino dicitur & semel, alicuius eiusdē generis sit proprium necesse est. cuius exemplum est eiusmodi: Si eius quod magis viuit magis sentire proprium est, etiā eius quod minus viuit, id quod minus sentit: & eius rei quæ maximè viuit, maximè sentire: & eius quod minimo beneficio vitæ vtitur, minimè sentire: & eius quod omnino viuit, omnino sentire proprium erit. Atq; etiā ex eo quod omnino dicitur, argumenta ducēda sunt. In reprehensione quidē hoc modo: Si id quod omnino dicitur alterius eiusdē generis nō est proprium, ne id quidem quod elationē habet eius quod est eiusdē generis: neq; id quod submissionē habet alterius eiusdem generis: neq; id quod maximā habet elationem alterius: neq; id quod minimam habet submissionem alterius, erit proprium. quod ex hoc exemplo intelligi potest: Si hominis non est proprium, bonum esse, ne eius quidem qui hominis nomine magis aut potius appellatur, probiorem esse proprium erit. At in confirmatione argumentum ab hoc loco sic sumetur: Si id quod omnino dicitur eius quod est eiusdem generis proprium est, id etiam quod maiorem elationem habet, alterius: & quod minorē habet submissionem, quodq; minimā ac maximam habet, alterius eiusdē generis propriū futurum est: vt si ignis propriū est sursum ferri natura, eius etiam proprium erit quod ignis potius dicitur, celerius in superiorem locum suapte natura ferri. Eodemque modo ex cæteris hæc cōcludenda sunt omnia. Alter locus est in reprehensione talis: Si quod elationem habet non est proprium alterius eiusdē generis, nō erit proprium id quod habet submissio-



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nem vllius quod est generis eiusdem. Eius loci tale exemplum erit: Si animalis magis ꝓprium est sentire, quàm hominis scire: nec proprium est animalis sentire, non erit hominis scire proprium. In cõfirmatione autem hoc modo tractabitur: Si id cui illud minus additur, alterius cui idem adiungitur est ꝓprium, etiã id cui magis additur alterius cui idem adiungitur est futurũ proprium. vt si minus hominis proprium est cicurem & humanum esse natura, q̃ animalis viuere: hominis autem est ꝓprium cicurem esse suaptè natura & humanum, profectò animalis ꝓprium erit viuere. Tertius locus ex maiore & minore in reprehensione talis est: Si quid eius cuius magis est proprium, propriũ non est, ne eius quidem proprium erit, cuius minus est proprium. & si illius est, non etiam huius erit. vt si colore infici extremitatis magis proprium est, q̃ corporis, nec proprium est extremitatis, non erit proprium corporis omnino, colore infici. quòd si est extremitatis proprium, non erit corporis proprium. At verò in confirmatione huius loci nullus vsus est: cum præsertim idem multorum proprium esse nullo modo possit. Quartus locus est in refutatione huiusmodi: Si quod magis ꝓpriũ videtur alicuius, id nõ est eius proprium: ne id quidem proprium erit, quod minus proprium eius videtur. Cuius exemplũ tale est: Si animalis magis proprium est sensu percipi, quã secari in partes: & animalis non est proprium sensu percipi: non erit animalis proprium in partes secari. In confirmatione autem tractabitur hoc modo: Si quod minus proprium est alicuius id eius proprium est certè quod magis proprium est, eius erit propriũ. vt si minus est proprium animalis sentire quàm viuere: & animalis sentire est proprium, profectò animalis ꝓprium erit viuere. Deinceps sequitur locus eorũ quæ æqualiter cõueniant, cuius loci tractatio in refutatione hæc prima erit: Si quod æquè est proprium non est proprium alicuius cuius æquè ꝓprium est: ne id quidem quod æquè proprium est, eius erit proprium cuius æquè ꝓprium est. vt si æquè ꝓprium est partis animi in qua voluptates versantur appetere, ac eius quę rationis est particeps, ratiocinari: & eius partis in qua voluptates versantur, nõ est proprium appetere: non erit etiam ratiocinari eius quæ rationis est particeps, proprium. In confirmatione autem huius loci tractatio erit eiusmodi: Si id

Sensus est. Si quod minus videatur esse proprium cuius libet conuenire, æquale maioi proprium esse videtur alteri conuenire

Locus e fa comparatione duorum attributorum cum vnico prædicato cuius hæc est propositio. Si quod attributum vnius subiecti aeque maioi et alterius minus proprium esse videatur probatur autem hoc ex se ipsum cum cui maius proprium esse videtur, cui minus conuenire videbatur.

Proprium enim reciprocari debet cum subiecto et ei cuius est quod nõ fieret si pluribus subiectis competeret

Locus e fa comparatione duorum attributorum cũ vno subiecto cuius hæc est propositio. Quorum attributorum si id quod magis videtur conuenire subiecto non conuenit nec id quod minus videtur conuenire

Iuxta illud, quod minus conuenire videtur conuenit et id quod magis videtur conuenire conuenet Arist. lib. 2

Locus primus est comparationis a pari in quo conferuntur duo attributa vnius subiecti secundum par et æquale rationem. Quapropter si duorum attributorum quorum vtrumque ex æquo subiecto competit vnum vnius proprium non sit nec alterum proprium erit alterius.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quod æquè ꝓprium eſt eius eſt proprium cuius æquè proprium eſt, erit etiam quod æquè proprium eſt, eius ꝓprium cuius æquè proprium eſt. cuius exemplum tale eſt: Si æquè ꝓprium eſt partis animi quæ rationis eſt compos, primam eſſe ſedem ſapientiæ: atque eius in qua voluptates habitant, primam eſſe ſedem temperantiæ: & partis eius quę compos eſt rationis, primam eſſe ſedem ſapientiæ proprium eſt: illius etiam in qua voluptates habitant, proprium erit primam ſedem eſſe temperantiæ. Alter locus in reprehenſione talis eſt: Si quod pari ratione alicuius eſt ꝓprium, non eſt proprium eius: quod æquè propriũ eſt, id non erit eiuſdem proprium: vt ſi cernere æquè proprium eſt hominis ac audire: hominis autem non eſt proprium cernere: non erit etiã audire hominis proprium. In confirmatione autem talis vſus erit: Si quod pari ratione alicuius eſt proprium, id eius ꝓprium eſt, etiam id quod æquè propriũ, eius erit proprium. vt ſi æquè proprium eſt animi, eius partem valere ad appetendum ac poſſe ratiocinari primum: animi autem proprium eſt eius partem eſſe, quæ primum appetat: animi etiam proprium erit, partẽ eius primum poſſe ratiocinari. Tertius locus eſt in reprehenſione eiuſmodi: Si quid non eſt proprium eius, cuius æquè proprium eſt, non erit proprium eius, cuius pari ratione eſt proprium: & ſi illius eſt proprium, alterius proprium non erit. Quod hoc exemplo illuſtrandum eſt: Si exempli cauſa incendere æquè ꝓprium eſt flammæ atq; prunarũ: & flammę incendere non eſt ꝓprium, non erit prunarum proprium, incendere. quod ſi flammæ proprium eſt, non erit prunarum proprium. huius autem loci nullus vſus eſt in cõfirmatione. Intereſt autem inter locum eorum quę eodẽ modo ad rem affecta ſunt, & locũ ſimilitudinis, quod ille ex proportione ſumitur, nõ ex eo quod aliquid cõuenit: hic autem ex cõparatione rerum ducitur. Deinceps locus in refutatione tractatur, ſi quis ex vi propriũ ſtatuet, propriumque vi ad id quod non eſt, accommodabit, nec vis poterit rei quæ nõ eſt, conuenire, non erit ꝓprium quod poſitum eſt proprium eſſe. vt ſi quis dicat aeris proprium eſſe ſpirabilem eſſe, ex vi proprium ſtatuit, quando quidẽ tale proprium quod reſpirari poteſt, reſpirabile eſt, atque etiam proprium ſtatuit rei quæ nulla eſt. ſiquidẽ ſublato animali quod reſpirare aerẽ ſolet, aer eſſe poteſt, nec



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Proprium ecnmdu potestatem ignatum pendere debet à re ipsa facultate subiecti

tamen si nullum sit animal, fieri potest vt quid respiret: ita fit vt aeris non sit futurum ꝓprium eiusmodi quod respirari possit, tum cum animal nullum erit tale quod respiret: quare aeris ꝓprium non erit spirabilem esse. At in confirmatione huius loci vsus erit, quando ex vi proprium explicabimus, quod aut ad id quod est, aut ad id quod non est, refertur: vt vis ipsa rei quę nulla est, possit conuenire. sic enim proprium erit id quod positum est non esse ꝓprium. vt si quis eius quod est ꝓprium ponat posse pati vel facere, is ex vi ꝓprium expresit, idq; ad id quod est accommodauit. Quandiu enim aliquid est, id & pati aliquid & facere potest, ita eius quod est ꝓprium erit posse pati vel facere. Extremus locus refutationis erit: quando ex præstantia & excellentia proprium exponitur, proprium non est quod positum est esse proprium. ij enim qui hoc pacto proprium statuunt, faciunt vt in quo oratio, in eo non etiam nomen verè dicatur. sublata enim re, tamen stabit oratio, quippe cum alicui earũ rerum quę sunt, conueniat maximè: vt si quis ignis proprium dicat esse hoc totum, corpus leuissimũ, igne sublato erit corpus aliquod leuissimum. non est igitur ignis proprium hoc totum, corpus leuissimum. In confirmatione autem, ne præstantia statuamus proprium prouidendum est. ex ea enim parte rectè ponetur proprium. vt si quis hominis proprium ponat hoc totum, animal natura cicur & humanum, is quoniam nõ explicauit proprium ex præstantia, ex ea parte proprium rectè statuit.

Proprium absolutè & simpliciter corpe pondere debet subiecto amoto omni excessu superlationis quę quidè excessum cum eum retineat proprium nõ erit nõ enim cũ ea re cõtra reciprocatur cũ aer corpus tum simum sit cũ terra et aqua cõferatur

Hic sextus est de definitione omnium enunciatorum postremus, facit ordinẽ doctrinæ sequentibus secundum quẽ definitio partes totum præcedunt definitio enim reliquis enunciatis vt partibus constat Cæterum in eadem serie locus destruitur quibus reliqua enunciata destruuntur nisi enim sit vt accidens dicatur de omni et reciprocetur vt proprium enodetur de definitione vt erit à nobis libro sequenti

# ARISTOTELIS TOPICORUM LIBER VI.

## Cap. I.

Principio quinque capita signat quibus definitio euertẽdo sit quorum tribus reiectis reliqua duo hoc sexto persequitur quare nos solus dialecticæ sit numeris

IN tractatione autem locorum definitionis, quinque ad reprehendendum nobis proponere debemus. Primum, omnino non verè dici de quo nomen, etiam orationem: debet enim in omni homine verè dici hominis definitio. Alterum non esse positum pro genere, aut pro accommodato genere, id genus quod est in definitione. Nã qui definit rem, debet ad genus differentiam adiungere. cum præsertim eorum quæ in definitione collocantur, rei quæ definiendo explicatur, naturam genus de-

Est enim genus in definitione vice materiæ differentia vero vice formæ quare vtrũque naturam explicat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

clarat maximè. Tertium, non esse propriam orationem, quoniã debet propria esse definitio, quemadmodum supra dixi. Quartum, vt omnia quæ dixi perfecta sint, non tamen rem definitam esse, nec eius vim explicatam. Postremum est vitium, si omnia explicata sunt, non autem recte. Ac si de quo nomen, non etiam oratio vere dicitur, ex locis accidentis ad id demonstrandum & concludendum argumenta ducenda erunt. Illic enim hoc vnũ egimus, vt veréne an falso diceretur, cognosceremus. cum præsertim quando differebamus accidens couenire, vere dici, quando non conuenire, non vere dici fateremur. Non esse autem aptum genus id quod positum est, aut non esse propriam orationẽ quæ data est, ex locis generis & proprii qui sunt expositi, docebimus. quod autem reliquum est, non esse definitam rem, aut non recte definitam, quemadmodum intelligemus, meditamur dicere. Primum quidem an minus aptè res definita sit, videndũ est. quandoquidem facilius est facere aliquid, quam recte facere. ex quo perspicuum est, sæpius in hoc ipso peccari, quãdoquidem difficilius est. ita argumẽta facilius in hoc quàm in illo genere suppetent. Sunt autẽ duæ partes eius rei quæ nõ aptè definita est: Vna, si dubia & obscura interpretatione vtamur. Debet enim is qui rem definit quam potest apertissima interpretatione vti: quandoquidem cognoscendæ rei causa traditur definitio. Altera est, si ad rem aliam definitio transferatur: sic enim superuacaneum erit, quicquid adiectum erit in ea definitione. Rursus vtrunq; eorum quæ exposita sunt in plures partes distributum est. Ac primus quidem locus ad probãdum definitionem esse obscuram, erit. cum aliquod verbum quod in definitione cõtinetur ambiguum erit. Vt si quis definiat ortum, motũ ad naturam ferentem, aut valetudinem esse aptam caloris & frigoris tẽperationem & moderationẽ. Est enim vt motus, sic moderationis ambiguum verbum: ita dubiũ erit vtrũ velit significare eorum quæ explicata sunt & declarata, eo verbo, quod multis modis dicitur. Quod idẽ continget quoties res quę definitur multis modis dicitur, neq; explicatur. Sic enim incertum erit vtrius definitionem explicauerit: incidúntq; tum cauillationes, quasi non ad omnia quæ definiendo explicata sunt, accõmodetur definitio: idq; tum incidet maximè, cũ obscura est & latens ambi-

II. Locus



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

guitas. Atq; etiã ratiocinatio confici poteſt, diuiſione & explica tione adhibita, quod modis dicatur id quod in definitione con-cluditur. Si enim ſatis explicatũ nõ ſit vlla ratione earũ quib⁹ id dicitur, pfectò eo modo res rectè explicata non erit. Proximus locus eſt, quãdo per tranſlationẽ definitio explicatur. vt ſi quis ſcientiã definiat immutabilẽ eſſe, & quę nunquã decidat: aut ter ram altricem: aut temperãtiã cõcentum. Eſt enim obſcurũ quic-quid per tranſlationẽ dicitur. Calumniari etiã poterimus aduer ſus eũ qui tranſlatione vſus erit, quod non pprio verbo ſit vſus, quãdoquidẽ nõ aptè erit explicata definitio. quod in temperan-tia cõtingit: quandoquidem in ſonis omnis cõcentus cernitur. Præterea ſi cõcentus genus ſit tẽperantiæ, idẽ in duobus generi-bus erit, quorũ neutrum alterum cõtinet. neq; enim concentus virtutẽ cõtinet, nec virtus concentum. Dẽinceps locus ſequitur quãdo aliquis in definiẽdo verbis inuſitatis vtitur, id quod Pla-to fecit, qui oculũ, ὀφρυόσιον. i. cilicij vmbrã definiuit, & araneã ἰοδακέs. i. vt ita dicã, putrimordacem. aut ſi quis medullã, oſsiũ procreatricem dicat. quicquid enim inuſitatum eſt, id obſcurum eſt. Sunt etiã nonnulla quæ nec per ambiguitatem, nec per trãſ-lationẽ, nec propriè dicuntur. vt ſi lex definiatur eſſe modus vel imago eorum quæ natura iuſta ſunt. quę omnia tranſlatione de-teriora ſunt. Tranſlatio enim illuſtrat declaratq; quodammodo propter ſimilitudinẽ id quod ſignificatur. quippe cũ omnes qui transferunt verba, ea propter quandã ſimilitudinem transferãt. At verò illud tale nullo modo rem illuſtrat, quãdoquidẽ ſimili tudo nulla reperitur, propter quã lex, modus, aut ſimulachrum dicatur. nec id propriè dici ſolet ita ſi modũ propriè aut ſimula chrum legem dicãt eſſe, mentiuntur. Eſt enim ſimulachrum id, cuius origo ab imitatione profecta eſt, quod in lege non reperi tur. Quod ſi improprie id dicãt, certè obſcurè loquuntur, atque deterius quã ea quæ per tranſlationẽ dicuntur. Locus alius erit, quando contrarij definitio ex ea quæ data eſt, non intelligetur. Quæ enim rectè definitiones cõſtituuntur, etiam cõtrarias ſigni ficant atq; declarant. Aut quando per ſe prolata nõ perſpicuum erit cuius ſit definitio, idque in iis vſu venit, quæ veteres pinge-bant: quæ quidem niſi quis ſuperſcripſiſſet, nunquam cognoſci intelligiq; potuiſſent. Ac ex iis quidẽ locis ad probandum non

Reſoluẽ et mcommuncta q̃ ꝙ ma cm t r ex honor mꝛa non explicata aut diſſimẽta ꝛ deſmente

locus eſt 2 a metaphora quo cum per tranſlationem explicatur

Improbanda eſt definitio

Euertenda eſt definitio ne non ſit per propinquum genus aut quod alius a definito contenit

Definitio inuſitatis eſt locus

Definitio eſt improbanda quia verbis inuſitatis conflatur. citra ſũ arcipienda que per trãſlationẽ fit

Quoniã cuius tegitur vmbra cilicio ſiue ſupercilio plato ocultum cilium vmbrã appellant

medulla vel quod procreet oſſa vel quod ab ſib⁹ procreetur

eſt communis quia leon origo non eſt per ſe ſed ab imitatione

4 definitiones cõtrariũ locus

Definitio euertenda que no explicat definitionem oppoſiti ſiue ex qua contrarij definitio eligi non poteſt

Definitio Vituperanda eſt que definitum non exprimit

quintus eſt locus at poſtremus ab ignorantia definiti



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Ab oculis obscuri locis ad supellectilem disputationem dirigit eius simulacula, species ordine examinans

esse difinitionem dilucidã, argumenta ducentur. Quando autẽ ea quæ ad aliã rem trãsferetur, dabitur & constituetur definitio, primum videndũ erit, an verbum aliquod adhibitũ fit eiusmodi, quod cõueniat omnibus rebus, aut quæ sunt omnino in rerũ natura, aut quæ subiectæ sunt generi eidẽ rerũ earum quæ definiuntur. Sic enim ad aliã rem transferatur definitio necesse est. Nam & genus à cæteris, & differentia ab aliquo eorũ quæ sunt in eodẽ genere debet rẽ quę definitur seiũgere. Atqui nec quod rebus omnibus cõuenit omnino, à nulla separat, nec quod omnibus quæ subiectæ sunt eidẽ generi cõuenit, ab iis quæ sunt in eodẽ genere secernit: ita superuacaneũ est tale illud quod adiectũ est. Alius locus erit, quãdo id quod adiectũ est, est propriũ, quo sublato, & reliqua oratio propria est, & naturã rei explicat. Quale est in hominis definitione hoc totum quod adiicitur, natũ ad disciplinã. eo enim sublato propria est definitio, naturãq; rei indicat, atq; vt vno verbo cõplectar omnia, id omne superuacaneum est & redundans, quo sublato quod reliquum est planã facit rem eã, quæ definitur. Qualis est etiã animi definitio, si quidem numerus sit se ipse mouens & agitans. Est enim animus id quod seipsum mouet, quemadmodum Plato definiuit, nisi forte proprium est illud quidem quod expositũ est, sed numero sublato rei vim naturamq; nõ declarat, quorum vtrum verius sit difficile est explicare. In his autem omnibus quantum vtilitatis ratio postulat, videndum est. Qualis est pituitę definitio illa, humor primus ex cibo incoctus. vnus enim primus humor est, nõ multi, ita redũdat illud incoct⁹. quandoquidẽ sublato illo propria reliqua est futura definitio. Fieri enim nõ potest, vt aliquid ex cibo decidat, & aliud primũ decidat, nisi forte pituita non est id omnino quod ex cibo primũ decidit, sed primũ est eorũ quæ non sunt concocta, vt illud non concoctum addendũ esse videatur. Nam si illo modo dicatur, nõ vera erit definitio: siquidẽ nõ est primum omniũ. Proximus locus erit, quoties aliquid eorum quæ in definitione cõtinentur non omnibus iis quę sunt sub eadẽ specie conuenit. Qualis definitio deterius & absurdius explicata est iis omnibus, in quibus aliquid adhibetur, quod omnibus naturis cõuenit. illo enim modo reliqua propria erit definitio, & tota propria erit. quandoquidem si ad propriũ aliquid quod ve

Destruenda est definitio in qua dicto tralendens ex rebus conueniens ponitur omnibus

Definitio debet ex genere proximo & differentia quæ aliis tribuantur, sumpta a relatiuis formis tractet, in definitione horum docet

Locus 2. ab eruditione partis

Definitio est euertenda cum aduersum proprium quo sublato ipsa definitio propria est & naturam rei explicat.

Bona enim definitio rotunda esse debet. non continet minimum aut parum.

Locus 3. ab adiectione

Definitio est euertenda cum aduersum proprium quo sublato ipsa definitio propria est & naturam rei explicat.

Bona enim definitio rotunda esse debet. non continet minimum aut parum.

Locus 4. ab eruditione partis

Euertitur definitio in qua ponitur ad aliquid pars non conuenies omnibus rebus definiti

Locus 5. ab adiectione

Comparat locum ab adiectione proprii cõuenientis omnibus rebus cum loco primo a nomine

Communia appellat, deterrere et magis fugiendi monet

Per verum intellexit omne attributum additum definitioni propriæ conuenies omnibus inferioribus definiti



rum est addatur, omnino propria est tota oratio. At si quid eorũ quæ in definitione collocata sunt, nõ omnibus cõueniat iis quę eidẽ speciei subiiciuntur, tota esse oratio propria nullo mõ potest. neque enim de re vicissim dicetur: cuius generis est hoc totũ, animal gradiens bipes quatuor cubitorum, neque enim eiusmodi definitio de re vicissim dicitur, propterea quod non omnibus iis quæ eidẽ speciei subiiciuntur magnitudo quatuor cubitorũ conuenit. Illud etiam videndum erit, an verbum idẽ iteratum est: vt si quis appetitionem definiat voluptatis & delectationis cupiditatem. Rei enim iucũdæ omnis appetitio est, ita idẽ valet iucundi cupiditas, quod appetitio. Non erit igitur appetitionis definitio, cupiditas rei iucundæ & suauis. nihil enim interest appetitionem dicamus an cupiditatem rei iucundæ, vt vtrũque eorum proprium sit voluptatis, nisi fortè hoc alienũ videri non potest. homo enim cum bipes sit, certe bipes idem est quod homo. Est autem idem quod homo animal gradiens bipes, ita animal gradiens bipes, bipes est. Sed nõ ex hoc alienum quicquã & incõmodum efficitur, quando quidem in animante qui gradiens est solum, bis bipes non dicitur. Sic enim bis de eodem bipes diceretur: cum autẽ de animante gradiente & bipede nomẽ bipedis dicatur, semel tantummodo bipes dicitur. Eadem est ratio appetitionis, propterea quod nõ in cupiditate intelligitur illud esse delectatiõis, sed in tota oratione. ita fit vt semel etiã hoc loco oratio dicendi exprimatur. Atqui iterare idem verbũ non est incommodum: sed illud demũ incõmodum est, sæpe idẽ de aliqua re dicere, quod Xenocrati vsu venit, qui sapientiã ait esse constitutionem & cognitionem naturarum. quippe cum constitutio quædam sit cognitio, ita bis idẽ dixit adiecto verbo cognitionis. In eodẽ errore versantur ii qui refrigerationẽ, caloris naturalis priuationem esse definiunt. nam cum eius quod insitum est omnis sit priuatio, superuacaneum est nomen naturalis addere, satisque erat addere caloris priuationem: quandoquidem ex ipso nomine priuationis rei naturalis esse intelligitur. Rursus vtrũ dedum est. an ad id quod omnino dicitur, aliquid etiã quod in parte sit, adiungatur, vt si quis æquitatem definiat imminutionẽ rerum vtilium atq; iustarum. Cum enim quod iustum est etiam vtile sit quiddam, profectò in rebus vtilibus cõtinetur. Ita illud

Excusat definitionem appetitionis a similitudine, si forte

Definitio negatoria, in qua quid apparet quando dicitur bis præter hoc semel ex parte attributi, sed talis res nihil negatoria nõ est nulla enim definitio est in qua aliquid bis nõ dicatur, certe bis potest. Verum si aliquid bis de subiecto prædicetur, tum demum definitio euertenta erit

Non putat Aristoteles incõmodum, si omnino essentia idem attributum, sit et subiectum nõ tamẽ idem bis attributũ aut subiectum esse vult. Hoc exemplo declarat

Locus quæritur est ab iteratione

Definitio illa improbanda in qua aliquid de subiecto bis dicitur. Vel actu. Vel potestate. id est. in qua est duplex attributum. Vt si quis dicat. homo est animal sentiens rationis particeps, sentiens bis dicet. semel actu iterum potestate. quia omne animal est sentiens

Vltimus est locus, super Aristotele damnatur definitio in qua specialius additur vniuersali alicui. vt in hac. iustum quidam. quod huius est additum lationis. vtile

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rerum iustarum redundat. ex quo fit vt quod omnino & in totum dicitur, id adiectum sit in parte. Quod idem fiet si medicinam aliquis definiat, scientiam rerum salubrium animali & homini: aut legem, imaginẽ eorum quę natura & vi sua bona sunt & iusta Nam quoniã quod iustum est quædam pars est boni, is qui ita definit sæpe idem dicit. Ac vtrum rectè nécne definitio explicata sit, ex his locis & aliis eiusdem generis intelligemus.

III. Primus est locus ab ignotiore et posteriore. Damnatur definitio que per priora et notiora simpliciter non fit, ed per posteriora et ignotiora.

Ad probandum autẽ naturam rei explicatam esse aut non esse definiẽdo, ex iis quos deinceps exponemus, arguméta sumẽtur. Primũ videbimus num priorib⁹ & magis perspicuis verbis exposita sit definitio. Definitio enim rei cognoscẽdę gratia traditur. Et rẽ cognoscimus non ex reb⁹ & verbis quibuslibet, sed ex prioribus & magis perspicuis, quẽadmodũ in demõstrationib⁹ contingit. ea enim vis est omnis doctrinę & disciplinę. Ex quo perspicuum est eum nõ explicare rem definiẽdo, qui nõ rebus eius generis rem illustret & aperiat definitione. Si enim rẽ definiuit, certè multę erunt eiusdem rei definitiones. quippe cum perspicuum sit eum qui rebus magis perspicuis & notioribus definierit, aptius & commodius rem definiendo explicasse. ita eiusdem rei vtraque definitio erit propria, quod non ita est. Sua enim cuiusque rei vna est vis atq; natura. Itaq; si multę eiusdẽ rei definitiones erunt, vis & natura rei eius quæ definitur, erit eadem, quę vtraq; definitione declaratur. Atqui & naturæ non sunt eædem, quãdoquidem aliæ & diuisæ sunt definitiones. Perspicuum est igitur eum non definiuisse rem, qui non magis perspicuis neque notioribus rebus definierit. Ad probandum igitur nõ esse explicatam definitionem magis perspicuis rebus, duplex locus suppetet. Nam aut videbimus an ex magis dubiis omnino & ignotis, aut an nobis magis ignotis & dubiis exposita sit res definiendo, quoniã vtroq; modo id fieri potest. Quod enim prius est, id eo quod posterius est, notius est omnino. vt punctum linea, & linea plano, & planum solido: quemadmodum vnio numero notior est, quoniam prior initiumq́; est omnis numeri. Itemq́; elementum syllaba. At verò in nostra cognitione cõtrà interdum contingit. Nam & quod solidum est magis sub sensum cadit, quàm quod planum est: & quod planũ est magis quàm linea: & linea quàm punctum, quippe cum hęc plerisq; nota sint omnia. Hæc

Ab axiomate dialectico docet omnem definitionem naturalem debere construi per priora et notiora. Ab hoc docet ari[illegible] [illegible] Ab absurdo per posteriora definiendum non esse cõtendit nã tum eiusdẽ rei plures definitiones esse sunt quod legibus dialecticorum repugnat. quamuis plures rei eiusdẽ rei plures possint esse definitiones nõ secundum Res ed secundum Verba:

Exponit quid per priora et posteriora intelligat. Priora inquit sunt quæ sunt natura cognita nobis cognita & vniuersa. Posteriora autem nobis sunt notiora quia ab sensu cadunt. Itaq; ex his notis et ignotis locis adducendos esse act ad definitionis confirmationem vel euersionem.

Cognitio naturæ est in prioribus et procul a sensibus remotis. Nostra autem cognitio est in posterioribus sensibus admodum propinquis.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Definitiones a signatas per posteriora comparat cum his quæ per priora assignantur atq; has illis longe præstantiores dicit vt quæ maiorem cognitionem pareant in discipl.

Immixit per posteriora nõ esse definiendum licet interdum per deferas descriptiones et declarationes instituende rei gratia vt cum linea per superficiem puncto notiorem declaratur rudioribus.

enim cuiusuis, illa subtilis & ociosi ingenij est discere. Et quanq; præstat omnino eniti, vt posteriores res ex prioribus intelligamus & cognoscamus (habet enim id maiorem vim ad scientiam) tamen apud eos qui rem ex his talibus non possunt cognoscere, necesse est profectò rem definiendo aperire iis rebus, quę illis notiora sunt & perspicuę. Cuius generis sunt & puncti & lineæ & plani definitiones. omnes enim res antiquiores posterioribus explicant: vt lineæ punctum, plani linęam, solidi planum extremum esse definiunt. Sed tamen illud intelligendũ est, eos qui ita definiunt, vim & naturam rei quæ definitur explicare nõ posse. Nisi forte idẽ sit & nobis notius, & notius omnino: siquidẽ oẽs qui recte rem definiunt genere differentiisq; definire debent, quę in iis sunt rebus quæ omnino & per se notiores sunt & magis perspicuè, quàm forma. quippe cùm sublato genere, sublata differẽtia, forma tollatur. Ex quo fit, vt specie priora sint & antiquiora. Atq; etiam notiora esse ex hoc intelligi potest, quod cognita specie genus & differentiam cognosci necesse est. qui enim hominem nouit, etiã animal & bipes nouit. at cognito genere aut cognita differentia, non necesse est speciẽ esse cognitam, ita species minus nota & perspicua est. Iam vero ita fiet, vt ij qui definitiones eiusmodi veras esse confirmant, quæ ex iis constant quę cuique perspicua sunt & nota, multas eiusdem rei definitiones esse fateantur. Nam quoniam alia aliis nec eadem omnibus notiora sunt, vna cuique & alia assignanda erit definitio: siquidem definitio ex iis quæ cuique planiora sunt & notiora cõstitui debet. Præterea eisdem alia aliâs magis aperta videntur. Nam à primo ortu ea quę sub sensum cadunt: vbi autem acriori sunt iudicio, cõtrà. Ita ne eidem quidẽ semper eadem definitio dare debet ij qui definitionem rebus, quæ cuiq; magis perspicuæ sint, tractari volunt. Ex quo perspicuum est nõ iis talibus, sed iis quæ omnino clariora sunt, rem esse definiẽdã, quippe cũ ita demum vna & eadem semper sit futura definitio. Ac fortasse quod omnino & vi sua notum est, nõ omnibus perspicuũ est, sed iis demũ qui bene animo cõstituti sunt. quemadmodũ id etiam quod omnino salubre est, iis salubre est quorũ bene affectũ est corpus. tractari ergo hæc debent omnia accuratè & subtiliter: adhibenda autẽ in disputationibus pro rerum vsu. Sed cõsensu omnium

Non tam habenda est ratio auditoris quam rei quæ definitur quapropter quum priora sue nota omnino sint clariora reique definitur quam posteriora quibus sint noti sima auditori per priora sive nota naturæ non per posteriora nota nobis definiẽdum est.

Negat definitiones quæ per posteriora sunt naturam definiti explicare cum illa a genere et differentia petatur quæ sunt priora & naturæ notiora — nisi forte

Correctio est propter res mathematicas quæ à sensibus abstractæ sunt notæ sunt nobis et simpliciter sive secundum naturam sunt notæ.

A numero tum a signo quo probatur genera et differentias notiores esse suis formis.

Notum nobis bifariã considerari potest vt secundum sensum et intellectum secundum sensum notæ sunt nobis res compositæ secundum intellectum vero notiones compositæ notiores nobis sunt rebus simplicibus vt genus specie notius est.

Duplici Ratione ab ab surdo ducta per posteriora definiendum nõ esse docet. quod homines sint tot sunt sententiæ et varium et cum ea homines iudicium quare ita par posteriora et huic nota definiri debeant plures erunt definitiones scribendæ quarum altera est ratio ducta ab ordine quia colligit nõ semper habendã esse rationẽ auditorum et ita non semper per posteriora definiendum et illis notiora. quia quædã illis varie tempore sunt nota et ignota et ita habitæ definitiones assignandæ essent. Altera est ratio ducta à ratione temporis qd absurdum est.

Exacta definitio omnes causas definiti complecti debet. Quare definitiones quæ fiunt per singulas causas materiam etiam potius sunt declarationes et descriptiones quam definitiones.

Occurrit obiectioni quæ non omnino sine prima naturarum sit cognitio quippe cum nõ sit per illud definiendum. Respondet nonnihil omnino doctis et sapientibus esse doctum perspicuum quod satis est in eorum emolumentum gratia sunt definitiones.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

euerti definitio tum potest facillimè, cũ nec omnino perspicuis & notis, nec iis quæ nobis nota sunt explicabitur. Ac vna quidẽ ratione ita intelligetur non esse perspicuis traditam & apertam definitionem, si posterioribus (quemadmodum suprà dixi) prior declarabuntur. Alia autem ratione, si eius rei quæ stabilis & certa est incertis & mutabilibus nobis statuetur definitio. quippe cum prius sit & clarius quod stabile & certũ est, quàm quod incertum & mutabile. Ad probandũ autem nõ prioribus aperiri tam definitionem esse, tribus ex locis argumenta sumentur. Primus erit, si contrariis contrarium definiendo aperietur, vt si bonum malo definiatur: simul enim naturæ ordine sunt contraria & quibusdam eadem ars in vtroque versari videtur. Ex quo fit, vt alterum altero non sit notius. Sed tamen illud ignorare non debemus, quædã esse quæ aliter definiri non possint. cuius generis est duplũ, quod sine simplo definiri nõ potest: itemq; omnia quæ per se cum aliquo cõferuntur. Nam cum eorum omnium vis & natura idẽ valeat quod ad aliquid quodãmodo affectum esse, profectò vtrunque sine altero cognosci nõ potest, vt necesse sit alterum in alterius definitione contineri. Ac sunt cognoscenda illa quidem eius generis omnia, eisque in his (vt res feret) ita vtendum est. Alter locus nobis argumenta suppeditabit, quãdo in definitione aliquid adhibetur, quod idẽ valet quod res quæ definitur id quod obscurũ est, tum cum non eodẽ verbo vtuntur, quod est rei quę definitur. vt si solem astrũ luce perspicuum definiant. qui enim lucis vocabulo vtitur, etiam solis vtitur. Vt autem hæc manifestò deprehẽdantur pro nomine, definitio subiicienda est hoc modo, Dies est solis motus super terram. sic enim perspicuum erit eum qui motum super terram dixerit, etiam solem nominasse, vt solis nomine vsus sit, qui diei vsus fuerit. Huius etiam loci vsus erit, quando eo quod in eadem diuisione numeratur, alterum eiusdem generis definitur. vt si quis imparem numerum definiat, qui parem vno vincit. Sunt enim simul ordine naturę ea quæ ex eodẽ genere distribuuntur in partes, cuiusmodi sunt impar & par, quæ numeri sunt differentiæ. Quod itẽ fiet, si superiora inferioribus definiẽdo aperiãtur. vt si par numerus definiatur esse qui bifariam diuiditur, aut bonũ habitus virtutis. Nam & bifariam à duobus quæ sunt paria ductum est, &



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Imperfectum vitium committi in definitione quæ fit per posteriora. Prius quia prioris per posteriora explicatio. Superiora enim sunt priora posteriorib. Quia his idem licitur qui posteriora dicit et superiora dicit.

virtus quædã est pars bonorum: ita hæc illis subiecta sunt. Necesse est etiã eum qui eo quod infra est vtatur, etiam superiore vti: cum præsertim qui virtutis nomen vsurpat, boni etiam nomen vsurpet. quandoquidem virtus in numero bonorum habetur. Itemq; is qui bifariam dicat, pari vtitur: quoniam illud bifariam aliquid in duas partes distributũ declarat, & duo paria sunt. Atq;

Locus est ab essentia generis. Euertitur definitio in qua genus definiti nõ ponitur eius esse artis pars prima

hic quidem locus vnus est, vt generatim dicam, ex quo ad docẽdum definitionẽ non prioribus & magis perspicuis esse illustratam, argumenta ducentur. Cuius partes erunt superiores. Secundus locus erit quãdo res quæ definitur ex aliquo est genere, neque in genere ponitur. qui error in iis omnibus versatur, in quibus non ponitur genus definitionis. vt si quis corpus definiat, id quod habet tres dimensiones: aut hominẽ, id quod rationem numerorum tenet: is genus non dicit magnitudinem esse, quæ tres

Locus ab immutatione et absentia alicuius partis quo damnatur definitio quæ nõ explicat omnia definiti officia

habeat dimensiones: aut genus hominis animal, quod rationem numerorum tenet. Genus autem quid res sit declarat, & primũ eorum quæ in definitione dicuntur. idem fiet, si res quæ definitur in multis dicatur, neq; ad omnia pertineat definitio. vt si quis grãmaticam definiat, artem esse scribendi id quod dictatur & pfertur. Deest enim & legendi, quãdoquidem non potius scribendi q̃ legendi eam artem tradidit is qui eam definiuit: vt non qui alterum, sed qui vtrunq; dixerit, definiisse videatur: siquidẽ eiusdem rei multæ definitiones esse nõ possunt.

Occupatione hanc auertit obiectionem quod licet medicina sanitatis et morbi rationem habeat melius tamẽ per sanitatem solã quam per vtrumq; definiatur

Solutio obiectionis. Quod hic locus intelligendus sit de propriis et partibus quæ sunt per se alicuius definiti nõ per accidens. Sanitas enim medicina per se et sanitate per accidens. Sanitas verõ in morbis versatur

Ac in nõnullis quidẽ hoc verè dicitur quod expositũ est, in quibusdam verò non item. cuius generis ea sunt omnia, in quorum vtroq; nõ per se res quæ definitur cernitur, quemadmodũ medicina in morbo & in valetudine versatur, quorũ in valetudine visua & per se, in morbo temerè & casu cernitur: præsertim cum omnino alienum sit à medicina morbũ efficere atque generare. Ita non verius medicinã definiendo aperit is qui vtrunq; complexus est, quàm is qui alterum, imò verò deterius: quãdoquidẽ

Euertitur definitio quæ ex multis definiti proprietatibus deteriorem a fine præteriores relinquens qualis est medicinæ definitio quæ fit per egritudinem

quiuis alius morbũ efficere potest. Proximus locus erit, quando non ad id quod præstantius est, sed ad id quod deterius res quæ definitur accõmodatur, cum plura sint in quibus vis eius intelligatur. Omnis enim ars vísque omnis ad id quod cõtinet præstantissimum omnium, referri videtur. Rursus si res quæ definitur in proprio & accõmodato genere non collocetur, argumen-

Locus a remoto genere et improprio quod quidem vnumquemq; suorum naturã explicet et a pro eorum quæ definito adhuc abfuerit pecnliarẽ et propriã definiti naturã non exprimit. Quare definitionem detruet. In qua sedem habebit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ta ex his locis generis quos ſupra expoſuimus, ducentur. Iam ſi quis ſuperiora genera definiendo dicat, non rectè definiet. vt ſi quis iuſtitiã definiat eſſe habitum efficientem æquabilitatis, aut habitum qui ſuum cuiq; tribuit: is enim ita definiendo virtutem tranſit & tranſilit. Quoniam igitur iuſtitiæ genus prætermittit, vim eius & naturam non explicat: quippe cum cuiuſque rei vis ſit cum genere coniuncta. Hic autẽ locus idem valet quod ille. Non in proximo genere aliquid collocare. Qui enim in proximo genere numerarit aliquid, is ſuperiora dixit omnia: quando quidem in inferioribus ea quæ ſupra ſunt intelligũtur. Quocirca aut proximum genus in definitione vſurpandũ eſt, aut generi quod ſuprà eſt, adiungendæ ſunt differentiæ omnes, quib⁹ vicinũ genus definiatur. Sic enim nihil prætermittetur, exprimetúrque oratione inſerius genus pro nomine. At qui ſuperius genus ſolũ dixerit, nõ etiã inferius explicat, veluti qui plantã dicit, nõ etiam arborẽ declarat. Rurſum in differentiis eodem modo videndum eſt, an generis differentias definiendo explicarit. Nã ſi rem aliquã non ſuis propriis differentiis definierit, aut etiam aliquid dixerit eiuſmodi, quod nullius rei differentia eſſe poſsit, vt animal, vt ſubſtantiã, is, quoniã nihil tale differentiæ nomen obtinet, certè definiendi genere non vtetur. Atq; etiam illud videndum eſt, ſitne aliquid quod diuiſum quaſi ex altera parte differentiæ quæ propoſita ſit, reſpondeat. Si enim non ſit, profectò quæ data eſt, non erit generis differentia: quando quidẽ in differentiis, quæ diuiduntur ex cõtrariis partibus, genera omnia tribuuntur: vt animal in terrenũ & pennigerum, in aquatile, & bipes. Aut ſi eſt differentia quam ex altera parte generis diuidant, nec de genere vere dicatur, perſpicuum eſt neutram generis eſſe differentiã, præſertim cũ oẽs differentiæ in quas genus tribuitur, de proprio & ſuo genere vere dicantur. Itemq;, ſi vere illa qdẽ dicatur, neq; adiecta generi ſpeciẽ efficiat, profecto non erit generis, hæc talis ſpeciei procreatrix differentia: quippe cũ ſpeciei effectrix differentia ſpeciem procreet, ſi cum genere iungatur. Quòd ſi hæc in differentiis non numeretur, nec ea quidem quæ prolata eſt: quando quidem in hanc etiã genus diuiſum eſt. Illud etiã conſyderandum eſt, an in negationem genus ſit diſtributũ. Quod ii faciunt, qui lineã definiunt longitudinẽ eſſe latitudine carentem.

© Centre d'Etudes Supérieures de la Renaissance

carẽtẽ. Nam cũ nihil aliud indicet, nisi quod non habet latitudinem, ita fiet, vt genus definitionis formæ sit particeps. quando quidẽ longitudo omnis aut caret latitudine, aut habet latitudinẽ, & de rebus omnibus aut aientia aut negãtia vere dicũtur. Ita lõgitudo cũ lineæ genus sit, aut nõ habebit aut habebit latitudinẽ. Atqui lõgitudo nõ habẽs latitudinẽ, speciei ratio est. Itemq; habens latitudinem præsertim cũ quod latitudinis expers est, & particeps, sint differentiæ: ex differentia autem ac genere speciei cõstat ratio & definitio: ita genus sibi formæ definitionẽ vendicabit. Itemq; differentiæ, quandoquidem altera differentiarum quas exposuimus, de genere dicitur necessariò. Hic autem locus valet cõtra eos, qui ponunt ideas esse. Si enim non est ipsa longitudo, quonã tandem pacto de genere dicatur, quod aut latitudine caret, aut latitudinis est particeps? Debet enim alterum eorũ de omni longitudine dici, siquidem futurũ est vt vere de genere dicatur. Quod non fit, cum sint longitudines quæ latitudine careant. & quæ habeant latitudinẽ. Ergo hic locus contra eos solos valebit, qui genus vnũ numero esse contendunt, quod ii faciunt qui ideas ponunt. Nam & ipsam lõgitudinẽ & ipsum animal vocẽda est necessariò. cuius generis sunt priuatiões. Cęcũ .n. est id quod aspectũ nõ habet, tum cũ ei est aptus natura. Nihil autẽ interest, negatione res definiatur, an affirmatione eiusmodi, cui nec esse sit negationem ex altera parte in diuidendo respondere. vt si quis lineã, longitudinem quæ latitudinem habeat, definierit. Quod enim habet latitudinem ei quod ea caret, cum in eas quid diuiditur, respõdet, præterea nihil. ita rursus in negationem genus tribuetur. Illud etiam videndum est, speciémne definiendo pro differentia dixerit. quod faciunt ii qui conuitium, contumeliam cum irrisione definiunt. Nam cum irrisio quædã sit contumelia, fit, vt nõ differentia, sed species sit irrisio, ſam illud etiam, an genus in differentia definiẽdo numerarit. vt si quis virtutẽ, habitum bonum definiat. Est enim bonum virtutis genus. Nisi forte non genus bonum est, sed differentia. siquidem verum est illud, nõ posse idem in duobus generibus numerari, quin vnum altero contineatur. Neque enim bono habitus, neq; habitu bonum continetur. quandoquidem, nõ omnis habitus bonus est,

neque omne bonum habitus. Ita vtrunque esse genus nullo mo
do potest. Quod si habitus virtutis genus est, profectò bonũ nõ
virtutis genus, sed differẽtia est. Præterea habitus quid sit virtus
declarat: bonũ autem non quid sit, sed qualis indicat. Atqui qua
lẽ quid significat differentia. Videndum etiam est, an quid, non
quale quid quæ data est differentia, declaret: quoniam qualitatẽ
omnis differentia declarat. Atque illud etiam, forténe ac temere
rei quæ definiatur differentia cõueniat. Vt enim nullum genus
sic differentia nulla in iis numeratur quæ temere & casu rei con
ueniunt: præsertim cum alicui conuenire & non conuenire non
possit differentia. Iam si de genere dicitur differentia aut species
aut aliquid eorum quæ speciei subiecta sunt, nulla definitio est.
Nihil enim eorum quæ enumerata sunt, de genere dici potest,
quandoquidem in pluribus genus quàm omnia reperiatur.
Quod idem fiet, si de differentia genus dicatur: quum præsertim
non de differentia genus, sed de iis de quibus differentia dicatur.
Veluti animal in homine, boue, cæterisque terrenis animalibus
dicitur, non in ea differentia quæ de specie dicitur. Si enim de
singulis differentiis animal dicẽtur, certe multa animalia de spe
cie dici poterunt, quum præsertim in specie differentia intelli
gatur. Præterea isto pacto, aut in formis, aut in indiuiduis, o
mnes differentiæ numerabuntur, siquidem animalia esse ponan
tur. quandoquidem omne animal vel speciei vel indiuiduorum
nomen obtinet. Similiterque consyderandum est, an species,
vel aliquid eorum quæ subiecta sunt sub speciem, de differen
tia dicatur. quod fieri nõ potest: quandoquidem ad plura diffe
rentia quàm forma transfertur. Isto etiam pacto fiet, vt in specie
differentia numeretur, si quid eorum quæ speciei subiecta sunt
de ea dicatur. Si enim de ea homo dicatur. certè homo differen
tia est. Illud etiam videndum est, an specie non sit prior diffe
rentia. debet enim vt genus sequi, sic speciem antecedere differẽ
tia. Illud etiam, an alterius generis sit differentia ea quæ produ
cta est, quod quidem nec contineatur, nec contineat. Neque e
nim videtur duobus generibus data eadem differentia, quorum
alterum ab altero minime contineatur, Sin secus, profecto illud
etiam fiet, vt eadem species in duobus generibus, quorum vnum
nõ contineatur ab altero. Ex differentia enim genus cõcluditur.

vt ex terreno & bipede animal. Ita fit, vt in quo differentia, etiam genus vtrunq; dicatur. Ex quo perspicuum est formam in duobus generibus esse, quorum vnum altero non comprehendatur. Nisi fortè non omnino fieri non potest, vt eadē differentia duorum sit generum, quorum neutrum alterum contineat, sed adiū gendum est, quorum vtrunq; eidem minime subiicitur. Nam terrenū animal & pennigerum animal, genera sunt, quorū neutrum alterum complectitur, quorum vtriusque bipes differētia est: ita addēdum illud est, quorum vtrunque sub idem genus nō subiicitur. hæc enim duo animali subiecta sunt. Illud etiā perspicuum est, non necessario ex omni differentia suum concludi genus: quandoquidem esse duorum generum, quorū vnum altero nō continetur, eadē potest: quorum q; alterū necesse est ex ea cōcludi & probari, eaq; quæ supra sunt omnia quemadmodum animal pennigerum vel terrenum ex bipede concluditur. Videndum etiam, an id quod in aliquo esse quid significat, differentiā naturæ explicarit. Neq; enim inter substantiam & substantiam hoc interest, q alicubi sit. Itaque eos qui animal, in terrenum & aquatile partiūtur, reprehendunt: propterea quod terrenum & aquatile in aliquo esse declarant. Nisi fortè in his non iure reprehendunt. Neq; enim in aliquo esse aut alicubi aquatile & terrenum, sed quale quid indicat: præsertim cum si sit in loco sicco, tamen æquè aquatile: & si in humido loco, terrenū, nō, aquatile sit futurum. Sed tamen hoc perspicuum est, si quid esse in aliquo significet differentia, in ea exponenda & explicāda peccari. Præterea videndum est, an perturbationē in differentia numerarit. Omnis enim perturbatio amplificata ex statu suo naturā dimouet, ex quo genere non est differentia. Magis enim statū eius cuius est differētia, differentia conseruat: neque fieri potest omnino, vt sine sua quicq; differētia permaneat: sublata enim terreni differentia esse homo nullo modo potest. Quib⁹ autem cōmutatur id in quo ea sunt, eorū nihil illius differentia est: quandoquidem omnino eiusmodi amplificata naturā è statu suo dimouent. Quapropter qui talē aliquā differentiam dederit, in eo peccauit, quoniā differentiis omnino non cōmutarē solemus. Iam si quis definiendo aliquid eorum quæ cum aliquo conferuntur nō constituerit differentiā, quæ ad aliud aliquid referatur, erra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bit. Eorum. n. quę cum aliquo cõferuntur, tales etiam debẽt esse differentię. Quod in arte perspici potest, quę animo cernere agere & moliri dicitur, quæ ad aliquid referuntur omnia. Nam rem animo cernere, & aliquid agere, & aliquid moliri ac efficere dicitur. Illud etiã cõsiderandum est, an ad id definitionem accõmodarit is qui rem definit, ad quod natura apta sunt omnia, quę cum aliquo cõferuntur. Sunt. n. quędam, quib⁹ ad id solum vti licet, ad quod natura aptum est vnumquodq; eorũ quę cum aliquo cõferuntur: sunt quibus etiã ad aliud licet. veluti aspectus ad cernendum tantummodo vti licet. at labro etiã quis hauriat tamen si quis definiat, labrum instrumentum esse ad hauriendũ peccabit quoniam ad id non est natum & cõparatum. Definitio autẽ illius, ad quod natum & institutum est, hæc est, id ad quod prudens quia prudens sit vtitur, & ꝓpria cuiusq; rei ars & scientia. Peccabit etiam definiendo, qui rei cui primum cõuenit, non accommodat definitionem, quoties in pluribus intelligetur. vt si quis (exempli causa) prudentiam definiat, hominis aut animi virtutem, non eius patris animi quæ rationis est particeps. Est. n. prima sedes prudentiæ in parte animi quæ ratione vtitur: quandoquidem ex ea & animus & homo prudens esse dicitur. Prętera si non habeat vim ad recipiendũ id ad quod exposita est perturbatio, quæ definitur, vel affectio, vel quiduis aliud vitiose definiuit. Omnis enim affectio, omnisq; perturbatio in eo sita esse solet, cuius affectio & perturbatio, quemadmodum ars in animo cuius est affectio, sita est. Interdum autem in his ipsis peccatur, velut ab iis qui aiunt somnum esse sensus imbecillitatem, & dubitationem, æqualitatem rationum contrariarum, & dolorem discordiã partium cõiunctarum natura, vehementiore motu excitatam. Neque. n. somnus ineſt in sensu. quod necesse esset, si esset sensus imbecillitas. Itemq; ne dubitatio quidem in contrariis rationibus ineſt, nec dolor in coniunctis natura partibus. dolebũt enim res inanimę, si quidem dolor eis aderit. Atq; etiam illa ex eo genere valetudinis definitio est, apta compositio caloris & frigoris. Sic enim necesse erit valere res calentes & frigidas. Nam cum cuiusq; rei apta compositio in illis sit, quorum est apta cõpositio, certè in eis etiam valetudo insit necesse est. Præterea ita fiet, vt ij qui sic definiunt, id quod fit, in eo numerent necessario



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Euertenda est definitio quæ nō conuenit omnes differentias temporis quæ destructæ conuertuntur. Si quid ducat æternum id esse quod semper mansit futurum quoniam æternum nō solum futurum sed etiam præterita et præsentia respicit. Mox abeuabit.

quod vim habet ad efficiendum, aut cōtrà. Neq; enim dolor, diſ
ſenſio, partium natura cōiunctarum, ſed quod ad eam efficiendā
vim habet: nec imbecillitas ſenſus, ſomnus, ſed alterum alterius
efficiens eſt. quippe cum aut propter imbecillitatem ſenſus ſo-
mno opprimamur, aut propter ſomnum ſenſuum munere non
fungamur. Iteḿque dubitationem afferre ſolet cōtrariarum ra-

Correctione propositum exemplū de eadē re esse etiam varias esse significationes eius quod corrumpi non potest nempe tres primum quod nunc non corrumpitur. Secundum quod nunc corrumpi non potest. Tertiā quod nunc habet vt nunquā corrumpi possit. Secundā significationem illam defendit. Quod dicitur incorruptibile iuxta secundā significationem non dicitur nunc tale cum aliquando corrumpi possit.

tionum æqualitas, Cum enim in vtranque partem de aliqua re
cogitamus, & paria ſunt momenta rationum, tum denique quid
nobis agendum ſit, dubitamus. Iam omnium temporum haben-
da ratio eſt, ſicubi diſcrepent: vt ſi quis immortale animal quod
nunc non interit definiat. Sic enim fiet, vt animal quod nunc in-
teritus expers eſt, hoc tēpore ſit immortale. Niſi forte in hoc id
non eſt verū. eſt enim ambiguum, nunc interitus eſſe expers ali-
quid. Aut enim non interiſſe nunc ſignificat, aut nō poſſe *inte-*
rire hoc tempore: aut eſſe hoc tempore eiuſmodi, vt nunquā in-

Vtrū definitio nē et definiti eadem temporis mouenda deteganť eius definitio nem euertēda.

tereat. Cū igitur dicimus, hoc tempore interitus expers eſſe a-
nimal, non hoc diximus, tale eſſe nunc animal vt nunquam occi
dat: hoc enim idem eſſet quod immortale. Ita minime efficitur
vt id nunc ſit immortale. Attamē ſicubi id accidat, vt quod ora-
tione explicetur, hoc tempore inſit, aut ſuperiore, id autē, quod

Definitio quo clarior est eo melior quare propē tis dubiis propositis definitionibus ea quæ aperiorem explicationem habet.

nomine declaratur non inſit, nunquā idem erit. Vſus ergo huius
modi talis eſt. Atq; etiam illud videndum eſt, id ne quod defini-
tum ſit, alia oratione, ac ea quæ allata eſt, aptius explicetur. vt ſi

Immunitas iniuriæ esse habitum alterius æquā distribuentium nō autem potestatem æqui distribuendi.

iuſtitia definiatur, ius ſuum cuique tribuens. iuſtus eſt enim po-
tius, qui ſuum cuiq; vult tribuere, q̄ qui id p oteſt. Ex quo fit vt
non ſit iuſtitia, ius ſuum cuique tribuens, præſertim cum is de-
mum iuſtus ſit, qui ſuum cuiq; pro dignitate tribuere velit. Illud

Definitio et definitum eiusdem naturæ esse debent Quare si hoc recipiat definitum recipere debet.

etiam vitioſum eſt definiendi genus, cum res acceſsionem reci-
pit, id autem quod oratione explicatur non recipit: aut contra,
cum id quod oratione explicatur recipit, res autem non recipit

Cum voluptas una alia maior alia minor et alia minor, si vera hoc are totalis edictum apium ius male voluptatem definit optimā animæ dispositionem.

acceſsionem. Aut enim vtrunque aut neutrum capere debet: ſi
quidem idē eſt quod oratione explicatur, & res ipſa. Vitioſum
etiam illud genus eſt, cum vtrunq; acceſsionem illud quidē re-
cipit, ſed nō ſimul. vt ſi amor, cupiditas cōcūbēdi definiatur. Cū
enim is qui vehementius amat, non magis concubitū appetat, ſit

Si non definitum et definitio nō simul ad idem sint nec hæc et hæc recipiant definitio erit euertenda.

vt nō recipiat ſimul vtrunq; acceſsionē. quod quidē deberent, ſi
quidem idem valerent. Quod idem fiet, ſi propoſitis duobus, de



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quo magis res dicetur, de eo minus dicetur oratio. Vt si ignis definiatur corpus tenuissimum. Nam & ignis luce magis flamma est, & corpus tenuissimum flãma est minus luce. Atqui vtrunq; eidem magis cõuenire deberet, si quidem idem valent. Vitiosum etiã est definiẽdi genus, si duobus propositis vnum vtriq; æque cõuenit, alterum non æquè, sed alteri magis. Item cum duo cõplectitur definitio, quorum vtrunq; cõpleatur. vt si pulchrũ definiatur id esse, quod vel oculos vel aures demulceat: & id quod est, quod pati, vel facere quid potest. Sic enim simul idẽ & pulchrum erit & nõ pulchrũ, itemq; idem erit & non erit. quandoquidem quod aures mouet ac demulcet, idẽ erit quod pulchrũ. Ita quod nõ demulcet aures, idem valet quod id quod minime pulchrum est. Rursus enim eisdem, eadem data sunt cõtraria. Contrarium autem est pulchro id quod pulchrum nõ est, eiq; quod sensum aurium suauitate quadã mouet, id quod non mouet sensum aurium. Perspicuum est igitur, idẽ valere id quod non mouet aures suauitate quadã, & id quod non est pulchrum. Si quid igitur est quod sensum oculorum moueat, non aures, id & pulchrum, & non pulchrum futurum est. Eodemq; modo idẽ esse & non esse doceremus. Iamvero si orationes pro nominibus sumamus, & generum, & differentiarum, & eorum omnium quæ definitio cõplectatur, an aliquid eorum discrepet, vidẽdum est.

Quod si res quæ definitur in iis sit quæ cum aliquo conferuntur, vel per se vel generis societate, considerãdum erit, an in definitione expressum non sit id cum quo vel ipsa per se vel generis communione cõferatur. vt siquis scientiam opinionem immutabilem definiat, vel voluntatem, cupiditatem ab ægritudine vacuam. Eorum enim omnium quæ cum aliquo conferuntur natura ad alterum refertur: quandoquidem vniuscuiusque eorum quæ ex illo sunt genere, natura idem valet, quod ad aliquid quodãmodo affectum esse. Debuit ergo scientia definiri, opinio de eo quod scientia cõtinetur, & volũtas, boni cupiditas. Quod item fiet, si grãmatica literarum scientia definiatur. Exprimendũ enim fuit definitione cum quo ipsa, genúsve cõferretur. Aut illud videndũ est, an alicuius eorũ quæ cum aliquo cõferũtur, nõ ad finẽ directa sit definitio: finis autẽ vnicuique propositum est quod optimũ est, aut quò cætera omnia referuntur. Ita aut quod

## IIII.

optimum est, aut finis & extremum exprimi debet. Vt cupidita-
tem non rei quæ voluptatem affert, sed ipsius voluptatis: quippe
cum eius gratia etiam id quod eam efficit expetamus. Videdum
etiam est, id ne ad quod retulerit, in ortu vel actione cõsistat. Ni
hil. n. eorũ finis est. Egisse. n. & ortum esse, finis potius nomen, q̃
vel oriri, vel agere obtinet. Quãquã non in omnib⁹ reb⁹ ita est.
fere enim oẽs voluptatem capere ex quaq; re malunt, q̃ desiisse
capere. ita agere potius finem cõstituunt, q̃ egisse. Iam in quibus
dam si quãta qualiaq; sint, & vbi fiant, item q; cæteræ disimilitu
dines minimè explicentur, vitiosa erit definitio. Vt si non aperia
tur, qualis & quantæ gloriæ cupidius sit ambitiosus. Nam quo-
niam omnes gloria ducuntur, non satis est cupidum gloriæ dice
re eum qui glorię sit appetens: addendæq; sunt differentiæ quas
enumerauimus. Item q; si auarus definiatur, quanto studio pecu-
niæ teneatur exponendum est: aut si impotens, quarum voluptа
tum sit, in quibusq; versetur. Neque enim si quis qualicunque
& quãuis voluptate vincatur, is cõtinuò impotens habẽdus est:
sed is demum qui certa quadã superetur. Eiusdem generis sunt
definitiones, & qua noctem definiunt vmbram terræ, & qua ter
ræmotum, motum terræ, & qua nubem aeris crassitudinem, &
qua ventum aeris motionem. Addendũ enim quantum, & qua-
le id sit, & vbi fiat, & vnde. Quod eodem modo de aliis eiusdem
generis iudicandum est. Qui enim quãuis differentiam præter-
mittit, is naturam rei non explicat. In id autem quod prætermis-
sum est, omnis semper dirigi debet argumentatio. Non enim si
quomodocun que quantũlibet terra mota sit, continuò terræmo
tus est: nec si aer quomodo aut quiuis pellatur, vẽtus est. Eodem
modo peccatur in appetitionibus definiendis, cum quod vide-
tur non adiicitur, in cæteris q; omnibus, in quibus illud adiicien
dum est. vt si voluntas definiatur, appetitio boni, & cupiditas, ap
petitio rei quę voluptatem efficit, nec addatur, eius quod bonũ
videatur, aut eius rei quæ voluptatem efficere videatur. Sæpe e-
nim ignorãt ij qui cupiditate tenentur, bonum esse aut iucundũ
esse id quod cupiunt. Ita non est necesse id esse bonũ aut iucun-
dũ, sed modo videri: debuit ergo eo pacto explicatio fieri. Quòd
si ita, vt dixi, rem tradat & aperiat, ad species impellendus erit is
qui ponit ideas esse. Neq; enim idea est in vlla re quę esse videa-

Hucaccedit qd dictum
est primo cap. primi
ergò ne hoc nomen
optimum

Quæ ad ne referuntur
per se recta existimantur
Quæ vero ad finem tendunt ea per
actiones proinde ac actiones
loco actuum sunt in definitione
ponuntur eius quod fuit, siue
sit erit erit aduertenda
la nutio
Hic locus generalis non est ma
scribit ad totales sed ad
quæ ad malum finis est actio quæ
ad bonum vero operatio

Correptio est quod in nonnullis
maior sit perfectio in actione
quam in fine actionis
Huius rei exemplo erit philoso
phus qui exoptabat sibi cohortem
dubium esse voluptatis et virtutis

Locus est a circõstantiarũ siue
differentiarum defectu
Nam interdum definitiones sunt
enim quædã quæ nõ simpliciter
sed cum aliquibus quorum
nemini desse debet definitio

Nox nõ est quouis vmbra sed
cui qua sit ex terra pposita regio
nis sine quibus mancha est
noctis definitio

Hic locus intelligendus de
accidentibus quæ subiecta
sunt sub aliqua certa dif
ferentia aut circonstantia
ratione

Improbatur definitio appe
tionis quæ sit absentium
differentia apparentis nisi
item nisi apparens appe
titionem moueat

Innuit hunc locum plurimũ cõferre
ad ideas confutandas. Cum
enim mutari nõ possint ea quæ
sint perfecte ex natura sua
uisi abstracte fingi nõ pos
sunt. Sic omnium
rerum ideæ poni nõ possunt
Confert cupiditatẽ cum voluptate
quæ incredibili quasi cupidi
tate incundæ vel inuisæ bona

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tur & appareat,& ſpecies ad ſpeciem referri videtur. vt ipſa cupiditas ipſius iucũdi eſt,& ipſa volũtas ipſius boni. Nõ igitur eius quod bonũ eſſe videatur,ipſa volũtas erit:neq; rei quæ voluptatem afferre videatur,ipſa cupiditas ita nõ eſt eius quod bonum eſſe videatur,nec eius quod voluptatem afferre videatur. Abſurdum eſt enim eſſe aliquid ipſum viſum bonum,aut iucundum. Iam ſi habitus definitio explicetur ex eo in quo eſt habitus, ducetur argumentum. & ſi eius in quo eſt habitus,ex habitu. Itemq; in cęteris talibus,vt ſi id iucundũ dicatur quod prodeſt,etiã qui voluptate afficitur,adiuuatur. In definitionibus autẽ eius generis fit,neſcio quo modo,vt is qui rẽ definiẽdo aperit, plura vno definiat. Qui enim ſcientiã definit,quodammodo etiam definit ignorationem.itemq; is qui quod doctum & indoctum eſt,ſcire & ignorare. Si enim primum planum fiat,quodammodo etiã cætera perſpicua fient omnia. Quapropter in his talibus,ſi quid diſcrepet, ex iis locis quos in cõtrariis & coniugatis expoſuimꝰ argumenta ducemus. Atq; in iis etiã quæ cum aliquo conferuntur, videndum eſt,an ad quod genꝰ accõmodatũ eſt,etiã ad illud aliquid relata ſit forma. Vt ſi opinio cum eo quod opinabile eſt confertur,etiã opinio quædam cum quodam opinabili conferetur. Et ſi res multiplex ad ſubmultiplicem refertur, etiã quædam multiplex ad quandã & certã ſubmultiplicem referetur. Si.n.nõ ita explicata res eſt,profectò vitioſa erit definitio. Et illud videndum,an contrarij explicata expoſitáque ſit definitio contraria. vt ſitne ſimpli definitio contraria dupli definitioni. Si enim duplũ eſt quod pari vincit,etiã ſimplum erit quod pari re vincitur. Eadem eſt ratio eorum contrariorum,quæ aduerſa dicuntur. Contrarij enim contraria erit definitio,vna quadã contrariorum coniunctione,hoc modo,Si id prodeſt quod bono afficit, etiam id obeſt quod malis afficit, aut quod bonis priuat. Alterum enim eorũ contrarium ſit eiꝰ,quod priore libro dictum eſt,neceſſe eſt: ꝙ ſi neutrum contrarium ſit eiꝰ,quod initio expoſitum eſt, certè neutra eorum quæ poſterius expoſita ſunt, eſſe contrarij definitio vllo modo poteſt: ita ne ea quidem quæ initio data eſt,verè & rectè fuit explicata & conſtituta. Quoniamq; contraria ſunt quædam, quæ alterius priuatione dicuntur, vt inæqualitas æqualitatis priuatio videtur eſſe. inæqualia enim ſunt, quæ non



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Habitus priuationi essentiali est quare in definitione ponitur. Nam essentiale dicitur quatuor modis. Primo quod per totam naturam explicat. Secundo quod primum explicat naturam. Tertio quod maxime ineri natum est subiecto. Quarto quod ad aliud dicitur vt habitus ad priuationem.

sunt æqua & paria: profectò id semper quod priuatione dicitur, altero cõtrario definitur necessariò, alterũ nõ etiã necesse est, illo quod ex priuatione nominatur, definiri. Sic enim fieret, vt vtrũque ex altero cognosceretur. Quare hoc vitiũ in contrariis animaduertere debemus. vt si quis æqualitatẽ definiat, id quod inæqualitati cõtrariũ est: definiendo enim aperit rẽ, eo quod ex priuatione appellatur. Iam vero necesse est eũ qui ita definiat, ea re vti quæ definiatur. Quod ita intelligetur, si cũ nomine commutetur oratio. Quando enim nihil interest, inæqualitatẽ dicamus, an æqualitatis priuationem, certè erit æqualitas contrariũ æqualitatis priuationi. ita eadẽ re vsus est. Quòd si neutrũ contrariorũ priuatione dicatur, eodémque modo explicetur definitio, vt bonum est, quod malo est cõtrarium: certè bono malum erit contrariũ. Eorum enim quæ ita cõtraria sunt, similiter explicãda definitio est. Sic rursus fiet, vt eam ipsam rem quæ definiatur, adhibeat in definitione, præsertim cũ insit bonũ in mali definitione. ita si bonum malo cõtrarium est, malum autẽ nihil refert dicas, an quod bono est cõtrarium, efficietur, vt bonũ contrarium sit eius quod bono cõtrarium est. Ex quo perspicuũ est, eodem vsum esse eum qui ita definiat. Vitiosa etiã definitio est, cum ita aliquid eorum quæ priuantia sunt, aperitur: vt cuius sit priuatio, veluti habitúsne, an cõtrarii, an cuiusuis, minime explicetur. Quod idem fiet, si cuius aut in quo solet esse priuatio, non addatur omnino, aut in quo primo soleat habitare: vt si quis ignorationem priuationem esse dicat, nec addat priuationẽ esse scientiæ, aut nõ adiungat in quo versari soleat: aut si adiungat, non dicat in quo primo id habitare soleat: vt si quis nõ in ea parte animi quæ rationis est particeps, sed in homine vel in animo aliquid situm esse definiendo explicet. Si enim quiduis horum præmiserit, aberrabit. Eodémque modo, si quis cæcitatẽ nõ aspectus priuationẽ in oculis dixerit. Qui enim vim & naturã rei alicuius accõmodate aptéque explicare vult definiẽdo, is debet & cuius rei sit priuatio, & quæ res priuetur, exponere. Illud etiã cõsyderãdũ est, an priuatiõe explicetur quod nõ numeratur in priuãtibus. Qui quidẽ error in ignoratione versari videtur iis, qui ignorationẽ negatione non definiũt. Quod enim artis & scientiæ expers est, id ignorare minime videtur: sed id demũ, quod errat

Contraria cum ea quæ nota vel ignota sint primum alterius definitionẽ morari non debent.

Vitiosa est definitio priuationis quæ nõ exprimet cuius perfectionis aut habitus priuatio esse dicatur.

Vitiosa est priuationis definitio in qua habitus sine parte subiecto perfectio et subiectũ non ponitur.

Quod priuationis nomẽ non mereatur vt priuatio definiri non debet. Itaq; cum ignorantia priuationem nõ dicat semper, sed aliquando dicat positionem per negationem, non more priuationis debet definiri.

Ignorantia bifariam cõsideratur primo pro prima affectione quæ inest his qui disciplinas emetiuntur quales sint ophitæ et pro priuatione scientiæ quomodo pueri ignorare dicuntur.

& fallitur. Itaque nec res inanimas, nec pueros ignorare dicimus. Ita nō priuatione scientiæ ignorantia dicitur. Iam illud videndū est, an similibus nominis casibus similes definitionis casus respondeant. vt si id prodest, quod efficiēs est valetudinis, vtiliter, accōmodatè ad valetudinem efficiēdam, etiam quod profuit, id valetudinem effecit. Spectandum est etiam ex idea, sit ne vera & propria quæ data est definitio. quandoquidem in quibusdam id nō reperire cernitur. Quemadmodum Plato definit, mortale, adiungens animantium definitionibus. Si enim idea est, certè non est mortalis, veluti ipse homo. ita ideæ minime conueniet definitio. Omnino necesse est si addatur id quod efficiens est, aut patibile, in idea discrepare definitionē. Impatibiles enim & immutabiles videntur ideæ iis qui ideas defendunt. Quales definitiones cōtra eos valent. Vitiosum etiam genus definiendi est, si omniū eorum quæ ambigue dicantur, communis vna definitio statuatur. Cum enim synonyma sint ea, quorum vna est nomini congruens definitio, nullius certè eorū quæ nomen cōplectitur, propria definitio est, quandoquidem æquè omnibus homonymum conuenit. Quod etiam vitium in vitæ definitione reperitur, quā Dionysius tradidit, Motus generis quod alitur coniūctus comēque naturæ. Neque enim id in animātibus magis inest, quam in iis quæ è terra gignuntur: cum interim vitæ nō vnum genus sit, aliúdque vitæ genus animātibus, aliud iis quæ è terra gignūtur, tributū esse videatur. Atque fieri potest, vt arbitratu nostro sic definitionem vitæ explicemus, quasi sit synonymum verbum vnúmque sit genus vitæ: sic nihil etiam prohibet eū qui homonymiam & ambiguum perspiciat, velítque alterius definitionē tradere, ita dissimulanter facere, vt nō propriam, sed cōmunem vtrique statuat definitionē. Sed tamen vtrouis genere definiendi vtatur, certè aberrabit. Quoniā autē quædā homonyma obscura sunt, is quidē qui interrogat, eis pro synonymis vti debebit. nō enim alteri vnius cōueniet definitio. Ita alter quodammodo definiisse nō videbitur, quoniā in omnia conuenire debet synonymū: is autem qui respōdet, ambiguū debet distinguere. Quoniámque nōnulli eorū qui rem aliquam defendūt in disputationibus synonymum ambiguum esse dicunt, quoties nō cōuenit in omnia quæ statuta est definitio, & ambiguū in synonymis dū

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Duplici nomine eum reprehẽdimus esse dicit qui pro homonymis esse defendit. Prius quod earum formarum diuersas definitiones assignet, Posterius quod recantare cogatur eas id esse quod earum quod primus homonymi conuenire erat vt si quis definiens animal substantia animata, sensitiua rationis expertem credat aut ARISTOP. vocẽ esse homonymam eadem definitione hominis nõ conueniat, ac ionãda erit alia animi definitio qua cõueniat hominibus

Sic ei fiet de speciei ermitdum cr ex definitiones Cæterũ quia prior definitio omnibus belluis exæquo cõuenit cogetur fateri secũdum priorẽ illã definitionem animal vocem esse synonimã ad bellnas qua prius homonymam dixerat.

tunt, si vtrisque conueniat, ante conuenire debet quæ illa sint: aut antè ratiocinandum est & concludendum ambiguum esse, aut synonymum, aut vtrumlibet. Facilius enim concedunt ij qui quid sequatur nõ prouident. Quòd si nõ conuenerit inter eos qui differunt, & aliquis synonymum ambiguum esse dicat, propterea quòd ea definitio, quæ data est in hoc vel illo minimè intelligatur: tum videndum est, an huius vel illius in cætera conueniat definitio.

Postremum est præceptum quo nos interrogantem cuius hæc definitio sit. Sẽ homonymi alicuius signata sit definitio ante respondens homonymum esse negato quo eius definitio nõ omnibus significatis conuenit atque adeo vocẽ aliam inuocandã interrogantis est ea cõsyderare quo ductum est sidni huius in rebus appellandis multitudine rẽ sequendam In natura vero da discutiẽda tamẽ apientes se quondos iuste illud loquẽdi vt plures sapiendum vt pauci.

Perspicuum est enim id reliqua omnia communi quadam nominis societate complecti. Sin minus, plures certe erunt reliquorũ definitiones. duæ enim nominis definitiones ad ea accommodabuntur, & prior quæ data est, & posterior. Rursus si quis quid eorum quæ multis modis dicuntur definiat, neque in ea omnia quæ verbum ambiguum complectitur, definitio conueniat, quoniã ambiguum non dicat, & nomen neq; omnibus cõuenire, quoniã nẽ definitio quidẽ in omnibus reperiatur, cõtra eum afferre debemus, appellatione vtendum esse ea quæ & tradita sit, & consequatur, nec illam æquũ esse infirmare: quædã autẽ esse, in quibus à vulgi consuetudine discedendũ esse videatur. Si autẽ alicuius eorũ verborũ quæ coniuncta sunt, definitio statuatur, detracta alterius eorũ quæ copulata sunt oratione, an reliqua ei quod reliquum est conueniat, videndũ est. Si enim secus, profectò neque ea quidem toti cõueniet. vt si quis hoc totum lineam finitam rectam definiat, extremitatem plani habentis extremitates, cuius medium extremitatibus adiungitur: si finitæ lineæ hæc definitio est, extremitas plani quod habet extremitates, hæc reliqua debet esse recti definitio. Cuius mediũ extremitatibus addatur. Atqui linea infinita nec medium habet nec extremitates, cum interim recta sit. Ita non est eius quod reliquũ est, reliqua definitio. Vitiosum etiam definiendi genus est, cũ id quod definitur copulatum est, eique attribuitur definitio eiusmodi quæ æqualibus & paribus quasi mẽbris respondeat. Definitio autem paribus mẽbris refertur, cùm quot sunt coniuncta, totidem etiã sunt & nomina & verba in definitione. In his enim talibus ipsorum nominum aut omniũ aut aliquorum mutatio faciẽda est necessario, quandoquidẽ non plura sunt hoc tempore quàm superiore nomina, debetq; is qui definit, pro nominibus omnibus maxime, sin minus pluribus, explicare definitionem. Sic enim simplicia

Improbatur definitio orationis omnes partes nimirum eorum quæ ponitur non correspondent partibus definiti eorum positi vbi improbatur definitio hominis albi cuius partes eorum quæ ponitur hominem et album non respondent

Vt hic locus ad facilior sit no hanc definitionem nemo hominis albi exemplicloco Animal rationis pisces coloratum dicorpans vbi sum cuius singulæ partes singulis definiti partibus nõ pondẽ

Hoc addi cæpit per multa genera quæ cum sint satis audito ribus nota non sunt in oratione mutanda vbi quis definiturus syllogismum demonstrationem demonstrationem tantum oratione explicabit. Vbi omnia vel ipsa relinquet. Definitio quæ nimirum habet partes æquales definito in probanda est vbi homo albus est hoc cãdidus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

verba nunquam definiat is qui verba commutat. vt si pro veste tunicam. Vehementius etiã in definiendo errabit, si verba magis dubia assumat. vt si pro homine albo, terrigenam & mortalem candidum. Neq; enim definiuit: cum minus apertũ & perspicuũ sit, quod ita dictum est. Atq; etiam in commutandis verbis illud videndum est, an definiendo non idem esse declararit. vt si quis artem quæ rem animo cernit, definiat, opinionem quę rem animo cernit & cõtemplatur. Opinio enim non est idem quod ars & scientia: quod quidem deberet, si modo totum idem sit futurum. Nam quod animo rem cernit & contemplatur, in vtraque oratione est: quod reliquum est, ab his abhorret. Iam si quis alterum verbum commutet, neque differentiam, sed genus commutet, vitiosa erit definitio. Quod in exẽplo quod modo protuli cernere licet. hoc enim totum, quod rem nõ cernit & cõtẽplatur, verbo artis obscurius est, quoniã hoc genus est, illud differentia. & genus, quoniam latissimè patet, omnium est clarissimum & planissimum. Ergo non genus mutandum fuit, sed differentia: quandoquidem obscurior est. Nisi forte ridicula hæc reprehensio est: præsertim cum nihil prohibeat differentiam nostissimo verbo significari, genus non item. Quæ cum ita erunt, certe generis, non differentiæ nomen mutandum erit. Quòd si quis non nomen pro nomine, sed orationem pro nomine mutet, profectò magis differentiæ quàm generis explicanda definitio est: quandoquidem rei illustrãdæ & cognoscendæ gratia definitio traditur: & minus nota differentia quàm genus est. Si vero differentiæ definitionem explanarit, an ad aliquid aliud definitio transferatur, videndum est. vt si numerum imparem dicat, numerum qui medium aliquid habet, exponendũ est, quẽadmodum medium habeat. Nam & numerus in vtraque oratione est, & imparis verbum in definitione mutatum. Atqui medium aliquid & linea & corpus habent, cum non sint imparia. Non igitur propria est illa imparis definitio. Quòd si multis modis dicatur id quod medium aliquid habet, distinguendum est, quemadmodum medium complectatur. ita aut reselletur reprehendetuŕque definitio, aut vitiosa esse concludetur. Præterea vitiosa, etiam erit, si id cuius definitio statuitur, in iis quæ sunt numeretur. quod autem definitioni subiicitur, non numeretur.



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vt si quis exempli gratia rem albam esse dicat, colorem cum igne permixtum. Neq; enim quod expers est corporis, permiscerí potest cum corpore. Ita color permixtus & confusus cum corpore nullus est, & aliquod album est. Iam ij omnes qui nõ distingunt in iis quę cum aliquo cõferuntur, id cum quo cõferuntur, plaq; cõplectuntur dicendo, aut omnino, aut quadã ex parte, viciose definiunt. vt si quis exẽpli causa, medicinam dicat artẽ esse eius quod est. Nam si nullius eorum quæ sunt medicina ars est, certe vitiosa falsaq; est omnino definitio. Sin alicuius est, alicuius non est ars, quadam ex parte falsa est. debet enim esse omniũ, quidem per se nõ temere & casu eorum quæ sunt esse dicitur: id quod in cæteris quæ cum aliquo conferuntur, perspici licet. Quicquid enim scientia & arte cõtinetur cum scientia & arte cõfertur. Eadem est cæterorum ratio: quandoquidem quę cum aliquo conferuntur, reciprocantur omnia. Omne enim quod arte continetur, in iis est quæ cum aliquo conferuntur. Præterea si is qui non per se, verùm fortuitò & casu rem explicat, recte explicet & aperiat definiendo: non cum vno, sed cum pluribus vnà quodq; eorum quæ cum aliquo conferuntur, cõparabit. Nihil enim prohibet eandem rem, & esse & albam & bonam esse. Itaq; vt cum quouis eorum collatum quid definiat, recte definierit, si modo is qui re aduentitia temere rem aliquã explanat, recte explanat. Postremo hæc talis definitio ꝓpria rei quæ explicata est & data, esse non potest. Neq; enim medicina sola, sed pleræque etiã aliæ artes in rebus quæ sunt versantur. ita vnaquęq; ars in eo quod est versabitur. ex quo perspicuum est, hanc ipsam nullius artis esse definitionem: præsertim cum propria, non communis definitio esse debeat. Sed interdum non rem nudam, verũ rem quæ in laude versatur, beneque affecta & perfecta est definiunt. quo ex genere oratoris & furis definitio est Si enim orator is est, qui quod in quaq; re ad faciendam fidem valet, perspicere potest, neq; quicquã eorum prætermittit: & fur, is qui clam accipit: certe vterq; bonus erit, qui sit eiusmodi, & orator bonus, & fur bonus. Neq; enim fur est qui clã sumit, sed qui vult clã sumere. Rursus vitiosa erit definitio, si id quod per se expetẽdũ est, vt agendũ faciẽdúmve impellens, aut quiduis propter aliud expetendũ, explicetur. Vt si iustitia, legum custos, vel sapientia beatæ

Cmm let nitio et definitum nt ea lẽ numero at
em sẽ in natura diuer, a'. relationem e, e
nõ debent ꝗ rare quod e t in rerum natura
or id quod nõ est d, mir no id bet

Improbanda e t definitio relatiuque negera similiter nec correlatiuum distingu

Dolemate dest fruit medicinæ definitionem per scientiam entis. Aut nquit medicina est omnibus aut aliquorum vtium dicere omnibus esse absurdum cum sit tantum ea ori et tam scientia aliquorũ tantum sit medicina nõ debuit definitio sed determinanda erat quorũ est vtium ic enim vera ꝑfecta fuisset definitio

Relatiua per se dicta semper reciprocantur. Per accidens vero reciprocari nõ et necesse. Sic cum medicina agri et sani per se entis vero per accidens nonne quatenus illud est eorum vel sani nõ necesse est medicinam cum ente conferri, sed bene cum sano et agro

Relatiuum, sit definiendum et ita nõ oportere eã mutuo conferre et vnum vni correspõdere

Negat relatiuum per accidens recte definiri posse cum vnius rei ẽt vna definitio cuiusque

Ꝺefiniuntur cum tot sint definitiones quot sunt ea ad quæ relatiuum referuntur. itaq; Sensus est qui relatiua ad vnum refert recte quidẽ facit. si definitio relatiui per accidẽs fuit sit

Aliud colligit absurdum ex definitione quæ fit per accidens quales e medicinæ semper definitionem reddi cõmunis et nõ propriã quod vitium in definiendo maximum est

Improbatur definitio quæ nõ rei essentiam siue naturã siue perfectionem vel habitum vel quid simile aliud externũ declarat

Illud enim nõ definitionis sed descriptionis munus est.

Mala est definitionis cõstitutio in qua id quod expetitur per se definitur per id quod expetitur per aliud

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

vitæ effectrix definiatur. Efficientia enim & conſeruantia in rebus ſunt, quæ propter aliud expetuntur. Et quanquã nihil prohibet, id quod propter ſe expetitur, etiam propter aliud expetẽdũ tamen in eo peccatur, ſi quis ita id quod propter ſe expetendum eſt, definiat. Nam cum in cuiuſq; rei vi & natura explicãda optimum. quicq; adhibendum ſit: id autẽ quod propter ſe expetitur, ei quod propter aliud anteponatur, fit, vt illud ipſum potiꝰ ſignificare debeat definitio. Atque etiam illud conſyderandum eſt, ſine qui aliquid definit, hoc & illud eſſe, an ex hoc & illo eſſe, an hoc cum illo eſſe definiat. Nam ſi hoc & illud eſſe definiat, fiet vt & vtriq; conueniat, & neutri. Vt ſi quis, exempli gratia, iuſtitiam definiat temperantiã eſſe & fortitudinem. Nam ſi duo ſint, quorum vterq; altero ſit præditus, vterq; & neuter iuſtus erit: quandoquidem ambo iuſtitia m habent, & vterq; non habet. Quòd ſi hoc non videtur admodum abſurdum eſſe, propterea q̃ in aliis quibuſdam hoc cõtingit, (nihil enim prohibet duos habere minam, & neutrum habere.) at illud certe perabſurdum videbitur eiſdem contraria conuenire. Quod fiet ſi eorum vnus temperantia & ignauia ſit præditus, in altero fortitudo & intẽperantia inſit. Vterq; enim iuſtitiam & iniuſtitiam habebit. Si enim iuſtitia eſt fortitudo & temperantia, iniuſtitia etiam ignauia erit & intemperantia. Omninoque omnia argumenta quæ ſumi poſſunt ad demonſtrandum totum non eſſe idem quod partes, ad efficiendum id quod dictum eſt, valebunt. quippe cum is qui eiuſmodi definitionem ſtatuit & inducit, idem eſſe partes & totum confirmare videatur. Aptiſſima autẽ omnium in hoc genere argumenta ducentur ab iis, in quibus aperta & perſpicua partium cõpoſitio eſt, cuius generis eſt domus, & ſi qua ſunt ſimilia. Perſpicuũ eſt enim, ſi partes ſint, nihil prohibere non eſſe totum. Ita nõ ſunt idẽ totũ & partes. Si verò res quę definiatur nõ eſſe hoc & illud, ſed ex hoc & illo cõſtare dicatur, primũ videndũ erit, an vnũ aliquid ex iis ipſis minimè natura cõſtare queat. Quædã. n. veluti linea & numerus ita affecta ſunt inter ſeſe, vt nihil ex eis effici poſsit. Deinde ídne quod definitione apertum eſt, in vna re aliqua prima ſitum eſſe ſoleat: ea autẽ ex quibus ipſum cõſtare ille dixerit, nõ in vna re prima ineſſe ſoleat, verum vtrunque in altero. Perſpicuum eſt enim ex iis, nunquam illud ex his cõſta-

## VI.

re posse, præsertim cũ in quo partes, etiam totum necesse sit existere. ita non in vna re prima totũ, sed in pluribus inerit. Quòd si & partes & totum in vna re prima insint, illud cõsyderandũ est, an non in eadẽ re, sed in alia partes, in alia totum. Tum sublato toto, an vnà etiã partes tollantur & intereant, videndum est. Cõtrà enim effici debet, vt interemptis partibus, totum intereat: interempto vero toto, non necesse est partes interire. Aut illud, an totum bonum vel malum est, & partes neutrum, vel cõtra, partes in bonis aut in malis sint, & totum in neutro. Neq; enim ex re vlla quæ nec bona, nec mala est, aliquid quod bonum sit, aut malum effici potest, neq; ex iis quæ ipsa mala sunt, vel bona, fieri aliquid potest, quod sit in malis, vel bonis. Aut, maiúsne altera pars bonum sit, quàm altera malum. quod autẽ ex eis constare dixerit, non sit máius bonum, quàm malum. Vt si exempli gratia Impudentia ex fortitudine & falsa opinione cõstare dicatur, quorum fortitudo maius bonum est, q̃ malũ falsa opinio. Debuit igitur etiam id quod ex illis est, ex maiore esse consequens, & esse aut bonum omninò, aut maius bonum q̃ malum. Quod non necesse est nisi vtrunque per se in bonis malísve ducatur, quippe cũ multa efficiẽtia per se non sint illa quidẽ bona, coniuncta autem & commixta cum quibusdam, in bonis numerentur. Alia sunt contra, quorum vtrunq; bonum est, quę si cõiungantur, vel mala erunt, vel indifferentia. Quod autem posterius dictum est, facillime in rebus salubribus vel pestilentib⁹ perspici potest. Quædam enim medicinæ eam vim habent, vt & vtraq; per se prosint: & si coniunctæ mixtæq; adhibeantur, sint obfuturæ. Iam illud quoq; videndũ est, an ex meliore & deteriore partium oppositis quarũ aliquid cõstare dicatur, quorum meliore totum non sit deterius, & deteriore præstantius. Quanquam autem hoc, non necessarium est, nisi per se sint ea ex quibus illud concretum est, in bonis tamen nihil prohibet totum in bonis non numerari: quod in iis quæ modò cõmemoraui, perspici licet. Illud etiã, eodẽm nomine totum & pars altera appellentur? Non enim debent, quoniam nec syllabæ quidem, nec syllaba, nec quicquam eorum elementorũ ex quibus constat, eodem appellantur nomine. Vitiosum etiam est rationem concretionis non exponere. Non enim satis est ad aperiendum declarandumque aliquid, id

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ex his vel illis constare dicere. præsertim cum eorum omnium quæ concreta sunt, vis & natura non sit, ex his vel illis constare, sed hoc vel illo modo ex his vel illis effici. Id quod animaduerti licet in domo. Neque enim si quę res quouis modo disponatur continuò domus erit. Quòd si quid esse hoc cũ illo definiat, primum admonẽdus est hoc cum illo aliquid esse, idem quod hoc & illud, aut quod esse ex hoc & illo valere. Qui enim dicit aliquid, mel cum aqua esse, is vel mel & aquã dicit esse, vel ex mele & aqua constare. Ita si vtrumuis horum idem esse concedat quòd esse hoc cũ illo aliquid, eadem omninò sumenda erunt argumenta, quæ ad vtrunq; refellendum suprà exposuimus. Deinde diuisione adhibita, quot modis aliquid cum alia dicatur esse, nullóne modo hoc cum illo fit, videndum erit. vt si dicatur aliquid esse cum alio, vel ut in aliquo eodem, quod ea capiat: veluti iustitia & fortitudo in animo insunt: vel in eodẽ loco, vel in eodem tempore, & nullo modo id quod quæritur de his verè dicatur, profecto nullius erit propria, & vera ea quæ statuta est definitio: quandoquidẽ nullo modo hoc cum illo est Sin diuisione adhibita, quot modis aliquid cum altero esse dicatur, verè sit indicata. eodem tempore vtrunque, videdum est, an vtrunque minus ad eundem finem pertinere possit. vt si quis fortitudinem definiat audaciam cum recta ratione. fieri enim potest, vt audacia proiectus sit aliquis spoliandi, cum recta ratione ac intelligentia de rebus salubribus, sit præditus. Atqui nõ habebitur fortis is, qui eodem tẽpore hac re cum illa valebit. Iam vero illud etiam, an ad idem vtrunque referatur, vt ad res medicas. nihil enim prohibet aliquam audaciam & rectam intelligentiam ad medicinam afferre: cum interim fortis non erit is, qui hoc cum illo coniunxerit. Neque enim ad illud & aliud vtrunq; eorum referri debet, neq; ad quanuis eandẽ rem, sed ad finẽ fortitudinis. qualia sunt martis & belli pericula. aut si quis alius magis ei propositus est finis. Sunt autem quædam, quæ non in eam, quam exposui, cadãt diuisionem. vt si ira, ægritudo est cum cõtemptus opinione. hoc enim declarat, ex opinione eiusmodi nasci ægritudinẽ. hoc autem ex illo nasci, non idẽ est quod hoc cum illo esse, vllo genere eorum quæ exposita sunt à nobis. Rursus si quis definiendo aliquarum rerum concretionem, totum esse dixerit, vt corporis &

Tertium est definiendi genus ex recto et obliquo ad quos aliquem dicit propterea eosdem argumentis destruit

Quum aliquid cum aliquo dici possit tripartiam nempe vel in eodem subiecto 2° in eodẽ loco 3° in eodem tempore quorum alterum debet esse in definitione eorum quæ ex recto et obliquo enumerantur

Sed ea cum enarranda

Non ait esse partes in definitione a fiendas sub aliquo membro cõtineri diuisionis eius quod est hoc cum illo

Sed præterea videndum est an vtrumque ad eũdẽ finẽ referatur nãsi ad quem referatur enarretur a definitio.

Partes ad idem totum referri debent cum inepte fit diuisa sam reddit definitionẽ

Partes cum toto ad eũdem finem referri debent eius improbatur definitio quali est hac fortitudo e. recta audacia cum recta intelligentia

Fortitudo enim

Tolle da est hsumto quæ compositionem declarat non quarum rerum explicat



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

animi concretionem esse animal, illud videndum est, an qualis sit concretio explicarit. vt si quis definiendo carnem vel os dixerit esse ignis, terræ, aerísque cõcretionem. Neque enim satis est concretionem dicere, sed qualis ea sit exponendum est: quãdoquidem non si quouis modo hæc ipsa coalescant, continuo caro nascitur: sed si hoc modo coalescẽt, caro: sin illo modo, os gignitur. Quanquam neutrum eorum idem uidetur esse quod cõcretio, præsertim cũ omni concretioni diremptio & dissolutio contraria sit, neq; sit vlli eorũ quæ exposuimus. Iam si æquè probabile est quod concretum est concretionem esse aut nihil: nullum autem animal, quorum vnumquodque concretum est, concretio est, ne vllum quidem eorum quæ concreta sunt, concretio erit. Præterea si pari ratione alicui conuenire natura sua solent cõtraria, & altero rem definiendo aperuerit aliquis, certè non vera erit definitio. Sin secus, profecto plures eiusdem rei definitiones erunt. Qui enim hoc potius, quàm altero rem definierit, quãdoquidem æquè in eodem vtrunque reperi solet? Ex quo genere est illa animi definitio, natura capax scientiæ. Pari enim ratione ignorationis est capax. Quòd si cui ad totam definitionem euertendam nullum suppetat argumentum, propterea quod totum obscurum est & abstrusum, is ad partem aliquam, quæ nota erit, & non rectè explicata videatur, omnem argumentationem dirigere debebit. Euersa enim parte, tota etiã euertetur definitio. Quæque obscuræ sunt definitiones, eas ita vt exposui, omnes exquirere ac consyderare debemus, corrigendo & restituendo, vt & aliquid lucis, & argumẽtorum copiam afferamus. Necesse est enim eum qui audire vult, aut quod ab eo qui interrogat assumitur approbare, aut certè ipsum quod tandem definitione aperiatur, exponere. Iam verò quemadmodum in concionibus legem solitis sunt ferre, quæ si melior sit, superiorem abrogant: sic in definitionibus faciendum est, aliáque inducenda est definitio. Si enim verior videatur, magísque id quod definitur declarare, certè euersa erit prior: quandoquidem non sunt eiusdem rei plures definitiones. Ad omnes autem definitiones non minima in eo vis est, si id de quo agitur ipse tecum considerate definias, aut definitionem quæ rectè tradita & explicata sit, assumas. Nam vt maior quædã nobis argumentorum copia suppetat, necesse est quasi exemplar,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& quid in definitionibus prætermissum sit, & quid redundet in tueri. Ac de definitionum quidem locis, hactenus.

## ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER VII.

Vnc vtrũ id de quo agitur idem sit, an alterũ, eo genere quod de eodem maximè propriũ exposui, dicendum est. Idem autem maximè propriè dixi, quod vnum est numero. Ac primus locus sumitur ex casibus, coniugatis, & contrariis. Si enim iustitia & fortitudo idem sunt, iustus & fortis idem erũt & iustè idem quod fortiter. Eadẽ est cõtrariorum ratio. Nam si qua eadẽ sunt, eorum etiam contraria eadem erunt in quauis repugnantia earũ quas exposui. Nihil enim interest huic an illi contrarium sumatur, quandoquidem eadem sunt. Alter locus ex iis ducitur quæ vim habent efficiendi quid vel interimendi: itemque ex ortu & interitu, & vno nomine ex iis quæ ad vtrunque eodem modo affecta sunt. Quæ enim omnino eadẽ sunt, eorum etiam origines, & interitus iidẽ sunt: & ea quæ vim habent efficiendi, & ea quæ interimendi. Atque etiam illud videndum est, an quorum alterum maximè quiduis dicitur, eorum etiam alterum eodem modo dicatur maximè Quemadmodum Zenocrates beatam vitam & rectam eandem esse docet: quandoquidem recta & integra vita, & beata maximè vna ex omnibus expetenda est: vnum enim esse quod maximè expetatur, & quod maximũ sit. Quod idẽ in cæteris eiusdẽ generis contingit. Sed illud intelligendũ est, vtrũque eorũ quæ maximè expetenda esse, aut etiã maxima dicẽtur, vnum numero esse oportere. Sin secus, esse idem nõ docebimus. Nõ enim, si Græcorũ fortissimi sint Peloponnẽsii & Lacedæmonii, continuo Peloponnẽsios & Lacedæmonios eosdẽ esse necesse est. quãdoquidẽ non vnus numero est Peloponnẽsius & Lacedæmonius. Sed vnũ alterum complectatur necesse est, quemadmodum Lacedæmonios Peloponnẽsii. Aliter enim fiet vt si alteri alteros non complectantur, ipsi inter se meliores sint. Nam necesse est Lacedæmoniis meliores esse Peloponnensios, si alteri alte-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Eorundem numero eadem sunt accidentia, ac diuersorum numero diuersa accidentia sunt

ris non complectantur, sunt enim cæteris omnibus præstantiores. Item q; Peloponnesiis anteponuntur Lacedæmonij, quoniã ipsi cæteros vincunt. Ita fiet, vt alteri alteris præstantiores sint. Perspicuum est igitur, vnũ numero esse oportere id quod optimum & maximum dicitur, si futurum est, vt idem esse doceatur. Itaque Zenocrates nõ demonstrauit, quandoquidem nõ eadem numero est beata & recta vita. Non igitur necesse est eandẽ esse vitam, quòd vtraque expetenda sit maxime, sed alteram ab altera contineri. Rursus videndum est duobus propositis, si quid & vnum eorum idem sunt, an etiam id & alterum idem sunt. Si enim ambo non idem valẽt quod aliquid, quod idem est, profecto eadem ipsa non erunt. Iam ex attributis rerum, & iis rebus quibus hæc ipsa attributa sunt, ducẽda sunt argumenta, hoc modo: Duobus propositis, quæ vni attributa sunt, eadẽ omnia alteri etiam attribui debent: vt quibus vnum eorum attributum est, etiam alterũ attribui debet. Et si quid horum abest, profecto ea quæ proposita sunt, non sunt eadem. Videndum est etiam, an in vno genere categoriæ minus vtrunque numeretur, vnumq; qualitatem, alterum quantitatem, aliud relationem indicet. Illud etiam, an vtriusque minime sit idem genus, sed vnum bonum, alterum malum, aut hoc virtus, illud scientia. Aut si gen⁹ idem, ex démne minus sint differentiæ, quæ de vtroque dicantur: sed de hoc, quæ rem animo cernit scientia, de illo, ea cuius opus est in agendo. Quod idem in cæteris omnib⁹ videndum est diligéter. Ex maiore hoc modo ducẽtur, Si vnum elationem habet, alterũ non habet, aut si vtrunq; habet, sed non simul. Quemadmodum qui vehementius amat non magis concubitum appetit. Ita non idem est amor, quòd concubitus appetitio. Ex adiunctione hoc modo, Si vtrunque ad idem additum, idem totum non faciat & reddat. Aut si eadem re ab vtroque detracta, quod reliquum est aliud manet, vt si quis duplum simpli, & multiplũ simpli idem esse dicat. Deiuncto enim ab vtroq; simplo quæ reliqua sunt idẽ declarare debet: neq; declarãt, cũ præsertim duplũ & multiplum non idẽ efficiãt. Neq; vero id modo videndũ est an ex proposito iã aliquod incõmodũ efficiatur: sed illud etiã, an ex fictione possit aliquid tale effici. Quod ii suscipere cogũtur, qui inane aliquid & plenum aeris idem esse dicunt. Perspicuum est enim, si

locus est acciomaticus cuius hec est propositio

Que in vno tertio conueniũt illa inter se cõuenire est necesse contra si disconuenant cum tertio inter se etiam illa disconuenire oportet

Que eadem sunt numero In eadem sunt categoria idem habent genus et eadem differẽtias

locus ab additione

Que eadẽ sunt numero vtraq; intendi vel remitti simul debent aut neutrũ debent recipere intẽdi neq; remitti

locus a detractione

Eadem numero cõposita a totum efficiunt atq; dissecta non idem sunt. Cluit suorum sunt virium et merum

locus ab hipotesi

Que eadẽ sunt numero Vna renamentia aut discedunt per hipotesin

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

aer euadat & abeat, non minus inane, quin etiam magis futurum esse, plenum aeris quid nō futurum. Ergo posito aliquo siue qd falsum, siue quod verum sit, nihil enim refert, si alterum tollatur eorum, alterum non item, eadem illa non erunt. Atque vt summatim complectar, in iis quę de vtroq; quouis modo dicuntur, & in quibus hæc ipsa dicuntur, illud cōsyderandum est, aliquo ne loco hæc discrepent. Quæ.n. de vno eorum quæ eadem sunt dicuntur, ea de altero etiā dici debent omnia: & in quib⁹ vnum dicitur, alterum etiā dici debet. Et quoniam multis modis idem dicitur, an alio genere, aliaque ratione eadem sint, vidēdum est. Quę enim eiusdem generis vel speciei sunt, ea nō eadē numero sunt necessariò. In quo an genere, nécne, eadē aliqua sint, cōsyderabimus Postremo si vnum sine altero cohērere potest, certe nō idem valebūt. Ac loci qui ex eodē ducūtur, expositi sunt Ex iis autem quæ adhuc exposita sunt, intelligi potest, oēs locos, qui ex eodē sumuntur, ad refellendum valere, & in eis, quēadmodū sup̄rà dixi, magnā vim esse ad euertendā definitionem. Nam si nomen & definitio non idem declarent, certè non vera erit quę cō stituta definitio est. Eorum autē locorum qui ad cōfirmandum quid sumuntur nullus ad definitionem probandam valet. Non enim satis est ad confirmandam definitionem idem esse id quod definitioni, nominiq́; quod definitur subiectum esse docere, sed cætera omnia quæ præposuimus complecti debet definitio. Sic igitur definitionem, ex iisq́ue locis euertere debemus. Quòd si probare eam & cōstituere velimus, primum intelligendum est, neminem aut paucos certe eorum qui disputant, definitionem per ratiocinationem tractare & cōcludere solere, eamq́; omnes principio initioq́; sumere. Cuiusmodi sunt geometræ, & ij qui in numerorum ratione versantur, cæteriq́ue disciplinis generis eiusdem. Deinde illud intelligendum est, non esse huius disputationis subtiliter explicare, quid sit definitio, & quēadmodū sit definiēdum. Nunc quidem quoad hic locus postulare videtur, eatenus hoc solum dicendum est, & definitionem & vim naturamq́; rei per ratiocinationem posse concludi. Nam cum definitio oratio sit quæ quid sit res explicat, eaq́; sola quę in definitione dicuntur, in natura rei dici debeant. (dicuntur autem de natura rei genera & differentiæ) profecto si quis ea solum sumat quæ



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

de natura rei dici debẽt, quæ hæc ipsa cõplectetur oratio, definitio sit necesse est. Non enim aliud definitio esse potest: quando-quidem nihil aliud in rei natura dicitur. Ergo illud quidem perspicuum est, definitionem per ratiocinationem posse concludi. Quibus autem ex locis sumenda sint argumenta ad probandam definitionem, aliis libris accuratius exposuimus, qui iidem ad hunc locum pertinent. Ex iis enim contrariis quæ aduersa dicimus, & cæteris cõtrariis elicienda sunt argumenta, siue totam definitionem, siue singulas partes spectemus. Nam si opposita & contraria, oppositi definitio est, ea etiam quæ statuta & posita est eius sit de quo agitur necesse est. Quoniam autem aduersorũ plures sunt cõiunctiones, sumenda est ex aduersis quæ cõtraria definitio videatur maximè. Ac ex tota quidem definitione argumenta, quemadmodum exposui, trahenda sunt. Ex partibus autem hoc modo, & primum ex genere: Si contrarium in cõtrario est id autem de quo agitur, non est in eodem, certe in contrario genere erit: quando quidem necesse est contraria aut in eodẽ genere esse, aut in contrariis. Atque etiam contrarias differentias de contrariis dici æquum putamus. vt exempli causa, de albis & nigris: quorum de his quod vim habet comparandi, de illis quod vim habet dissipandi aspectus dicitur. Ita si de contrario contrariæ dicuntur, profecto de eo quod propositum est, eæ etiam differentiæ quæ statutæ sunt, dicentur. Ex quo fit vt quoniã & genus & differentiæ rectè explicatæ sunt, definitio vera sit quę data est. Aut non necesse est in cõtrariis cõtrarias dici differentias, nihil in genere eodem cõtrariã reperiãtur. Quorum autem contraria sunt genera, nihil prohibet eandem differẽtiam de vtrisq; dici, vt de iustitia iniustitia: quorum illa virtus, hęc vitium de animo dicitur. Ita animi differentia in vtroq; dicitur, quoniã corporis etiã sua virtus est, & vitium. Hoc igitur verum est quidẽ certe, cõtrariorũ aut cõtrarias, aut easdẽ esse differentias. Si ergo de cõtrario cõtraria dicitur, de hoc autẽ non item: profecto in hoc ipso ea quæ statuta est intelligetur. Cũ autem ex genere & differẽtiis definitio sit, si cõtrarij perspicua & clara sit definitio, eius etiam de quo agitur, perspicua claraque erit definitio. Quoniam enim cõtrariorum in eodẽ genere est in quo alterum cõtrariũ, aut in cõtrario, quandoq; item differentiæ aut cõtrariæ de con-

trariis, aut eædem dicuntur: certe de eo quod in controuersiam incidit, aut idē genus quod etiam de contrario dicetur, & differentiæ contrariæ vel omnes, vel nonnullæ & cæteræ eædem, vel cōtra differētię eędē, & genera cōtraria, vel vtraq; contraria & genera & differentiæ, quoniā eadem esse vtraquę non possunt. Sin secus, ex cōtrariis eadem erit definitio. Ex casibus etiā & coniugatis ducuntur argumēta Genera. n. alia, alia sequuntur, & definitiones alię alias, hoc modo: Si obliuio est depulsio scientiæ, etiam obliuiisci depellere sçientiā erit, & oblitū esse idē quod depulisse scientiā. Si igitur vnum eorū quę dixi, concessum sit, cætera etiā concedantur necesse est. Item q; si interitus dissolutio est naturæ, interimere etiam erit dissoluere naturā, & accommodate ad interimendum idem quod accōmodate ad dissoluendū. Et si id quod vim habet ad interimendū, idem est quod id quod vim habet ad dirimendā naturam, interitus etiam, diremptio erit naturæ. Eadem est cęterorum ratio. Ita fit vt si vnū quodlibet sumptum sit, etiam reliqua omnia concedantur. Ex iis quę eodē modo inter se affectā sunt hoc modo: Si id quod salubre est efficiēs est valetudinis, id etiam quod valet ad firmam constitutionem corporis efficiens erit firmæ corporis cōstitutionis, & quod pdest, ad bonum efficiendum pertinebit. Eodem enim modo ad suum quicq; eorum finem affectum est. Ita si vnius eorum definitio est, vim habere ad afficiendum finem, vniuscuiusque etiam cæterorum hæc propria erit definitio. Ex maiore etiam, & ex similitudine quoq; modis licet confirmare, duo cum duobus cōparatur, hoc modo: Si hæc magis huius rei, q̄ illa illius rei definitio est, quæ autē minus videtur, definitio est, etiā quæ magis videtur definitio erit. Et si pari ratione hæc huius rei, & illa illius rei definitio est, & vna alterius rei est, reliqua etiam reliquæ rei erit. Quòd si vna definitio cū duabus reb⁹, aut res vna cum duabus definitionib⁹ conferantur, nullus huius loci vsus rei. Neq; enim duarum rerum vna definitio, neque duæ vnius rei definitiones esse possunt. Maximè autem apti & accōmodati sunt ex omnibus loci ij qui modo expositi sunt, & qui ex casibus coniugatisque sumuntur. Itaque ij maximè in mente & cogitatione defixi atq; parati esse debent. (Maxime enim apti sunt ad multas quæstiones) atque etiam ex cæteris omnibus ij qui latissime patent



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

quoniã ex cæteris omnibus valent plurimum. vt si ꝓpositis reb' singulis,& formis videas,an in ea omnia cõueniat definitio,quã doquidem synonyma est species. Qui quidem locus cõtra eos etiã valet vt suprà dixi,qui ideas esse ponunt. Iam si per translationem nomẽ quod definitur dixit,aut idẽ de se dixit vt alterũ, & si quis alius locus late pateat, firmusque sit,is adhibendus est.

Arg. III.

Difficilius autẽ esse confirmare & probare q̃ refellere definitionem,ex iis quæ deinceps dicemus,perspici poterit. Neque n. facilis est cognitu definitio,neq; ij quos interrogamus, libenter dant propositiones eiusmodi. Eorum quæ data definitio cõplectitur,vnum genus esse,alterum differentiam,&,in natura rei genus differentia;q; dici:sine quibus ratiocinatione concludi non potest definitio. Nam si quædã etiam alia in rei natura dicatur, certe dubiũ est eáne quæ statuta est,an alia eius definitio sit,quã doquidem definitio oratio est,quæ quid res sit explicat. Quod etiam ex his intelligi potest,quia facilius est vnum q̃ plura concludere. Ac ei qui dem qui euertit,satis est in vnum dirigere argumentationem. quippe cum si vnum qualecunque refellamus, euerterimus definitionem. At vero ei qui confirmat, omnium eorum quæ definitio complectitur,necessaria cõcursio est. Præterea ei qui probat definitionem,de toto genere tractanda est ratiocinatio. Debet enim de omnibus definitio dici quæ nomen complectitur:& præterea vicissim, de quibus definitio, nomen etiam dici debet,si futura sit propria, quæ est statuta definitio. At ei qui refellit,non est necesse de toto genere monstrare. Satis est enim docere, non verè dici de aliquo eorum quæ nomini subiecta sunt definitionem. Quòd si totum& omnino refellendum sit,certè non necesse est reprehendendo reciprocari argumentationem. Satis enim est eum qui refellit omnino ostendere, in aliquo eorum quæ nomen complectitur, definitionem non intelligi:contraq; non necesse est docere,de quibus oratio non dicatur,nomen quidem dici quod definiatur. Iam si omnibus etiam quæ nomen cõplectitur, conueniat,non solis autem iis definitio euersa erit. Similis est ratio proprij & generis. Vtrunq; enim eorum facilius refellitur,quàm probatur. Atq; id quidem de proprio,ex iis quæ dicta sunt perspici potest. fere enim in coniunctione explicatur proprium. Ita vno verbo reprehenso licet re-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

fellere: at ei qui probat proprium, omnia cõcludẽda sunt necessariò. Cætera autem omnia ferè quæ ad definitionem, ad proprium etiã conueniet assumere. Eum enim oportet qui probat, omnibus iis quæ subiecta sunt nomini docere conuenire. At eũ qui refellit satis est vni docere non conuenire sin cõueniat omnibus, at non solis, hoc etiam pacto reprehensum erit quemadmodum definitione diximus. Genus autem vno modo licet probare, si omnibus conuenire doceamus, refelli autem duobus. Nã & si nulli, & si cui doceatur non conuenire, euersum erit. Iam eũ qui probat, non satis est ipsũ inesse monstrare, sed eum etiam oportet, quare vt genus insit, ostẽdere. At eum qui refellit satis est non inesse docere in aliquo, vel in nullo. Videtur autẽ, vt in cæteris rebus facilius est dissipare, quàm dissipata & dispersa connectere, sic in his refellere, quàm probare. Accidentis porrò generalis facilior refutatio, quàm cõfirmatio est. Confirmando enim docendum est conuenire omnibus: in refutatione satis est vni ostendere non conuenire. Contrà id quod tanquam pars subiecti est generali, facilius confirmatur quàm reprehenditur. Ad probandum enim satis est alicui docere conuenire: refutando autem nulli conuenire docendum est. Atque etiam illud perspicuum est, quid ita facillima sit vna ex omnibus refutatio definitionis plura enim quàm pleraque eorum quæ exposuimns complectitur, atque ex pluribus facilius efficitur cõclusio, quoniam in multis sæpius quàm in paucis reb⁹ error versari solet. Præterea ad definitionem euertendam ex aliis argumenta sumi possunt. Siue enim oratio non est propria, siue non est genus quod datum est, siue aliquid eorum quæ complectitur non conueniat, euersa erit definitio. At vero ad cætera refutanda neque ea quæ ex definitionibus existunt. neque alia sumi possunt. Sola enim ea quæ ad accidens sumuntur, ei sunt cum cæteris omnibus communia: in quippè cũ inesse & conuenire omnia debeant. Si verò genus non vt proprium conueniat, idcirco genus euersum erit. Itémque non necesse est proprium, vt genus, neque accidens vt genus, vel proprium conuenire, sed solum conuenire. Ita fieri non potest, vt ex cæteris ad alia, nisi ad definitiones argumenta ducantur. Perspicuum est igitur definitionis vnius ex omnibus & refutationem facillimam esse, & difficillimam probationem.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Nam effici & illa concludi debent omnia. Si quidem & conuenire illa ipsa docendum est, & genus esse id quod affertur, & propriam esse orationem, & præterea rei naturam declarari oratione, atqui id præclarè obeundum est. Ad definitionis hanc naturam proximè ex reliquis accedit proprium. Nam & facillimum est ad refutandum, quòd ferè constet ex multis verbis, & ad probandum difficillimum, quòd multa concurrere & quasi conuenire debeant, quódque soli rei insit, & cum ea reciprocetur. Omnium autem accidens facillimum est ad probandum. Cum enim cætera non solum cõuenire, sed etiam hoc vel illo modo conuenire docendum sit, tamen satis est ostendere conueuire & inesse accidens: difficilimeque accidens refellitur, propterea quòd perpauca complectitur. neque enim declaratur in accidente quomodo conueniat. Itaque cætera omnia duobus modis refelli possunt, & docendo non conueuire ea, & non hoc vel illo modo conuenire: Accidens autem refutari non potest, nisi ostendatur non conuenire. Ac loci quidẽ ferè expositi sunt, ex quibus nobis ad quanque quæstionem magna argumentorũ suppetet copia.

## ARISTOTELIS TOPICORUM LIBER VIII.

Cap. I.

SEquitur, vt de dispositione & ordine argumentorum, interrogandíque ratione dicendum esse videatur. Primum quidem, locum ex quo argumẽtum sumat, inuenire debet is qui quæstionem positurus est. deinde quærere ipse per se, & disponere omnia. Postremo hæc omnia apud alios tractare & eloqui. Ac loci quidem philosopho cum Dialectico communis inuentio est: argumentorum autem dispositio & interrogatio, quoniam hoc totum alterum qui contrà disputet, requirit, propria sunt Dialectici. Philosophus enim, quíque per se & solus exquirit omnia, veráne sint & nota ea ex quibus efficitur conclusio, neque ipsa concedat is qui contrà disputat, minus laborat: quòd finitima sint & coniuncta iis quæ à principio proposita sunt: & quòd prouideat, quid effici concludique oporteat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

In quo profecto dabit operam vt quàm clarissimæ sint maximéque coniunctæ cum re enunciationes. quippè cum ex his talibus conficiantur quæ scientiam gignunt ratiocinationes. Loci quidem ex quibus ducenda sunt argumenta, superioribus libris expositi sunt à nobis. Nunc de eorum dispositione quærendique ratione ita dicemus, si antè eas propositiones, quæ præter necessarias reliquæ sunt, partiamur. Necessariæ autem dicuntur eæ, ex quibus ratiocinatio constat. Quatuor autem genera sunt earum quæ præter has assumuntur. Aut enim inductionis gratia, vt quod vniuersum est detur: aut augendæ & amplificãdæ argumentationis: aut occulendæ celandæque cõclusionis: aut illustrandæ aperiendæque orationis causa, omnis propositio sumitur: præterea nulla. Sed eò omni diligẽtia conferẽda est, vt his ipsis vel argumentationem amplificemus, vel in interrogando vtamur. Quanquã autem eas quæ occultandæ cõclusionis causa assumuntur, certãdi studio adhibemus: eis tamen, quoniam hoc totum cum altero trãsigendũ est, vti necesse est. Necessarias igitur ex quibus conficitur ratiocinatio, non statim proponere, sed ad summas proficisci debemus. Non enim debet aliquis, exempli causa, contrariorum quæ aduersa dicuntur, eãdẽ artem esse sumere, etiamsi id velit, sed contrariorum. Hoc enim concesso & posito, etiam aduersorum eandem artem esse concludet: siquidem aduersa subiecta sunt contrariis. Quòd si non cõcedat, tum per aduersorũ singulorum inductionem tractãda erit argumentatio. Nam aut in ratiocinatione, aut in inductione sumendæ sunt necessariæ propositiones, aut quædã in ratiocinatione, quædam in inductione. Quæque valde perspicuæ & claræ sunt, eas prẽponere debemus: propterea q̃ obscurior est semper magisque dubia in recessu & in inductione conclusio: & quòd facile est eas proponere quæ vsui esse possunt, ei etiam qui illo modo sumere non possit. Quæ autem præter necessarias enumeratæ sunt, & illarum ipsarum causa sumi debent, & ita adhiberi, vt à singulis ad vniuersas & generales, à non dubiis claríssque ad obscuras dubiasque perueniamus inducendo. Clariora autẽ sunt ea quæ sensui subiecta sunt aut per se, aut certè plerísque. Qui autem conclusionẽ occulere instituit, is antè ratiocinari debet ferè, ex quib⁹ id quod initio propositũ est, cõcludi

ficique posit. Quod ita fiet, si quis non solùm necessarias, sed aliquam etiam earum quæ ad illas utiles erunt, concludat. Illud etiam proderit, conclusiones tacere, eásque pòst vniuersas enumerare. Sic enim à primo proposito aberrabit longissimè, Atque etiam eum oportet qui obscure vult interrogare, ita hoc præstare, vt quæsita tota oratione, effectaq; cõclusione alter causa quæ sit requirat. Idque ex superiore loco efficietur facillime. Si enim sola conclusio pronuncietur, incertum erit, quemadmodũ efficiatur: quòd is qui contra disputat, vnde efficeretur non prouideret, cum priores ratiocinationes in membra digestæ non essent. Minimè autem digeritur in membra ratiocinatio conclusionis tum, cum eius sumptiones nõ enumerantur, & disponuntur, sed illa ex quibus conficitur ratiocinatio. Vtile erit etiam, non crebras enunciationes sumere ex quibus ratiocinationes constant, vicissimque aliam & aliam efficere conclusionẽ. Collatis enim vnum in locum iis omnibus quæ apta sunt & coniũcta, facilius quid ex eis efficiatur intelligi potest. Atque etiã generalis quædam ex definitione non eorum de quibus agitur, sed coniugatorum, sumenda propositio est. Falsa enim conclusione se ipsi capiunt ii qui respondent, cum coniugati sumitur definitio, quasi vniuersam generalémque minimè concedant propositionem. vt si hoc sumendum sit, eum qui irascatur, appetentem esse vltionis, sumatúrque ira libido esse puniendi eũ qui contẽptisse videatur: certè sumpto hoc, omnino quod volumus habebimus. At si quis definitionem afferat eorũ de quibus agitur, ferè fit, vt is qui respondet ei resistat, quòd facilior sit in his occurrendi ratio. Cuius generis illud est, Non omnes qui irascuntur, pœnam appetere. nos enim parentibus irasci, neque eos supplicio affici optare. Et quanquã non videtur verè hoc loco occurri, propterea quod nonnullis fatis grauis pœna est aliorum molestia & pœnitentia, habet tamen aliquid probabilitatis & authoritatis, vt non sine causa propositum negatum esse videatur. Definitioni autem iræ tam facilè resisti non potest. Præterea is qui quæstionem ponit, ita proponere debet, vt nõ ad id de quo agitur, sed aliò quod afert, pertinere videatur. Declinant enim omnes qui poscũt quæstionem, ea omnia quæ ad propositum pertinent. Dare etiam operam debet, vt quàm maximè incertũ sit, vtrũm id de quo agi-

Officium est eius qui obscure interrogare velit, cauere in occultatione ne sit paralogismus atque cauere in sumendis maxime autem nõ omnes propositiones nec ordine sumendas de qua ratione sumatur assumptio eiusdem syllogismi sed diuersorum syllogismorum diuersas propositiones sumendas ad hoc ordine ita enim fiet vt quod concludendi nõ ita reprehendat propositionis quasi verãs iudicabit aut probabiles

Interrogans dubia et ancipiti interrogatione opti debet ut ea quæ negari videatur alienæ ab instituto quãdo ei conueniens

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tur,an eius contrarium velit ſumere. Cũ enim id quod ad propoſitũ pertinet,obſcurũ eſt neq; apparet, tum facilius cõcedunt quod illis ꝓbatur.Iam vero ex ſimilitudinis collatione interrogandi erũt:quoniã quod veriſimile eſt, vniuerſare & toto genere obſcurius & occultius eſt, velut quẽadmodum ars & inertia eadẽ eſt contrariorum,ſic ſenſum eundem verſari in contrariis: aut cõtra, quando ſenſus in cõtrariis rebus cernitur,etiã artem. Quod quidem genus finitimum eſt inductioni, non idẽ valet. Illic enim ex rebus ſingulis ad vniuerſas peruenitur:in ſimilitudine autẽ non peruenitur ad vniuerſas, in quibus ſimilia omnia cõtinẽtur.Ipſe etiã ſibi interdum debet reſiſtere.Suſpectos enim non habent eos,qui æqui in diſputãdo videntur. Vtile eſt etiam ea ꝓponere quæ vſitata & trita ſunt, in omniũq; ore verſantur. Neq; enim audent vſitata repudiare & tollere, ꝙ vnde reſiſtant non habent.& quia hęc illis vſitata ſunt, haud periculum eſt,ne ea reprehendãt Iam & ſtudiũ noſtrũ in aliqua re ſumenda diſſimulare,etiã ſi vtile ſit debemus.iis enim qui magnũ ſtudiũ in aliqua re ponunt,reſiſtũt libẽtius.Et ſimilitudinũ collatione prꝙponere. quia facilius concedunt id quod alterius cauſa, q̃ quod ipſum per ſe ſumitur.Magna etiã vis in eo eſt ad ꝓbandum obſcure quod volumus,ſi id nõ ꝓponamus quod ſumendum eſt, ſed id quod illud conſequitur neceſſario. Facilius enim dant & cõcedunt illud ipſum,quod nõ æquè ex eo perſpici poteſt quid ſit efficiendũ.quo quidem ſumpto,etiã illud ſumptum erit. Illud etiam plurimum valet,extremo loco id proponere,quod in primis efficere velimus.Solent enim omnes primæ diſputationi reſiſtere acrius & diligentius: propterea ꝙ oẽs qui diſputant,ea in primis proferre ſolent,in quibus maius ſtudium curamq; poſuerunt.Quanquam apud nõnullos hæc prima dici debent: cuiuſmodi ſunt difficiles,qui quidem ea cõcedunt facilius quę prima diſputatione afferuntur, ſi modo quid ſequatur non omnino appareat,ad extrema autem,difficiles ſe proteruoſq; præbẽt. Quod idem de iis iudicandum eſt,qui acutos ſe putãt in reſpondendo,poſitis enim conceſſiſq; permultis,captionibus, & quaſi præſtigiis quibuſdã vtuntur in cõcluſione,quaſi ex iis quę poſita ſunt,minime ſequatur. Illi facile concedunt, & freti ingenio ſuo,& rati nullum ſe incõmodum conſecuturos. Poſtremo pro-

ducenda erunt & amplificanda interficiendaq; in argumentatio
ne ea omnia, quę nihil ad rem pertinere videbuntur. Id quod ij
soliti sunt facere qui falsò aliquid describunt & delineãt. Nã cũ
multa sunt, difficilis est falsi diiudicatio. Itaq; celãt & obscurant
rem interdum ij, qui obscurè vtuntur interrogationib⁹ ea ppo-
nentes sumentesq; omnia, quæ nunquã per se ac singula darẽ-
tur. Atq; ex iis locis argumenta ducenda erunt, ad celandã dissi-
mulandamq; cõclusionem. In ornanda autem amplificandaq;
disputatione, rerum finitimarum & cõiunctarum adhibẽda in-
ductio atq; diuisio est. Inductio quidem quid sit facile perspici-
tur. Diuisio autẽ talis est: vt artem arte præstãtiorem esse, aut quia
certior sit, aut quia in rebus melioribus versetur. Et artium, alias
esse, quarum omne opus est in cognoscendo, alias quarum in a-
gendo, alias quarum in faciendo. Hæc enim & ornatum afferunt
orationi, nec necessaria sunt ad efficiendam coclusionem. Dilu-
cidam autem & perspicuam argumentationem facient exẽplum,
similitudinisq; collatio. Exempla autem propria & ad rem apta
esse debent, & eiusmodi, ex quibus res intelligatur. Cuiusmodi
illa sunt quæ Homerus, non quę Chœrillus cõmemorat. Sic e-
nim notius erit & clarius id quod pponitur. In differendo autẽ,
ratiocinatione vtendũ erit apud Dialecticos potius, quàm apud
multitudinem: inductio contrà magis multitudinem cõmouet.
Sed de his generibus iam dixi. In quibusdã rebus facile potest
qui inductione vtitur, quærere & inuenire id quod totum dis-
tur, in aliis non facile potest, cp omnibus similitudinibus non est
commune nomen impositum. Quinetiã cum genus vniuersum
concludi debet, eadem q̃ cæterorum similium rationem aiunt
esse, tum id profecto difficillimum est, quę nã eorum quæ cõme-
morata sunt, eiusdem sint generis, quę nõ sint, explicare dicẽdo.
Ob eamq; causam læpe disputantes inter se dissident & hærent,
dum alij dissimilia esse cõfirmant, quæ non sunt similia, alij simi
lia num similia sint, ambigunt. Quocirca in his omnibus omni
ratione efficiendum est, vt nomina fabricentur, vt nec ei qui po-
scit quęstionem, num eius quod affertur non sit similis ratio, hę-
rere liceat: nec ei qui rogat, calumniari, eandem esse rationem, cp
multa eorum quorum similis ratio non est, eodem modo dici
videantur. Cum autem inductione multarum rerum adhibita,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

non dat alter, id de toto genere, tum æquum est, vt resistat & refellat, postulare. Quòd si in aliquibus non doceat hoc modo contingere, non erit æquum rogare, quorum tandē non sit similis ratio. Primum.n. argumentatio per inductionem tractanda est, tum postulandum, vt resistatur. Sed postulandum est, vt occurratur nobis, non in eo ipso quod pponitur, nisi forte vnum est solum eius generis. vt duo sunt tātummodo parium numerorum primus. Debet enim is qui resistit, in alio genere resistere: aut certe dicere, hoc vel illud solum esse ex eo genere. Quod autem ad eos atinet, qui in toto genere occurrūt nobis, nec in eodem genere occurrunt, sed in eo quod eodem nomine [illegible] ambiguo continetur (veluti habere aliquem non suum colorem, aut pedē, aut manum, quoniam & pictor habeat non suum colorem, & cocus non suum pedem) in his omnibus, diuisione adhibita, interrogare debemus. Nam si ambiguum lateat neque aperiatur, rectè in ppositione nobis videbitur resistere. Quòd si in simili genere non in ambiguo resistens, nostrum labefactet rogatum, detracto eo, in quo resistit nobis, quod reliquū est in toto genere valere docebimus, dum quod commodum est, effecerimus. Quod in obliuionis verbo & oblitum esse animaduerti potest. Non enim concedunt eum oblitum esse, qui commutatione aliqua artem amiserit, ꝙ casu & interitu, eius eam amisit, non obliuione obruit. Quod ergo reliquum est, dempto eo in quo occursum est nobis, commemorari debet. vt si quis remanente re, artē amisit, eum oblitum esse. Eodemq; modo de iis iudicandum est, qui hoc loco nobis occurrunt: Maiori bono maius malum esse contrarium. Proferunt enim valetudinē, quæ cum minus sit bonum quàm firma corporis cōstitutio, tamen ei maius bonum contrarium est. morbum enim maius malum esse infirma affectione corporis. Ex his etiam id detrahendum est in quo occurritur. eo enim sublato, facilius licebit proponere: vt maiori bono maius malum, contrarium esse, nisi vnum alterum vnà secum inferat, vt firma corporis affectio valetudinem. Quòd idem faciendū erit non solum si quis nobis occurret, sed etiam si nō occurret, & tamen id negabit, & abnuet, quòd aliquid tale possit futurum. Sublato enim eo in quo nobis resistit, dare & cōcedere cogetur id quod reliquū est, ꝙ in eo quod reliquū est, aliquid cōtineri,



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Immò postulatum primum concedendum esse, nisi vera habeatur exceptio.

quod nō sit ita, minime animaduertat. Quòd si dare nolit, etiam cum petitum est, vt resisteret. certe quo resistat nobis, nō habebit. Sunt autē propositiones eiusmodi, quæ quadam ex parte falsæ sunt, quadam ex parte veræ. in quibus eo quod ex parte est, sublato, reliquū licebit verum relinquere. Si vero multa proponamus, in quibus nobis minime resistat, tum vt concedat omninō, petere debemus. Propositio enim dialectica est, quæ magna ex parte rem ita habere declarat, neq; reselliturCum autē eadem res & sine incōmodo, & cum incommodo per ratiocinationem concludi potest, hoc an illo modo efficiatur, nihil ad eum qui necessaria ratione, non probabili cōcludit. is autem qui probabili ratione vtitur, non debet argumentationem tractare per ratiocinationem, per quam alter incommodo vrgeatur. Nam & cùm nullo incommodo vrgent concludendo, nihil controuersiæ loci relinquunt, & cum incōmodo vrgent, tum nisi sit euidens & perspicuum id falsum esse, alij incōmodum id negāt esse. Ita non habent quod volunt ij qui quæstionem ponunt. Proponenda autem sunt ea, quæ magna ex parte ita se habent, & refelli aut non possunt omnino, aut certe id facile quasi prima facie perspici non potest. Cum enim in rebus quibusdam non ita esse perspicere nequeunt, tum id quod propositum sumptumq; est, quasi verum sit solent cōcedere. Nunquam autem quæri debet conclusio: sin secus, cum alter resistet, ratiocinatio nunquam ad exitum perduci poterit. Sæpe enim etiam cum nulla interrogatio & quæstio ponitur, sed vt consequens concluditur, id negatur effici. quod cum faciunt illi, certe ab iis qui non vident quid ex cōcessis sequatur, minime reprehendi videntur. Cū igitur vnus rogat neq; id ait effici, alter autem negat omnino, tum ratiocinationi nihil omnino loci relinqui videtur. Neque vero quicquid de toto genere dicitur, Dialectica ꝓpositio est. ex quo genere illud est, Quid est homo? aut hoc, Quot modis bonum dicitur? Propositio enim dialectica est, ad quam respondere licet, etiam, aut non: quod non licet ad superiores. Ita non est dialectica quæstio vlla, nisi is qui proponit eam explicet, aut distinguat, hoc modo: An bonum hoc vel illo modo dicatur? Quam quidem quæstionem licet vel negare vel concedere. Quocirca enitendū est, vt ita, vt dixi, omnes hę ponātur quęstiones. Quin

Et eorum de inductione est de eius vsu necessario dialectico occurrere bonum est. Nunc de syllogismo agit quatenus eius vsus ad rem dialecticō est idoneus.

Primum itaq; præceptum est dialecticō magis vtendum esse syllogismo est in suo quia eo quæ rē adaptandum ducit.

Iubet interrogandas esse propositiones maxima ex parte veras, syllogismi cōmunes. nisi doctus respondens facile decurrere nō potest.

Idest proponenda sunt quæ soleant vera verisimilia vt omnes aut prima facie illis occurri non possit.

Tertium est præceptum concessio antecedentis ratiocinationi quæratur a re petēte ut cōsequens ex antecedente concesso recte inferatur et efficiatur.

Argumentum est a maiori ad minus contra syllogismū obliquans videtur cōcessio multo magis apparebit, si accedat interpositi oratio.

Vbi docuit conclusionē non esse interrogandā priusquā dicat quid sit propositio dialectica et sub qua forma interrogari debeat, nec aut antē interrogationem omnē esse propositionem dialecticam.

Quid et quando dialectice interrogare debeat paucis hoc loco declarat.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

illud etiam par est ab illo requirere, quot sint bonorum genera, quando explicatione & diuisione adhibita à nobis, ille nullo mo cõcedet. Qui autem vnã orationẽ in multas quæstiones rogando distribuit, is inscitèter quærit. Nam si is qui rogatur, ad rogatum respõdeat, profecto ille aut multas quæstiones ponere, aut sæpe idem quærere videatur necesse est. Ita aut nugatur, nihilque agit: aut ratiocinationem per quam argumentationem tractet, non habet: quandoquidem ex paucis quibusdam omnis constat ratiocinatio. Quòd si minus respõdeat, hic illum coarguere non potest, aut certè eum relinquit. Illud autem intelligendum est omnia proposita quæ argumentis per difficiliter probãtur, eadẽ facilia esse ad defendendum. cuius generis ea sunt quæ & prima sunt, & vltima ordine naturæ. Nã & prima ac perspicua certum modum definitionémque requirunt, & vltima multis cõcludantur necesse est ab eo, qui iã inde à perspicuis & primis continuatam seriem argumentorum persequi velit. Aliter enim fallaces ac captiosæ argumentationes videbuntur: præsertim cum aliquid doceri non possit nec demonstrari nisi à propriis initiis & principiis capto exordio, vsque ad vltima perueniatur. Ac constituere explicaríque rem definiendo nolunt ij qui respondent, nec si explicemus attẽdunt. Sed profecto facile non est differendi ratio, nisi quid sit aut quale id de quo instituitur disputatio, intelligatur. quod in principiis & perspicuis contingit maximè, quibus cætera probãtur, ipsa aliis non possunt, definitionéque aperienda sunt & cognoscenda necessariò. Difficilia etiam probatu ea sunt omnia, quæ principiorum vicinitatem sequuntur. Neque enim multa ad ea probanda argumenta possunt suppetere, cùm pauca interiecta sint inter ipsa & initium, quibus necesse est cætera sequentia omnia monstrari. Definitiones autem eæ ex omnibus euerti possunt difficillimè, quæ verbis eiusmodi explicatæ sunt vt primum dubium sit, vno modo, an pluribus dicantur: deinde incertum, vtrum propriè de re quæ definitur dicãtur, an per trãslationem. Nam quia dubium est illud, non perspicuum, inde nulla argumentorum copia suppetit: quia hoc incertum, an per trãslationem dicantur, non possunt refelli. Omnino quæstio omnis si difficilis est probatu, vel definitionem requirit, vel in iis est quæ multis modis, aut quæ per translationem dicuntur, aut no



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

longè abest à principiis, aut eo certè difficilis est, quia nõ est prima facie perspicuum, quo sit ex genere eorũ quæ exposita sunt, id quod in controuersiam venit, affértque dubitationem. Nam si quo ex genere sit intelligatur, illud etiam intelligitur, aut definitione explicandum id esse, aut diuisionem adhibendã, aut definiendas esse medias propositiones, quibus vltimæ probantur. Cæteráque etiam proposita, nisi rectè tradita & explicata definitione, neque disputari facilè, neque probari argumentando possunt. quo ex genere illud est. Sitne vnum vni contrariũ, an multa? Quòd si contraria definiantur, certè illud facilè erit explicatu. Sint, nècne sint plura eorundem contraria. Quod eodem modo iudicandum est de iis quæ definitionem requirunt. Atque etiam in mathematicis videntur quædã non facilè describi posse præterimissione definitionis. quale est illud. Eam lineam quæ ad latus planum secat, simili ratione & lineam secare & locum: quod definitione adhibita facilè intelligitur, quoniam & loco & lineæ eadem respondet, quasi ex altera parte diuisio: quæ quidem analogi definitio est. Omnino prima elemẽta & initia, definitionibus expositis, vt quid sit linea, quid orbis, facilè probari demonstrariq; possunt: verum ad singula eorum probanda nõ multis argumentis vti possumus, propterea quòd non multa sunt in medio eorum collocata. Definitionibus autem initiorũ prætermissis vix, aut ne vix quidẽ probari possunt. Quod idem fit in iis principiis quæ differendo adhibentur. Hoc igitur intelligendum est, cum propositum aliquod difficile est probatu, id aliqua de causa earum quas exposui, euenire. Cum autem propositio & enunciatio difficiliorem habebut probationem, quã propositũ, dubitare liceat, sint nécne sint probandæ. Nam si eas non probet, sed is etiam ad rem propositam concludendam vti velit, maius sibi quidem opus quàm quod initio præscripserit. Sin eas probet, iis certè quæ minus valent ad faciendam fidem alter adducetur vt credat. Ac si quæstio difficilior nõ reddetur, ponenda est: si non dubiis & perspicuis dubia concludenda erunt, non est probanda. Aut ei qui se dat in disciplinam ponenda non est, nisi sit notior: ei autẽ qui exercitationis gratia disputat, ponenda, si modo vera esse videatur. Ex quo perspicuum est, non eodem modo ab eo qui probabili ratione, & eo qui ne-

Immut definitione sum operã conferrẽ ad cognitionem enunciatorum, & principiorum idq; docet probatione ducta ab locis et materia rerũ. — Vide cap. de contrar. apud Arist. in metacategor.

Mathematica demonstratione quædam principia, siue definitione intelligi nõ possunt. Confirmat Cæterum per eam, et locum Intelligit Arist. petitum lineã interceptam

Hoc principium obscurum est ideo quia de linea quæ ad latus secat locum & porro linea quæ ad latus locum secat æque distans ducta plocum sine aream in superficie æquali a termino ad latus. — Vt est hæc.



Linea dicitur accioma idest propositio quæ demonstrationem non indiget licet eam in posterioribus.

Nam si eam rem in utramq; exactiorem rationem scribit, vtrum concedi aut non concedi debeant propositiones probatu difficiles.

Alii loquuntur sigitur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cessaria includit, propositiones esse afferendas. Quemadmodũ ponenda & disponenda sit quæstio, satis ferè dictum est.

III.

Nunc de ratione respondẽdi ita disseremus, si antè quod eius sit officium, qui & rectè poscit & rectè ponit quæstionem, dixerimus. Est autem eius qui ponit quæstionem, ita argumentationem tractare, vt eum qui cum disputet, absurdissima quæ ex proposito efficiũt necessariò, cogat cõcedere. Eius ver o qui quæstionem poscit, dare operam, ne quod incommodum sua culpa, sed ex proposito sequi efficiq; videatur, nec quicquam quod sit contra opinionem omnium. Aliter enim peccatur, cum quis proponit primus quod non debet, aliter cum eius quod proponitur ea vis & natura est, vt defendi nullo modo queat. Nõ sunt autem certa neque constituta adhuc à quoquã officia eorũ, qui exercitationis & periculi faciendi gratia disputant. Neq; enim idem propositum est doctoribus aut discipulis, quod iis qui certandi studio disputant, neque idem his ipsis & iis quorũ ad cognitionem & scientiam omnis dirigitur exercitatio. Nam & discipulis ea semper tradenda sunt quæ probãtur omnibus: quoniã nemo eò operã cõfert, vt falsa doceat: & eorũ qui certãdi studio disputant, is qui quæstionem ponit semper aliquid facere videri debet, & is quĩ cum disputat nulla in re illi concedere. Quoniam autem in conuentu & congressu dialecticorũ, iis qui non certandi studio, sed vel tentandi vel cognitionis gratia inter se disserunt, non est adhuc à quoquam, vt dixi, expositum & traditum, quid inuestigare, quid dare aut non dare oporteat eũ qui poscit quæstionem, vt gnauiter aut non gnauiter ac præclare decreta sua defendat: nos hoc loco instituimus dicere. Qui igitur respondendi muuere fungitur, is consultationem defendat necesse est, vel probabilem vel non probabilem, vel neutrã, ita tamen, vt aut probetur, aut non probetur omnino, vel cum adiũctione, vt alicui vel eidem, vel alij. Quo autem modo probabilis, vel non probabilis sit, nihil interest: quandoquidem idem genus retinendum erit præclarè respondendi ad rogatum aut dandi, aut non dandi rogatum. Ac non probabile quidem si sit propositum, probabilem: sin probabile, non probabilem necesse est conclusionẽ effici. Contrarium enim propositi semper concludit is qui interrogat. Quòd si id de quo agitur sit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eiusmodi, vt nec probetur, nec improbetur, eiusdem generis efficietur conclusio. Quoniam autem is qui scite ratiocinatur & cõcludit, rebus non dubiis & perspicuis id quod dubium est aperit & ostẽdit, profectò id de quo quæritur non sit probabile omnino, non debet is qui poscit quæstionem, neque id dare quod non probetur omnino, neque id quod illud quidẽ probetur, sed minus quàm conclusio: quippè cum propositum nõ, si probabile sit, conclusio probabilis sit futura. Ita fit, vt ea quæ sumuntur, omnia probabilia esse debeant, ac magis probabilia quàm id de quo quæritur: si quidẽ magis perspicuis minus probabilia velit concludere. Ita si non sit ex eo genere id quod quæritur, non id debet qui respondet cõcedere. Sin autem probabile omnino sit propositum, improbabilis etiam omnino conclusio erit. Itaque danda erunt quæ probantur omnia, & eorum quæ non probantur, siqua magis probabilia sunt conclusione: sic enim satis abunde disputatum fuisse videbitur. Quod idem faciundum erit, si nec minus sit ꝓbabilis, nec probabilis quæstio. Sic enim & quę probantur, danda sunt omnia, & quæ nõ probantur, si qua magis probabilia, quàm conclusio erunt. Sic enim fiet, vt probetur magis oratio. Ac si id de quo agitur omnino probabile sit aut nõ probabile, tum cum iis comparandum erit, quę omnino probantur. Sin autem nõ omnino probabile, aut non probabile, sed ei modò qui respondet, tum iis quæ ei probantur aut minus probantur iudicare debet, quid concedendum aut non concedendũ esse videatur. Quòd si alterius sententiam defendat is qui respondet, certè eius mentem & sententiam spectare debebit, vt quid concedendum sit aut negandum, intelligat. Itaque qui alienas sententias introducunt, vt bonum & malum esse idem, vt placet Heraclito, ij non dant in eodem simul non inesse contraria. non quòd non probetur hoc eis, sed quòd Heracliti sententia ita dicendum sit. Quod etiam ij faciunt, qui alij ab aliis proposita accipiunt. Exquirunt enim illi, quid sit responsurus is, qui rẽ proponit. Hoc igitur perspicuũ est, quæ exquirere is debeat qui respondet, siue omnino probabile, siue alicui sit id quod quæritur. Quando autẽ necesse est omne rogatum aut probabile esse, aut non probabile, aut neutrum, & vel ad conclusionem efficiendã valere vel non valere, rogatum: si probetur, neque ad cõclusio;

Repetit diuisionẽ interrogati
Communia tradit præcepta quibus ad quamcumque questionis formã aptè re ponderi possit.
Duplicẽ ꝑmittens interrogati diuisionẽ
ad conclusionem colligenda

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nem efficiẽdam valeat, id & dare, & probabile dicere debemus. Eo enim posito & concesso, propositum primum non euertitur. Si autem neque probetur ipsum, neque ad conclusionem efficiendam valeat, id quidem dandũ est, sed ita tamen, vt non probari significemus vitandæ amentiæ gratia. Si vero & probabile sit, & ad rem pertineat, respondendum erit id quidem videri & probari: sed propositum adeo finitimum esse, vt eo cõcesso, propositum tollatur necessariò. Si ad conclusionem efficiendam valeat, & admodum sit improbabile, respondendum erit, conclusionem eo posito & concesso effici, sed stultum id esse quod efferatur. Cùm autẽ nec probabile quid, nec minus probabile rogabitur, tum si ad conclusionẽ efficiẽdam nihil valeat, id dãdum erit nulla facta distinctione: sin valeat, exponendum est, eo posito, sublatum iri id de quo agatur. Sic enim & eo qui poscit quæstionem, nihil eius culpa futurum est, si quid concedere & dare debeat prouidebit: & is qui quæstionem ponit, conclusionem efficiet, cum ei ea dabuntur omnia quæ magis quàm cõclusio probentur. Qui autem instituunt argumentationẽ tractare per ratiocinationem, sumptis iis quæ minus quàm conclusio, approbantur, iis quoniam inscienter ratiocinantur, quæ rogant, dari concedique non debent. Eodem modo eis occurrendum erit, cum res dubias & obscuras, & quæ multis modis dicuntur, afferent. Nam quoniam ei qui poscit quæstionem, si minus intelligat, licet dicere, Non intelligo: & quod multis modis dicitur, non necessariò id aut concedere aut negare debet: profecto si quid afferatur quod obscurum sit, sine vlla dubitatione & mora se id non intelligere fatebitur. Sæpe enim ex eo quòd dant & concedunt ij quibus obscura nec aperta quæstio ponitur, absurdum aliquid incidit. Cum autem cognitum apertúmque erit id quod multis modis dicitur, si omni ex parte & omnino verũ sit aut falsum quod affertur, id omnino concedi negarive debebit: sin quadam ex parte falsum sit, & quadam ex parte verum, id ambiguè dici, & in illo verè & in hoc falsò dici indicabit. Nam si id posterius distinguat, dubium erit, an in prima disputatione ambiguũ perspexerit. Quòd si ambiguum verbũ non attendat, idque tũ cum alterius habet rationẽ

concedat: si ad alterum impellatur, fateri debet se id concessisse, cum nō ipsum illud ad quod vocatur, sed alterū ipse spectaret, & attenderet Cum enim plura eidē nomini & orationi subiecta sunt, tum facilè existit controuersia. Sin rogatum & planum sit & simplex, aut etiam, aut nōn respondendum est. Quoniámque omnis propositio quæ valet ad cōclusionem efficiendā, aut aliqua earum est ex quibus ratiocinatio cōficitur, aut ad aliquā earum refertur, (perspicuum est autem cum alterius probandæ gratia assumitur eo sumi quòd multa similia requirantur, quippè cùm ferè per inductionem vel similitudinem id quod de toto genere & omnino dicitur, concludatur) singula omnia concedenda sunt, si vera sint & probabilia, vniuersa tamen refelli debent. Impedire enim cursum orationis, nisi resistas verè, aut saltē videare, hoc est iniquū se in disputādo difficilemque præbere. Ita si multa similia existant, neque det in toto genere dici, tum cum refellere nequeat profectò difficilem se proteruúmq; præbebit. Iam verò si non habeat contra argumentum sumere ad refellendum, tum multo etiam magis difficilis proteruúsque videbitur. Quanquam ne hoc quidem satis est. Multæ enim rationes extant, sententiis omnium contrariæ, quarum difficilis est explicatio. cuius generis est Zenonis ratio, qua tollit motū, & stadij traiectionem. nec verò propterea eorum contraria minus defendi concedíque debent. Ergo si quis nec contrà dicere possit, nec resistere, & tamen non concedat, is profecto iniquum se præbebit in disputando. est enim in disputationibus iniquitas & proteruia, responsio quæ præter modos quos exposuim', vim habet ad interimendā tollendámq; cōclusionē. Defendere autem & propositū & definitionē, ita par est, si antè argumenta ipsi in nos quasi aduersariorū tela iaciamus. Quibus enim rationibus infirmāt nostra decreta ij qui ponūt quæstionem, iis ipsis resistere debemus. Propositū autē nōn probabile timide defendendum est. Multis autē modis non probabile esse potest. Nam & id nō probabile est ex quo efficitur, vt incōmoda, & absurda quædā fateamur. vt si quis vel omnia, vel nihil moueri dicat, & ea omnia quæ deterior status & constitutio sequi solet, & quæ hominū volūtatibus repugnant. quale illud est, Voluptas est bo

Vtatur nodi disputatio are spōdē te interrūpere fas est, nisi vbi aut probabiliter resistere possis.

Mō est negandā propositio vniuersa nisi habeas quo currere possis.

Cū in vnum congerit sententia multorum negandum aperte aut erat. Si non potes, et cum ratione, occurrendum vbi se offert occurgo et excepto aliquo in aposterum agendum.

Ratio Zenonis tollentis negatur cribitur ab aristo. Si non potes, et cum ratione, occurrendum vbi se offert occurgo et excepto aliquo in aposterum agendum.

Hoc præceptum cū interrogati quid respondentes sit, tum nempe ante cōgressum et legitimā disputationem secum ratione inhibere quæ aut quę fiorē refutabit aut desponet.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

num:& facere quàm accipere præſtat iniuriã. Nõ enim quaſi diſputationis gratia defendat ſed tãquã ea dicat quæ probet & ſentiat, ita eũ oderũt. Argumẽta autẽ quib⁹ falſum cõcluditur, diſſoluẽda ſunt, infirmãdo euertẽdóq; eo, ex quo falſum effectum eſt. Neq; enim quouis ſũblato argumẽtum explicatur, ne ſi falſum quidẽ ſit id quod ſit euerſum. Multa enim falſa in argumẽtione contineri poſſunt. vt ſi quis ſumat, eũ qui ſedeat ſcribere, & Socratem ſedere: ex his efficitur, ſcribere Socratẽ. Euerſa igitur hac enunciatione, Socrates ſedet, non tamen diſſoluta & explicata argumentatio eſt. Et quanquã falſa enunciatio eſt, nõ tamen falſa eſt oratio. Si quis enim ſedeat, neque ſcribat, nõ iã in hac tali cauſa hæc ipſa accõmodata explicatio eſt. Nõ igitur hoc refellendũ eſt, ſed illud, eum qui ſedeat ſcribere, cùm præſertim non omnis ſcribat qui ſedet. Ita fit vt diſſoluat argumentum is qui falſi cauſam tollit, & explicationem intelligit is qui cauſam argumentationis cognouerit. quemadmodum in iis quæ falsò & vitioſe deſcribuntur, contingit. Neque enim ſatis eſt reſiſtere, etiam ſi falſum ſit quod refellitur, ſed etiam cur falſum ſit docendum eſt Sic enim vtrum occurrendo ratione & conſilio ductus nécne ſit, intelligetur. IIII Impediri autem argumentatio poteſt ne concludatur, quatuor modis. Primum id ex quo falſum eſt, refellendo. Secundo, occurrendo ei qui quæſtionem ponit. Sæpe enim non explicato & diſſoluto argumento, tamen is qui rogat, progredi non poteſt longius. Tertio, refellendo rogatum. Fit enim interdum, vt ex iis quæ quæruntur nõ quod volumus cõſequamur, propterea quòd vitioſe quæſtio ponitur: quibuſdam autem poſitis & conceſsis efficiatur concluſio Ac ſi vltra progredi is qui rogat non poteſt, occurſum erit roganti: ſin poteſt, rogato. Quartum genus reſiſtendi, & deterrimum id eſt, quod ad tempus refertur. Nonnulli enim in refellendo ea afferunt quæ ad differendum plus tẽporis deſyderant, quàm diſputandi conſuetudo. Ac reſiſtendi quidem quatuor, vt dixi, genera ſunt. Sed prima vna ex omnibus explicatio eſt cætera impedimenta ſunt quædam concluſionum. Reprehenſio autem argumentationis non eadem ex eius natura & ex interrogandi ratione naſcitur. ferè enim fit culpa eorum qui rogãtur, vt non recte tractetur argumentatio, quòd non cõcedant



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ea quæ magnam facultatem ſuggerant ad id efficiendum quod quæritur. Neque enim in alterutro ſolum poſitum eſt, vt communis res rectè ad finem exitúmque perducatur. Quapropter interdum qui aliquid reſpondet, refellendus eſt neceſſariò, non ipſum propoſitum: tum denique cum is quæ quæſtionem poſcit inſtructus calumniis, paratus venit ad contrà dicẽdum. Ita iniquos ſe præbentes, diſputationes non dialecticas, ſed concertationum plenas inſtituunt & inuehunt. Et quoniam exercitationis approbationisq́ue cauſa, non eruditionis, hæ tales diſputationes comparatę ſunt, profectò non modo vera, ſed etiam falſa concludenda ſunt: nec ex veris ſemper, ſed interdum etiam ex falſis. Nam & plerunque vero poſito, is qui contra diſputat, refellere debet, vt ſint proponenda falſa: & falſum quod poſitum eſt, interdum falſis euerti tolliq́ue debet: cũ præſertim nihil prohibeat falſa alicui magis quàm vera probari. Ita ſi ex iis quæ illi probantur, progrediatur argumentatio, facilius aſſentietur, nõ adiuuabitur. Sed omnes debent, qui alio diſputationem rectè traducere & trahere volunt, vt geometra geometricè, ſic dialecticè, non pugnaciter traducere, ſiue falſum, ſiue verum ſit id quod concluditur. Quæ autem ſint dialecticæ ratiocinationes ſuprà expoſitum eſt. Vt autem in rebus vſuuenit, vt ſocius iniquus & ſceleratus ſit is qui rem communem impedit: ſic in diſputationibus in quibus etiam commune quiddam propoſitum eſt vtrique, præter quám iis qui certandi ſtudio diſputant. Neque enim vtrique eorum licet eundem finem conſequi, præſertim cũ plures vno vincere non poſsint. Vtrum autem in reſpondendo, an in rogando, id efficiant nihil intereſt. Nam & qui certandi ſtudio rogat, vitioſe & præpoſterè diſſerit: & qui reſpondendo non cõcedit neque dat quod videtur probabile, neq; inducit in animũ audire quid tandẽ velit is qui ponit quæſtionẽ. Ex quo perſpicuum eſt, non eodem modo argumentationẽ, ſi per ſe conſyderetur, reprehendendam eſſe, & eum qui eam rogando tractat. Nihil enim prohibet, vitioſam argumẽtationem eſſe, cum interim is qui quæſtionem ponit, quàm poterit accommodatiſsimè, cum eo qui reſpõdet diſputabit. Nam ſi res ſit cũ difficilibus & proteruis, nõ poteſt profectò ſtatim quas quiſque velit, ſed quas poſsit, tractare per ratiocinationẽ argumẽtatiões,

Assignat modum increpandi ex parte interrogantis quẽ a modo increpandẽ rationis siue interrogationis separat

Hanc periodum adiecit ne quis credat disputationẽ et fallacẽ tantum pficiscia ipso respondente

Reprehensionis duo sunt genera vnum ob ppterniã respõdẽtis alterum ob vitium interrogationis prius proposuit alt posterius hic exequitur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Quoniam autem incertum est, quando contraria homines sumunt, & quando id quod principio sumptum est, (sæpe enim ipsi secum & soli cum aliquid loquuntur, repugnantia dicunt, negatóque eo quod prius est, concedunt posterius. Itaque cum rogantur, sæpe repugnantia, & quod primo loco propositũ est concedunt) eo vitiosas argumentationes necesse est effici. Culpa est ista eorum qui respondent, qui quædam nõ concedunt, alia eiusdem generis concedunt. Ex quo etiam perspicuum est, non eodem modo refellendos esse eos qui quæstionem ponunt, & ipsam argumentationem. Argumentatio autem quinque modis reprehendi solet. Primo, cum ex iis quæ rogata sunt & quæsita, nihil concluditur omnino, nec quod ad rem pertineat, quòd falsa sint, vel non probabilia omnia, aut certè plurima eorum, ex quibus cõclusio efficitur: & quòd nec detractis quibusdam, nec additis, nec aliis detractis, aliis additis afficitur conclusio. Secundo, si tractetur per ratiocinationem, quæ ad rem non pertineat, ex iis argumentatio, & ita vt suprà dictum est. Tertiò, si additis quibusdam conficiatur ratiocinatio, sed quæ deteriora sint quàm quæ rogata sunt, minúsque probabilia conclusione. Quartò, si detractis quibusdã, idem contingat. Interdum enim plura sumũtur quàm necesse est, vt non ex eo quia hæc concessa sunt efficiatur cõclusio. Postremo, si ex minus probabilibus, & credibilibus efficiatur, quàm sit conclusio: aut si ex veris, sed quæ difficilius & maiore negotio quàm id quod quæritur, ostẽdi possunt. Neque vero id postulandum est, vt õmnes quæ de proposito instituũtur, æquè probabiles sint ratiocinationes, & æquè valeant ad faciendam fidem. Eorum enim quæ exquiruntur partim prima facie faciliora sunt natura sua, partim difficiliora, vt si quibuscunque probabilibus posint, concludentur, rectè cõclusa videantur. Perspicuum est igitur, non eodem modo argumentationem refellendam esse, cum ad quæstionem refertur, & cum per se exquiritur. Nihil enim prohibet argumentationem per se vitiosam esse: quæ si ad quæstionem referatur, vera erit, vicissímque vera per se consyderata, cum quæstione collata, vitiosa esse potest: cum facile sit ex multis probabilibus & veris esse conclusionem. Fit autem interdum, vt argumentatio etiam quæ concludit, ea quæ non concludit sit dete-

Quomõ de reprehensione interrogationis et quę homo dicat aptę ad modum constituũt rõprehẽdi interrogantis et argumentationis dẽ eadem et aliter sit tractandum, alio quinq; modos reprehẽdeãr argumentationis rectę et

Ex diuersis contra quo per syllogismum cõcludunt nõ ad probabilitas dialectici syllogismum concludi debẽt

impario



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rior, cũ illã ex iis quæ minus probantur cõcludit, nec ex eo genere quæstio est: hæc autem talia requirit, quæ probabilia & vera sint, nec ex iis quæ assumpta sunt, argumentatio est. Neque verò ij qui ex falsis verum concludunt, iure reprehendi possunt, cum præsertim & necesse sit semper falsum ex falsis, & liceat interdũ verũ ex falsis concludi. quod ex iis libris quos de iudicio scripsi, perspici potest. Cum autem argumentatio quæ expolita est, alicuius rei demonstratio erit, si qua sit alia propositio quæ cum conclusione nullam habeat coniunctionem, ex ea nõ efficietur conclusio: Sin speciem præ se ferat coniunctionis, fallax erit cõclusio, non necessaria. Est etiam φιλοσόφημα, ratiocinatio necessaria. Epicherema autem ratiocinatio probabilis. Sophismata autem ratiocinatio pugnax. ἀπορήματα ratio in vtranque partem differendi. Quòd si vtraque propositione probali aliquid ostendatur, neque æquè probentur, nihil prohibet id quod demonstratum est, magis quàm vtranque probari. At si vna sit probabilis, altera neutro modo: aut si hæc probetur, illa non probetur æquè, tum æquè, & non æqualiter quod demonstratione concluditur, probabitur: sin altera magis probetur, magis etiam probabitur. Atque etiam in tractãdis argumentationibus per ratiocinationem peccatur, cũ aliquid pluribus ostenditur, quod paucioribus potest, quæ etiam in argumentatione reperiuntur. Cuius generis illud est quod sumitur ad probãdum, opinionem aliam alia verius dici opinionem. Si quis velit & poscat hanc enunciationem, Ipsæ res singulæ sunt maximè: Sũt autẽ res opinabiles ipsum quod verè est: Sunt igitur illæ res quæ ipsæ sunt, aliquibus verius. Quod autem ex eo nominatur quod magis & verius est, ipsum magis est, & vera est etiã ipsa opinio, quæ quibusdam certior est. Atqui hæc duo placuerunt, & ipsam opinionem verã esse, & ipsas res singulas esse maximè. Ita ea opinio quæ verisima est, certior erit. Sed quod vitium in hac est ratiocinatione? An ob eam causam quòd facit vt causa ex qua ratiocinatio conficitur ignoretur? Argumentatio autem perspicua est vno modo, qui maximè in populi ore versatur, cum ita concluſa est, vt iam nulla sit opus interrogatione. Altero, qui etiam crebris vsurpatur sermonibus, cùm sumpta sunt ea, ex quibus esse necesse est quod concluditur. sint autem ea ex aliis conclusioni-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

bus collecta. præterea ſi quid prætermiſſum ſit quod valde ſit probabile. Falſa autem dicitur quatuor modis, & cum videtur concludere neque concludit, quod vocatur concluſio & ratiocinatio ad concertationes ſpectans: & cum efficit illa quidem aliquid, ſed quod minus ad rem pertineat. quod iis cõtingit maximè, quibus incommodo alij vrgentur: aut aliquid concludit, quod ad id quod agitur pertinet, ſed non propria accommodataque ratione, id eſt, ſi ea quæ non eſt medicinæ propria, videatur medicinæ eſſe: aut geometrarum, quæ non eſt: aut dialecticorum quæ non eſt, ſiue verum, ſiue falſum ſit quod efficitur. caput 5.

Alio modo falſa eſt argumentatio, cum ex falſis concludit. cuius generis erit alia falſa, alia vera concluſio. Nam & falſum ſemper ex falſis, & verum interdum ex falſis, vt ſuprà dixi, concluditur. Ac oratio quidem quòd falſa ſit, culpa eſt eius qui argumentationem tractat potius, quàm argumentationis. Nec verò culpa eſt ſemper diſputantis, ſed tum denique cum falſam ſe aliquam argumentationem tractaſſe ignorat. quandoquidem falſam orationem & propoſitionem per ſe quidem magis quàm multas veras approbamus, num iis quæ maximè probantur aliquid eorum quæ vera ſunt ipſa refellit. (Nam cum ſit eiuſmodi, tamen verorum neceſſaria concluſio eſt,) quippe cum aliquid eorum quæ poſita ſunt, abeſſe debeat omnino, vt id demonſtretur. Si verò falſis & valde abſurdis verum concludat argumentatio, multo certe deterior iis futura eſt quæ falſum concludunt. Cuius generis argumentatio, etiam falſum concludere poteſt. Perſpicuum eſt igitur primum videndum eſſe, an concludat argumentatio: deinde, verúmne an falſum: tum ex quibus. Nam ſi ex falſis, ſed quę probabilia ſint, dialectica erit: ſin ex veris, ſed quæ non probentur, vitioſa: ſi & falſa & quæ valde improbentur, profecto vitioſa erit aut omnino, aut in re de qua agitur. Quemadmodum autem is qui quæſtionem ponit, id quod initio propoſitum eſt, & contraria petat, ad veritatem expoſitum eſt in iis libris quos de iudicio ſcripſimus, quemadmodum ad opinionem nunc dicendum eſt. Petendi autem id quod initio dictum eſt, quinque ſunt genera. Primum & clariſsimum, ſi quis id petat, quod eget probatione: quod quidem in eadem re nõ facile ignoratur: ſynonymis autem iiſque omnibus quorum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

nomen & definitio idem declarant, magis. Alterũ, cum id quod sigillatim demonstrari debet, omnino & totum aliquis petit. vt si quis probans, contrariorum quæ aduersa dicuntur vnam esse artem, petat, contrariorum omnino vnam esse. videtur enim q per se probari debeat, id vnà cum aliis pluribus petere. Tertiũ, si quis sigillatim petat, quod propositum est ad demõstrandum omnino. vt si omnium aduersorum esse propositum sit, aliquorum petat. Nam videtur hic etiam quod cum multis erat docendum, id petere per se ac separatim. Rursus, si quis adhibita diuisione, id de quo agitur petat, vt si demonstrandum sit, medicinam esse salubrium & contrariorum, separatim petat vtrunque: aut si quis alterũ petat eorum, quorum alia aliis consequuntur necessariò. vt latus cum diametro componi non posse, cum probandum sit, diametrum cum latere posse. Contraria etiam tot modis, quot ea quæ initio dicta sunt petuntur. Primũ, si contraria petat, aientia & negantia. Secundo, si contraria ex oppositione, vt bonum & malum esse idem. Tertio, si quis omnino & totum sumpserit, & in parte petat quod repugnat. vt si quis hoc sumpto, aduersorum vnam esse artem, petat salubrium & insalubrium aliam artem: aut si hoc posteriore petito, de toto genere repugnantiam sumat. Rursus, si quis contrarium petat eius, quod expositis & concessis efficitur necessariò. Item si quis contraria ipsa non sumat, duo autem petat eiusmodi, ex quibus repugnãtia sequetur. Sumere autem contraria & petere id quod initio positum est, hoc differunt, quòd huius error in cõclusione incidit. (illud enim spectantes peti id dicimus quod initio positum est) contraria autem in propositionibus cernuntur, quòd inter se quodam modo affectæ sunt. Vt autẽ exercitatio & meditatio in argumentationibus eiusmodi paretur, primum assuescendum est argumentationes conuertere. Sic enim maior nobis ad disputandum argumentorum suppetet copia, & in paucis multas argumentationes tenebimus. Cõuertere enim est, vnum eorum quæ data sunt refellere, commutata cum reliquis interrogationibus conclusione. Nam si tollatur conclusio, vna aliqua propositio tollatur necesse est: si quidem positis iis omnibus, necesse sit conclusionem effici. Ad omne vero propositum multum valet, in hanc, an illam partem argumentum firmum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sit videre,& inuenta eius explicatione,illico quæstionem ponere.Sic enim fiet,vt simul & in quærendo,& in respondendo exercitati simus. si nemo alius sit quo cum disputemus conferamusque hæc ipsa:at certe nobis vicissim per nos & nobiscum licebit,qua exercitatione ad omnem quæstionem argumenta deligemus.Hoc enim & ad cogendum,& ad refellendum multum valet,cum alicui magna argumentorum copia in vtranque partem differendi suppetit. Nam ad cõtrarias partes fiet tutior:possèque antè perspicere,& perspexisse,quid vtranque quęstionem & causam sequatur,non paruum adiumentum adfert ad cognitionem,philosophięque rationem.Relinquetur enim,vt eorum recte alterum sequamur. Sed ad id efficiendũ ingenio opus est: verumque ingenium & indoles in eo est, vt possis verum recte sequi,& declinare falsum:quod quidem ij quibus acumen ingenij & indolem natura largita est,præclarè efficere possunt. Cum enim amant & oderunt,quod affertur & proponitur,vere de eo quod præstantissimum est, iudicant. Cùm vero ad quæstiones quæ sæpissime in disputationem incidunt, parati & instructi argumentorum copia venire debemus,tum maximè ad eas quibus capita prima proposita & quæstiones generales disputãtur, quoniam in his fere ij qui respondent non habent quod dicant. Iam definitionum nobis magna vis suppetere debet, easque in promptu habere debemus maxime,quibus ea quæ probantur & prima & perspicua declarantur,cum prælertim ex iis ratiocinationes constent.Danda est etiam opera,vt ea in quæ alia argumẽta incurrunt teneamus. Vt enim in Geometria vtile est elemẽta & initia exercitatione parata & meditata habere: & in numerorum ratione,prima quasi capita in promptu habere, magnaque in hoc ipso vis est,vt alium etiam numerum multiplicatum cognoscant:sic in argumentationibus principia tenere, & propositiones in ore habere.Quemadmodum enim in ea parte in qua memoriæ sedes est,loci collocati & dispositi,statim faciũt vt redeant res nobis in memoriam:ita hæc ipsa magnam nobis ad differendum copiam suggerent,quòd loci ipsi certi sint, quos spectemus.Sed locus communis potius quàm ratiocinatio, memoriæ mandandus est,quippe cum difficile sit, mediocrem principiorum & propositorum vim ac numerum suppetere . Præterea

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Inuenit primus, quam distribuendum esse in partes, & remotior a propinqua relin quendi ad parandum argumentorum copiam.

argumentum vnum in multa distribuere, assuescendum est nobis: ita tamen, vt id obscurissime facere videamur. Quòd ita fiet, si quis longissime aberret à vicinitate eorum de quibus agitur. Ea autem argumenta in hoc genere plurimum valebunt, quę de toto genere id maxime efficere possunt. Cui° generis illud est, Non esse vnam multarum rerum artem. Eadem enim ratio est eorum quæ cum aliquo conferuntur, & contrariorum quæ aduersa dicuntur, & coniugatorum. Atque etiam ad vniuersi generis quæstionẽ reuocari debet disputatio, etiam si in parte sit tractata. Sic enim ex vna multas etiam facere licebit. Quòd explicari in arte Rhetorica de enthymematibus eodem modo iudicandum est. Idemque conferre se sæpissimè ad vniuersi generis quæstionem debet, ex qua conclusionem eliciat. Videndum est etiam semper, vt de pluribus rebus communibus tractetur oratio. Omnis enim quæ de parte, etiam de vniuerso genere exponetur, inestque in priuata & singulari causa vniuersi generis expositio & demonstratio. quòd sine vniuersi generis locis nihil concludi potest. Vsus autem argumentationum earum quæ per inductionem tractantur, ad adolescentes & ignaros: earum quæ per ratiocinationẽ, ad peritos transferri accommodarique debet. Enitendumque est, vt ab iis qui argumentationes per ratiocinationem tractare possunt, locos & propositiones: ab iis qui per inductionem, similitudinum collationes cõparationesque accipiamus. Sunt enim vtrique in hoc genere exercitati. Omnino is qui exercitationis gratia disputat, conari debet, vel ratiocinationem de re aliqua afferre, vel explicationem, vel propositionem, vel argumento resistere, siue quis rectè ponat quæstionem, siue non rectè ipse, aut alius, & qua de causa vtrunque ipsi efficiant. Ex his enim hæc tota ratio & facultas constat: exercitatio autem facultatis gratia suscipitur, eius præsertim, quæ in proponendo aliquid, & resistendo argumentis cernitur. Dialecticus enim instructus paratusque est & ad proponendum quid, & ad resistendum. Est autem proponere, vnum facere ex multis. quãdoquidem vnum omnino sumi debet ad id de quo agitur: resistere verò, multa ex vno. aut enim distinguit, aut euertit, cum ex iis quæ proposita sunt, hoc concedit, illud non concedit. Quoniam autẽ vitiosæ & iniquæ disputationes cum quibusdam fu-

Reuocanda est disputatio a specie ad genus illam et a parte ad totum Nã lucius et de genere quã de specie disputatio bel latius patet

Rhetorica enim ex bono enthymemate communi siue vnica thesi plura enthimemata varia ap hipotesi educit

Quicquid tractatur in specie tractatur etiam in genere

Differentia duplex est instrumentum hoc syllogismus et inductio hec quicquid ille peritorum est

A doctis locorum et propositionum petitur copia ab inductis vero comparationes similitudinumq collationes

Constituit duo officia dialectici interrogare et respondere atq; vtrumq; ratione explicuit

Qui enim interrogat sillogismo conuincit quæ diuersa et dissociata videntur

Sic respondentis erit dissimere interrogantis componere

turæ ſunt neceſſariò, nec cum quouis diſputationes inſtituere, nec quemlibet in ſocietatem exercitationis recipere debemus. Itaque conſuetudo eius vitanda eſt, qui hoc vnum agit, hoc conatur, vt ſe oſtentet in diſputando. Et quanquam æquum eſt omnino diſputare, tamen non ſemper decet. Quocirca non temere cum quibuſuis exercitationis cauſa conſidendum eſt. hinc enim maledicta, hinc contumeliæ, hinc iracundæ contentiones, concertationeſque naſcuntur. Neque enim fieri poteſt, vt qui vnum in locum diſcendi exercendique artis gratia conueniunt, ſine concertationibus diſputare deſinant. Atque vt finem dicendi faciã, parata & expedita argumenta nobis eſſe debent ad eiuſmodi quæſtiones, quorum quo minor copia ſuppetet, eo ad plura valebunt. quo ex genere ſunt & ea quæ per vniuerſi generis quæſtionem fuſa ſunt, & ea quorum ex tempore difficilior ſuppeditatio & inuentio eſt.

FINIS.

PARISIIS,
EXCVDEBAT THOMAS
RICHARDVS.
M.D.XLVIII.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

# Annotationes eiuſdem PERIONII IN EOSDEM LIBROS.

QVod in cæteris libris, quos adhuc ab Ariſtotele tranſtuli, feci, vt quibus locis commode fieri poterat, rationem conuertendi noſtram à Cicerone non omnino diſſentire & abhorrere docerem, id mihi in his Topicis transferendis, ac multò etiam magis faciundum putaui. Nam cùm ab alijs libris multos locos Ciceronem mutuatum eſſe & tranſtuliſſe probaui, tum id me ſpero de his ipſis libris, quos ipſe ſibi ad imitandum propoſuiſſe dicit, facilius eſſe probaturum. Atque id ita faciam, ſi ante de ordine librorum Ariſtotelis, qui ad Dialecticam pertinent, pauca dixero. Ego ſic exiſtimo, tribus his libris Inſtitutioni Porphyrij, Categorijs, & de interpretatione Ariſtotelis, ſtatim hos octo Topicorum adiungendos eſſe, tum vnum de Reprehenſionibus captioſis & fallacibus: poſtremo quatuor de Ratione & arte iudicandi. Me in hanc ſententiam hæc potiſſimum ratio ducit. Nam cum his libris octo diſciplina (vt & inſcriptio & ipſe Cicero indicat) inuentiendorum argumentorum contineatur, alijs autem quatuor ars iudicandi: iudicare autem de re nulla, niſi quæ ſit inuenta, poſſimus, fit vt hæc pars alteram antecedere debeat. Nec verò de hac re ſic diſſētio à cæteris quaſi verò nullū auctorem & defenſorem habeam huius ſententiæ. Vel ipſe Cicero hoc in primis tradit, cum multis alijs libris, tum vel maxime initio Topicorum. eſt enim eius libri hoc initium, Cùm omnis ratio diligens diſſerendi duas habeat partes, vnam inueniendi, alteram iudicandi: vtriuſq; princeps, vt mihi quidem videtur, Ariſtoteles fuit. Stoici autem in altera elaborauerunt. Iudicandi enim vias diligenter perſecuti ſunt, ea ſcientia quam Dialecticen appellant. Inueniendi verò artem, quæ Topice dicitur, quæ ad vſum potior erat, & ordine naturæ certe prior, totam reliquerunt. Nos autem quoniam in utraque ſumma vtilitas eſt, & vtranque ſi erit ocium, perſequi cogitamus, ab ea quæ prior eſt, ordiemur. Hæc ille. Proferam etiam locum alterū ex quarto de



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Finibus, Cumque duæ, inquit, sint artes, quibus perfectè ratio & oratio compleatur, vna inueniendi, altera disserendi: hanc posterionem & Stoici & Peripatetici, priorem autem illi egregie tradiderunt, hi omnino ne attigerunt quidem. Nam è quibus locis quasi thesauris argumenta depromerentur, vestri ne suspicati quidem sunt, superiores artificio & via tradiderunt. Proferrem etiam ea quæ in secundo de Oratore libro in eandem sententiam scribit, nisi hæc satis multa viderentur. His quidem locis tota hæc res sic confecta videtur, vt nihil præterea videã, quod requirere debeamus. Ait enim, vt intelligi potuit, Topicen ordine naturæ priorem, & alteram posteriorem. quam cur aliàs iudicandi partem, aliàs disserendi appellet, si quis requirat, ei respondendum puto, quoniam ille à Stoicis ait, posteriorem partem dialecticen appellatam, in disserendo autem iudicium consistit maxime. eo hanc ab eo partem modo iudicandi, modo disserendi, nominari. Certe Quintilianus priorem τὸ πτωϊκὸν, posteriorem κριτικὸν à Dialecticis vocari tradit. Extremo enim quinto libro scribit his fere verbis, Illi homines docti & inter doctos verum quærentes, minutius & scrupulosius scrutantur omnia, & ad liquidum confessumque perducunt, vt qui sibi & inueniendi & iudicandi vendicent partes, quarum alteram τὸ πτωϊκὸν, alteram κριτικὸν vocant. Quare vt ad propositum reuertar, si vtriusque partis princeps, vt Ciceroni videtur, Aristoteles fuit. τὸ πτωϊκὸν, aut in priorem naturæ ordine idem statuit, quæ his libris continentur, certe eandem priorem existimare debemus. Cumque præter τὰ ἀναλυτικὰ libri nulli Dialecticæ extent, quibus iudicãdi vias Aristoteles sit persecutus, ij profecto in hoc numero habendi sunt. Itaque ἀναλυτικὰ inscribuntur, quod verbum videtur mihi vertendum, quoniam nõ est vsitatum, vt Topica, ars iudicãdi. Quis enim ferat, Resolutoria? Est enim Gallicum vocabulum ἀναλύειν ergo iudicare, aut diiudicare est. Et profecto illi ipsi qui verbo hoc barbaro vtuntur, idem iudicant & sentiunt. Aiunt enim resoluere, idem valere quod explicare, dissoluere, discutere, & iudicare. Itaque resolutionem vocant, sententiam de quaque re & iudicium: & resolutos homines eos qui rerum vel dificillimarũ norunt nodos discutere, & de quaq; re etiam ex tempore iudicium suũ interponere, vt nihil nouum, nihil non diu meditatum eis proponi queat. Sed quid in explicanda verbi huius vi atq; natura tantũ laboris cõsumimus, cùm ipse Boetius qui primus post Cicer. quantum intelligere possumus, Philosophiæ lumen*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

afferre conatus est, vnus nõ à tanta cura liberare posßit? Scribit enim principio librorum, quos de differentiis Topicis inscripsit, his verbis, Omnis ratio disserendi, quam logicen Peripatetici veteres appellauere, in duas distribuitur partes: vnã inueniendi, alterã iudicandi. Et ea quidem pars, quæ iudicium purgat atq; instruit, ab illis ἀναλυτικὴ vocata est, à nobis potest resolutoria nuncupari. Ea verò quæ inueniendi facultatem subministrat à Græcis τοπικὴ, à nobis localis dicitur. Ac de illa quidẽ parte, quæ iudicandi magistra est, aliàs disputabitur, &c. An potuit planius dicere eandẽ esse illam Aristotelis, τοπικῶ & ἀναλυτικῶ & Quintiliani, τοπικῶ & κριτικῶ diuisionem? Sed tamen cùm alteram partẽ inueniendi, alteram iudicandi statuerit, in tradẽda earũ dispositione, quod permirum mihi videri solet, & ordine peccauit. Multis enim locis ἀναλυτικὰ antecedere, τοπικὰ sequi putat oportere. in quo Alexãdrum Aphrodiseum secutus est, & à Philopono dissentit. Philoponus enim principio Commentariorum, quibus priorem librũ eorum, qui artem & disciplinã, posteriorem iudicandi continẽt, illustrat, Topica ἀναλυτικοῖς ordine priora vult esse. itemq; librum quem de fallacibus & captiosis reprehensionibus Aristoteles inscripsit. Eius rationes Alexander posteaquã discussit principio Commen. in Σοφιστικοὺς ἐλέγχους, cõtra sentit. Ego Philopono de ordine assentior: de rationibus, quæ eum in hanc sententiã duxerunt, neq; plane assentior, neq; dissentio. Hoc verum dico, illos duos magnos eos quidem philosophos, si inscriptionis librorum rationem habuissent, nõ generum ratiocinationũ quorum illis libris disciplina continetur, aliter fuisse sensuros. Quis enim adeò ignarus est rerũ, quin prius inuenire, quæ quisq; dicat, quàm de inuentis iudicare putet oportere? Atqui Topicis disciplina inueniendorum argumentorum, ἀναλυτικῆς iudicãdi viæ continentur. Quo vehemẽtius admiror, Boetium, qui verè & recte de vi inscriptionis, vt probaui, iudicauit, in ipso tradendi ordine aberrasse. Quapropter rationẽ illam veram, quæ apud quemque plurimum valere debet, quámque Ciceronem secutum videmus, sequamur. Non igitur temerè ego aut casu, sed consilio & ratione, absolutis conuersisque de Græcis tribus libris superioribus, quibus Dialecticæ initia & quasi elementa traduntur, me ad hos potiß mũ octo libros, quibus ars & disciplina argumentorum inueniendorum traditur, atque continetur, tranferendos vertendosque contuli. Qua de re vt ego ab illis dissentio, sic multos in alia sententia fore sentio. Hoc vnum me certè



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*consolabitur, quoquomodo res cadat, quòd cùm non sententiæ nouæ inuentor, sed veteris defensor sim, facilius inuidiam, si qua forte impendeat, sustinebo.*

## CAPVT I.

*HOC nobis loco propositum est, viam atq; rationem inuenire,* ἡ μὲν πρόθεσις τῆς πραγματείας μέθοδον εὑρεῖν) πρόθεσις, σκοπὸς *hic dicitur, &* προαίρεσις, *id est, institutum & propositum. Ego nomen ad verbi significationem transtuli, quoniam nomini verbum, est, adiectum, nisi sit genitiui casus, non solet infinitum modum sibi adiungere. De his alio loco diximus.* πραγματεία *dicitur id quod agitur, aliàs ab Aristotele* θεωρία, *aliàs* σκέψις *vocatur. Hæc Cicero dicit modo locum, modo tempus, aliàs disputationem, aliàs sermonem. in. 1. de legibus, Neque enim omnia sunt huius disputationis & temporis. Hoc genus sic exprimit Aristoteles, cum multis alijs locis, tum de interpretatione,* ἔστι δὲ ἄλλης τοῦτο πραγματείας εἰπεῖν.

*Viam atque rationem inuenire,* μέθοδον εὑρεῖν) μέθοδον, *alio loco docui viam atque rationem dici à Cicerone in epistola, quæ proposita est Topicis, Quam tibi cum exposuissem, disciplinam inueniendorum argumentorũ, vt sine vllo errore ad illam ratione & via perueniremus ab Aristotele inuenta, libris illis contineri, &c. Viam quam ait ab Aristotele inuentam,* μέθοδον τοῦ εὑρεῖν τὰ ἐπιχειρήματα, *dici puto. Interdum hæc duo coniuncta reperies pro eodem, artificium & via. vt in quarto de Finibus, quem locum paulò antè protuli.*

*Disserere,* συλλογίζεσθαι) *Hoc verbum multis modis transferri licet modo concludere, quod hoc loco fieri non potest. modo disserere, aliàs disputare, aliàs ratiocinari. Et quanquam* διαλέγεσθαι *proprie dicitur disserere, tamen hoc loco* συλλογίζεσθαι *idem valet quoniam sequitur illud,* περὶ πάντες, *&c.*

*Si quid in disputationibus defendamus,* λόγον ὑπέχοντες.) λόγον ὑπέχειν, *siue* διδόναι *est eius qui poscit quæstionem, quem respondentem vocant.* λαβεῖν λόγον, *&* συλλογίζεσθαι περὶ προβλήματος, *eius qui quæstionem ponit, & interrogat, quem opponentem nominant. Mihi quidem non videntur hæc duo vt plura alia posse transferri commode &*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*apte ad consuetudinem sermonis nostri, si verbum è verbo exprimamus. Neque enim si sic dicamus, ὑπέχειν λόγον, sustinere vel sermonem, vel disputationem, vel orationem, vel argumentationem, Latina videbitur oratio, Ego cùm diligenter exquisissem, quomodo hæc Cicero diceret, comperi tandem eum pro ὑπέχειν dicere defendere: quod Galli facile concedent, qui hæc duo in sua lingua pro eodem sumunt, defendere aliquid & sustinere. Quanquam Græci proprium uerbum habent, quod huic nostro defendere respondet. Aristoteles enim in. 8. horum lib. aliquoties dicit διαφυλάττειν τὴν δόξαν, quod Cicero transfert, defendere sententiam. Vnus hic locus sat erit, ἂν δὲ ἑτέρου δόξαν διαφυλάττῃ ὑ ἀπεκρινόμενος, δῆλον ὅτι πρὸς τὴν ἐκείνου διανοίαν ἀπεβλέποντα θετέον ἕκαστα τοῦ ἀρνητέον. Sic ego, Quòd si alterius sententiam defendat is qui respondet, certe eius mentem & sententiam spectare debebit, vt quid sit cōcedendum, quid negandū intelligat. Cicero in primo de Finibus secunda pagina, Accuratè autem quondam à L. Torquato homine omni doctrina erudito defensa est Epicuri sententia de voluptate. Initio 2. libr. de Finib. Sed qui audiebant, quoad poterant, defendebant sententiam suam. Hoc etiam dicit tueri, sed non addit sententiam, sed voluptatem, quod fortasse dicitur melius ἀπολογεῖσθαι. Sustinere autem nunquam dicit in hoc duntaxat genere, sed cùm vertendum est verbum ἐπέχειν, idque sæpissime in 4. Academ. Quamobrem cùm tam vitiosum esse constet, assentiri quicquam aut falsum aut incognitum, sustinenda est potius omnis assentio, ne præcipitet, si temere processerit. i. δεῖ μᾶλλον πᾶσαν συγκατάθεσιν ἐπέχειν. Ibidem paulò infrà dicit, Cohibere assensus. Atq; vt intelligamus hoc esse verbum, superiore pagina ἐποχὴν vertit retentionem. Ex his illa necessario nata est ἐποχὴ, id est, assensionis retentio. Ergo illud perspicuum est, ἐπέχειν à Cicerone in hoc genere non dici sustinere. Defendere autem mihi melius & aptius videtur, vt λόγον interpretemur rem quæ in disputationibus versetur. Dicam igitur ὑπέχειν λόγον defendere rem aliquam in disputationibus, quoniam hoc totum defendere disputationem in consuetudinem nostram non cadit. Cicero in secundo de Oratore, libro sic loquitur, Carneadis verò vis incredibilis illa dicendi & varietas perquàm esset optanda nobis, qui nullam vnquam in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probarit: nullam oppugnauit, quam nō euerterit, Pro eodem mihi Cicero poscere quæstionem videtur dicere. Initi. 2. lib. de Finib.*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Eorum erat iste mos, qui tunc Sophistæ nominabantur, quorum è numero primus est ausus Leontinus Gorgias in conuentu poscere quæstionem. i. iubere dicere, qua de re quis vellet audire. Hoc transfert ad eũ quem opponentem vocant, initio. 3. Tusculanæ. Vt enim in Academiã nostram descendimus, inclinato iam in pomeridianũ tempus die, poposci eorũ aliquem qui aderat causam disserendi. Nam pòst in ea disputatione cum hæc causa posita esset ab Attico, Videtur mihi cadere in sapientem ægritudo: Cicero percontatur, Num reliquæ quoq; perturbationes animi? Atq; hoc interim notare debemus, causam Græcis dici* ὑπόθεσιν *in superiore oratione. Transfert etiam ad eum qui respondet, ponere de quo quis velit audire. Initio. 1. Tusculanæ, Ponere iubebã de quo quis audire vellet, ac id aut sedens aut ambulans disputabã. Quod Aristot. dicit,* θέσθαι θέσιν. *Vocat enim* θέμενον *eum qui ponit aut posuit de quo disseratur, quod* θέσιν *vocat. In. 8. libr.* ποιοῦσι δὲ τοῦτο καὶ οἱ πρὸς ἀλλήλους διαλέγεσθαι τὸς θέσεις. στοχάζονται γὰρ ὡς ἂν εἴποι ὁ θέμενος. *Ex his tot locis illud etiã intelligi licet, Audire velle de aliqua re, aliàs ad eum qui percontatur, aliàs ad eum qui respondet à Cicerone accõmodari. Aristoteles quidem eos qui inter se disserunt, his nominibus appellat, num qui poscit causam, aut positam disputat, & cõtradicit,* ἐρωτῶντα: *eum qui ponit de quo audire vult, aliàs* ἐρωτώμενον, *aliàs* ἀποκρινόμενον, *dicit. Ego autem* ἐρωτῶντα *dico eum qui interrogat: eũ qui percontatur, quoniam dicere interrogantẽ prohibet Latini sermonis cõsuetudo. Nã si nomina imposita essent, qualia sunt in arte Rhetorica, accusator & defensor, iis certè vti liceret. Nunc cùm interrogatorẽ & responsorem dicere nõ possimus, vt illi accusatorẽ & defensorem, nec participia vsitata sint apud nos, pluribus verbis cogimur dicere, quod Aristoteles vno aptè & commodè solet. Et quoniã* ἐρωτᾶν *Cicero interdum ponere quæstionẽ dicit, eodem verbo illud etiam interpretor,* ἐρωτῶντα *eum qui ponit quæstionem. In. 1. de Orat. lib. Quid mihi nũc vos, inquit Crassus, tanquã alicui Græculo otioso & loquaci, & fortasse docto atque erudito, quæstiunculam de qua meo arbitratu loquar, ponitis? Cicero etiam contra disputare ei assignat, qui argumentatur, & contra dicere. Quorum duorum prius* προσδιαλέγεσθαι *vno verbo dicitur, posterius* ἀντιλέγειν. *Cicero in. 2. de Finib. Quod quidem fit etiã in Academia. Vbi enim is qui audire vult, ita dixit, Voluptas mihi videtur esse summũ bonum, perpetua oratione contra disputatur. Ex quo loco illud etiam in-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

telligitur, quod supra docui, audire velle, esse eius quem respondemẽ vocant. Atq; quo hæc facilius intelligantur & probentur, libet ex Gorgia Platonis ea quæ Cicero mutuatus est subiicere. Principio huius libri, cum Socrates se velle quærere de Gorgia diceret, quid profiteretur ac doceret, Callicles sic locutus est, ὃδ' ἴσθ' ὅτι ἂν ἐρωτᾷς, ὦ Σώκρατες. καὶ γὰρ ἂν σὺ τοῦτ' ἐῶ τὴν ἐπίδειξιν. ἐπεὶ ἔλθε γοῦν καὶ ἐρωτᾷς, ὅπερ ἔλεγε νῦν δή, ἐρωτᾶν ὅτων, καὶ πρὸς ἅπαντα ἔφη ἀποκρινεῖσθαι. Paulò infrà Chærephon Gorgiã percõtatur, εἰ τοῦτο μὲν ὦ Γοργία, ἀλλο δή λέγ καλλικλῆς ὅδε, ὅτι ἐπαγγέλλ ἀποκρίνεσθαι, ὅ, τι ἄν τις σε ἐρωτᾷ; Gorgias respondet, ἀληθῆ ὦ χαιρεφῶν, νὴ μ' δή νυν καὶ ταῦτα ἐπαγγέλλομαι, καὶ λέγω ὅτι ὀλίγ με πω ἠρώτηκε καινὸν ὀδὲν πολλῶν ἐτῶν. Pagina. 5. cũ Callicles dixisset Socrati & Gorgiæ, eos ipsi gratũ facturos, si disputaret, Socrates q; se paratũ denũciaret, si modo vellet Gorgias: tũ Gorgias, ἄτοπον δή ὃ λοιπὸν ὦ Σώκρατες γίγνεται ἐμέγε μὲν ἐθέλειν, νὴ ταῦτα ἂν ἦν ἐπαγγελλόμενον ἐρωτᾶν ὅ, τι τις βούλεται. In his omnibus locis perspici potest sæpe & ἐρωτᾶν dictũ, & ἀποκρίνεσθαι, cùm interim Cicero hæc transferẽs à Platone, nunq; usus sit verbo respõdendi, aut interrogãdi. Nã quod ait, πρὸς ἅπαντα ἔφη ἀποκρινεῖσθαι, in. 1. de Orat. Cic. dicit, se ad omnia esse paratũ denũciauit. Quare vt ad propositũ reuertamur, illud ὑποκεῖσθαι λόγον, his tot modis exprimendũ puto. Nã idẽ valere ὑπόκειται λόγον, quod διδόναι, idq; officiũ esse eius qui ponit de quo disseratur, & λαμβάνειν λόγον, eius qui ponit quæstionẽ, docet ipse Aris. multis locis. In reprehẽsionib⁹ captiosis, & fallacibus, extrema pagi. ἐὰν δὲ πολλαπλασιάζεται πρὸς αὐτὸν δι' αὐτοῦ τὸ σοφιστικῆς γεωμετρίας, ὡς ὁ μόνον δύναται πεῖραν λαβεῖν διαλεκτικῶς, ἀλλὰ μὴ ὡς εἰδὼς, δι' ὃν ὁ μόνον τὸ λεχθὲν ὀρθὸν ὑποθέμεθα τὸ πραγματείας, δι' λόγου δυνάσθαι λαβεῖν, ἀλλὰ μὴ ὅπως λόγου ὑποκείμενον φυλαξώμεθα τὴν θέσιν. i. quoniã autẽ ante cõfirmauim⁹, dialecticẽ ꝓpter Sophisticẽ, quã secuta est, vicinitatẽ, nõ solũ posse probabili argumẽtatiõe periculũ facere, sed etiã necessaria: ob eã causam nõ solũ eius officiũ in eo posuim⁹, vt ea instructi argumẽta sumere possimus: sed etiã vt argumentis resistentes, causam disserẽdi defendamus: qđ autẽ ait suprà confirmatũ esse. i. initio eius libri quo loco id qđ hic dicit ὑποκεῖσθαι λόγον, dicit. διδόναι seu δοῦναι λόγον, ἔστι δέ, ὡς οἱ πρὸς οἷ εἰπεῖν, ὁρίσου πόσ' ἑκάστου τῶν εἰδῶν ἀφορίζειν μὴ ἀνόν, ἀπὸ ὧν οἶδε, τὸν ἢ βούλόμενον ἐμφανίζειν διδόναι, ταύτα δ' ἐστὶ, τὸ μὴ οἷ τε διδόναι δίκαια λόγον.

τὸ δὲ ἐν τῷ λαβεῖν, id est. Est autem eius qui omnium rerum scientiam tenet, iis in rebus, quas quidem cognitas habeat, nec falli, nec decipi, alterius captiones & nodos indicare posse: quorum hoc in eo positum est, vt defenderet, illud in eo vt refutare poßis id de quo disseratur. Itaque hoc loco Alexander Aphrodiseus pro δοῦναι dicit ὑπέχειν, & in superiore hæc duo sæpe coniungit. Eius verba subiicerem, nisi vererer ne in re iam aperta essem longior.

Efficitur necessario, ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει.) συμβαίνει in concludendo effici dici & transferri à Cicerone in libro de Optimo genere interpretandi docui. Cuius verbi hanc interpretationem tenere debemus. A multis enim in ea peccatur. Dicunt enim contingere: quàm inscienter, existimare licet iis qui Latine sciunt.

Demonstratio autem est, cùm ex veris & perspicuis, &c. ἀπόδειξις μὲν οὖν ἐστιν ὅταν ἐξ ἀληθῶν καὶ πρώτων, &c.) Vsitatum verbum demonstrationis reliqui, Cicero necessariam conclusionem vocat. πρῶτα autem dico perspicua cum eodem Cicero. Is enim in quarto de Finib. libro loquens de Peripateticorum disciplina, Iam argumenti, inquit, ratione conclusi caput esse faciunt, eaque perspicua dicunt. deinde orationem sequuntur, tum quid verum sit in singulis, extrema cōclusio est: πρῶτον caput videtur dicere. Hoc ex vno loco lib. quarto Academic. quest. facilius intelligi potest, Ita nobis tacentibus, ex vno Epicuri capite, altero vestro, perceptio & comprehensio tollitur. Quod caput Epicuri? Si vllum sensibus visum est falsum, nihil potest percipi. Quod vestrum? Sunt falsa sensus visa. Quid sequitur? vt taceam, conclusio ipsa loquitur. Nihil potest percipi. Argumentationis enim duo membra priora vocat capita.

Fallax autem & certandi studio comparata ratiocinatio, ἐριστικὸς δέ ἐστι συλλογισμός.) Hoc loco non alienum erit ea tradere, quæ animos hominum poßint angere, vt nostra etiam conuertendi ratio probetur, συλλογισμὸν Cicero, nisi in libro qui est de Inuentione, ratiocinationem non solet dicere. Itaque aliàs aliis libris conclusionem appellat, non eam quidem quæ totius argumentationis tertia pars est, sed ipsam argumentationem: aliàs argumentū ratione conclusum. Atq; hoc posterius dicere mihi videtur, vt συλλογισμὸν ab ἐριστικῷ, ἢ φαινομένῳ συλλογιζομένῳ separet. Conclusionem autē proprie dicit ἀπὸ τοῦ συλλογίζεσθαι, quod est concludere, quod tamen verbum in tertia parte argumentationis, quæ Græcè di-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

citur συμπέρασμα, intelligi solet. συλλογίζεσθαι porro interdum apud Græcos idem valere quod concludere, horum librorum interpres clarissimus Alexander, quem potissimum secuti sumus, auctor est. Atque quo facilius συλλογισμὸν, id est, argumentationem totam à Cicerone cõclusionem, id est, quam in libro primo de Inuentione ratiocinationẽ appellat, dici intelligamus, proferam duos locos, alterum Ciceronis, alterum Aristotelis, eiusmodi, qui hanc rem plane monstrabunt. Arist. 8 libr. eorum quos exposuimus, συλλογισμα his verbis definit σύλλογισμα δὲ συλλογισμὸς ὁρισθείς. Cicero in quarto Academic. hoc modo, Atqui habebam molestos vobis, sed minutos, Stilbonem, Diodorum, Alexinum, quorum sunt contorta & aculeata quædã συλλογίσματα. Sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ. Qui me locus admonuit, vt ὁρισικὸν συλλογισμὸν fallacẽ conclusioẽ verterẽ. quoniã σύλλογισμα seu συλλογισμὸς & ὁρισμὸς pro eodem etiam Aristoteles dicit. Itaque librum eum, quem verbo Græco Elenchi sophistici inscribunt, de reprehensionibus fallacibus & captiosis & inscribo, & inscribendum puto. In quo quoniam inter σοφιστικὸν & ὁρισικὸν hoc ait interesse, quòd σοφιστὴς ostentationis gratia, ὁρισθὴς vincendi studio, & aliàs ἀγωνιστὴς ab eo dicitur: ob eam causam ὁρισικὸν συλλογισμὸν non solum fallacem, sed certandi etiam studio comparatam ratiocinationem, & aliis locis vincendi studio transtuli, παραλογισμὸν etiam fallacem conclusionem & captiosam voco. videtur enim mihi παραλογισμὸς cõtrarius esse συλλογισμῷ. Ita fit vt quoniam Cicero συλλογισμὸν appellat argumentum ratione conclusum, παραλογισμὸν etiam argumentum fallaciter (sic enim σοφιστικῶς, & φαινομένως Cicero mihi videtur conuertere) conclusum appellandum esse videatur. παρὰ enim in iunctis verbis falsum quiddam & præposterũ indicat, quod Ciceronis interpretatione perspici licet, qui in Oratore, orationem παρεσβευόμενον, falsæ legationis interpretatur. παραλογίζεσθαι ergo exponemus, falso, fallaci, & captioso genere argumentationis aut conclusionis vti seu capere. Quod verbum etiam in patiẽdi significatione accipitur, in qua sic exponi debet, falli & capi, captiosa & fallaci argumentatione decipi. Aristoteles in libro de Reprehensionibus captiosis & fallacibus, οἱ μὲν ὀνομάτων τὴν δυνάμεως ἄπειροι παραλογίζονται, καὶ αὐτοὶ διαλεγόμενοι καὶ ἄλλων ἀκούοντες. Est tãtum membrum orationis Sic ego, Qui verborum vim ignorant, facile & cùm ipsi disputant, & cùm alios



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

disputantes audiunt, falluntur atque capiuntur. Itaque παραλογισμὸς vno verbo captio dicitur. Cic. in. 4. Academic. Oportet igitur & ea quæ pro perspicuitate responderi possunt, in promptu habere, de quibus iam diximus: & esse armatos vt occurrere possimus interrogationibus eorum, captionesq; discutere, quod facere deinceps constitui. Paulò suprà fallaces & captiosas interrogationes appellat, ἐρωτήματα παραλογιστικὰ. Alterum est quod fallacibus & captiosis interrogationibus circunscripti atque decepti quidam, cùm eas dissoluere non possunt, desciscunt à veritate. Qui locus superiorem Aristotelis magna ex parte exponere videtur, & exponeret certè si pro interrogationibus, dixisset, conclusionibus. παραλογίζομαι enim in patiendi voce fallacibus & captiosis conclusionibus circunscriptus deceptusq; dicitur. συλλογισμὸν autem à Cicerone argumentũ ratione conclusum vocari, locus ille indicat, quẽ ex. 4. de Finib. suprà protuli, Iam argumenti ratione conclusi caput esse faciunt, &c.

## CAPVT II.

QVòd facultate in vtranque partem disputandi instructi, οἵ δυνάμενοι πρὸς ἀμφότερα διαπορῆσαι) διαλέγεσθαι Graco verbo nostrum differere par esse arbitror. Itaque Cicero Dialecticen, rationem diligentem differendi vocat initio Topicorum. Disputare idem scio efficere, sed tamen illi διαπορεῖν proprie respondet hoc loco, cùm dicat Aristoteles πρὸς ἀφότερα διαπορεῖσαι, quod non licet dicere, in vtranque partem dubitare, πρὸς ἀμφότερα ergo, & ἐπ' ἀμφότερα, & ἐφ' ἑκάτερα διαλέγεσθαι, & διαπορεῖν est quod Cicero eleganter dicit, differere & disputare in vtranque partem. Cuius rei disciplinam & Aristoteles hoc loco se his libris velle tradere confirmat, & Cicero id eum id facere tradit. Initio. 2. Tusculanæ, Itaque mihi semper Peripateticorum Academiæq; consuetudo de omnibus rebus in cõtrarias partes disserendi non ob eam causam solum placuit, quòd aliter non posset quid in vnaquaque re verisimile esset, inueniri: sed etiã, quòd esset ea maxima dicendi exercitatio, qua princeps vsus est Aristoteles, deinde eũ qui secuti sunt. In Oratore, Hæc igitur quæstio à propriis personis & temporibus ad vniuersi generis orationem traducta, appellatur thesis. In hac Aristoteles adolescentes, non ad Philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum in vtranque partem vt ornatius & vberius

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*dici poßit, exercuit. Idemque locos (sic enim appellat) quasi argumentorum notas tradidit, vnde omnis in vtranque partem traheretur oratio.*

## CAPVT IIII.

*Definitio est oratio, quæ id quod definitur, explicat quid sit,* ἔστι δὲ ὅρος μὲν λόγος, ὁ τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνων.) *Ciceronis est definitio in Topicis. Attamen hoc referendum est ad definitionem,* ὁρικὸν μέντοι καὶ τὸ τοιοῦτον θετέον.) *Hoc loco de* ἐτυμολογία, *quam Cicero notationem verbi vocat, disserit, vel certe de descriptione quã etiam definitioni attribuit Cicero in Top. Cum autem quid sit quæritur, notio explicanda est & proprietas, & diuisio & partitio. Hæc enim sunt definitioni attributa, additur etiam descriptio, quam Græci* καταγραφὴν *vocãt.* ὁρικὰ *ergo Cicero attributa definitioni vocat. Ita* γενικὰ *generis attributa appello, &* ὁρικὰ *definitioni attributa paulò infrà,* ὥστε καθόλου, τύπῳ μὲν, καθάπερ εἴρηται πρότερον, διαιρητέον, τῶν δὲ λοιπῶν τὰ μάλιστ' ἑκάστοις οἰκεῖα προσαπτέον, ὁρικά τε καὶ γενικὰ προσαγορεύοντας ταῦτα.

*Itemque hoc, idémne sit sensus, & scientia, an aliud, definitioni attributum est. In definitionibus enim, idémne sit alterũ, multus vsus est, &c.* ὁμοίως δὲ καὶ τὸ πότερον ταὐτὸν αἴσθησις, καὶ ἐπιστήμη, ἢ ἕτερον. καὶ γὰρ περὶ τῶν ὁρισμοὺς πότερον ταὐτὸν ἢ ἕτερον ἡπλείστη γίνεται διατριβή.) *Cicero hunc locum attigit in Topicis, Ex altero autẽ genere, quod erat bipartitum, vnum est de eodem & alio. vt si quæratur, quid intersit inter amicum & assentatorem, regem & tyrannum. Paulò infrà, Ad definitionem autem pertinet ratio & scientia definiendi. Atque huic generi finitimum est illud quod appellari de eodem & alio diximus. quod genus forma quædam definitionis est. Si enim quæratur, idémne sit pertinacia & perseuerantia, definitionibus iudicandum est. Ex quibus locis intelligi licet, quod Aristoteles dicit* ἕτερον, *& aliud & alterum Ciceronem dicere.*

*Quæstio autem dialectica est quæstio, &c.* πρόβλημα δέ ἐστι διαλεκτικὸν θεώρημα, *&c. multi mirabantur, me* πρόβλημα *quæstionem dicere, &* θεώρημα. *hoc posterius sic Alexander exponit. Ait enim* θεώρημα *idem valere quod* ζήτησιν. *Illud autem Cicero in Topicis, quo loco hunc totum locum imitatus est. Quæstionum autem quacunque de re sint, duo sunt genera, vnum cognitionis, alterum actionis. Cognitionis sunt*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ee, quarum finis est scientia. vt si quæratur à naturáne ius profectum sit, an ab aliqua quasi conditione hominum & pactione. Actionis autem huiusmodi exempla sunt, sit ne sapientis ad rempub. accedere. Sed quoniam res rebus comparatæ facilius intelliguntur, libet hic totum locum Aristotelis afferre, πρόβλημα δέ ἐστι διαλεκτικὸν, θεώρημα δὲ σωτήριον ἢ πρὸς αἵρεσιν καὶ φυγὴν, ἢ πρὸς ἀλήθειαν καὶ γνῶσιν, ἢ αὖ δι', ἢ ὡς σωφρονοῦν πρός τι ἕτερον. &c. Sequitur deinceps, οἷα μὲν οὖν τῶν προβλημάτων χρήσιμον εἰδέναι πρὸς τὸ ἐλέσθαι ἢ φυγεῖν, οἷον πότερον ἡδονὴ ἀγαθὸν ἢ οὔ: οἷα δὲ πρὸς τὸ εἰδέναι πόνον. οἷον πότερον ὁ κόσμος ἀΐδιος, ἢ οὔ: οἷα δὲ αὐτὰ μὲν καθ' αὐτὰ πρὸς δὲ τοῦτον τὸν. σωφρονεῖ δὲ δεῖ πρός τινα τῶν τοιούτων. Cicero in Partitionibus hoc magis verbũ ex verbo exprimit. Duo sunt, vt initio dixi, quæstionum genera. Paulò infrà, Quamobrem prius de proposito dicamus, cuius genera sunt duo. Cognitionis alterum, eius scientia est finis, vt verine sint sensus? alterum actionis, quod refertur ad efficiendum quid, vt si quæratur, quibus officijs amicitia colenda sit. Paulò infrà, Actionis autem duo sunt genera, vnum ad persequendum quid, aut declinandum, vt quibus rebus adipisci gloriam possis, aut quomodo inuidia vitetur? alterum ad aliquod commodum vsumque. Verbum enim ex verbo penè expressit, οἷα μὲν οὖν τῶν προβλημάτων χρήσιμα εἰδέναι πρὸς τὸ ἐλέσθαι ἢ φυγεῖν, vnum ad persequendum quid, aut declinandum. Non igitur Latinè loquuntur Philosophi morales, cùm prosequi dicunt. Quæ autem sit eorum locorum similitudo & dissimilitudo, intelligi potest. Simul etiam illud intelligitur, πρόβλημα quæstionem dici.

Propositum autem, sententia est admirabilis contraq; opinionẽ omnium, θέσις δ' ἐστὶ τοῦ λῆψις παράδοξος.) Cicero θέσιν aliàs propositum, aliàs consultationem dicit, ὑπόθεσιν modo causam omnino, modo causam controuersam. In Topicis, Quæstionum sunt duo genera, alterũ infinitum, alterum definitum. Definitum est, quod ὑπόθεσιν Græci, nos causam: Infinitum quod θέσιν illi appellant, nos propositum possumus nominare. Causa certis personis, locis, tẽporibus, actionibus, negotijs cernitur, aut in omnibus aut in pleriſque eorum. Propositum autẽ in aliquo eorum, aut in pluribus, nec tamen in maximis. Ibidem θέσιν consultationem appellat, quod haud scio an à quoquam sit animaduersum. Licebit igitur diligenter, cognitis locorum locis non modo oratoribus & philosophis, sed iuris etiam pe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ritis copioſe de cõſultationibus ſuis diſputare. Quod ne quis improbet, proferã locũ ex partitionibus, qui ſuperiori eſt fere par & æqualis. Duo ſunt, vt initio dixi, quæſtionum genera, quorum alterum finitum temporibus & perſonis, controuerſam cauſam appello: alterum infinitum, nullis neq; perſonis neque temporibus notatum, propoſitum voco. Sed eſt conſultatio quaſi pars cauſæ quædam & controuerſiæ. Ineſt enim infinitum in definito. Paulò infrà ita concludit, Cognita igitur omni diſtributione propoſitarum conſultationum, cõtrouerſarum cauſarum genera reſtant omnino. In quo loco θέσιν, non omnino conſultationem, ſed propoſitam cõſultationem vocauit. Multa in eandem ſententiam ſcribit in tribus libris de Oratore, multa in Oratore, quæ breuitatis cauſa omitto, & quod ſuperiores loci id de quo agitur, ſatis plane indicant. παράδοξα dicuntur à Cicerone ea quæ ſunt admirabilia, cantraque opinionem omnium. Itaq; hæc duo etiam coniunxi. In Paradoxis, Ego verò illa ipſa quæ vix in gymnaſiis & in otio Stoici probant, ludens conieci in communes locos. Quæ quia ſunt admirabilia, contraque opinionem omnium, ab ipſis etiam παράδοξα appellantur.

Ac propoſitum quidem etiam quæſtio eſt, non omnis quæſtio propoſitum, (ἔστι μὲν δὴ καὶ θέσις πρόβλημα, ὁ παρὰ δὲ πρόβλημα θέσις.) Etſi ex hoc loco intelligitur, πρόβλημα & θέσιν aliter intelligi ab Ariſtotele, atque à Cicerone quæſtionem & propoſitum (facit enim Cicero quæſtionem genus eſſe propoſiti) tamen ſatis eſt illud intelligi, quæſtionem πρόβλημα ab eo dici, & θέσιν propoſitũ & conſultationem, quod etiam initio ſecundi libri planius faciam. In priore autem libro eorum, qui ſunt de poſteriore arte iudicandi, θέσιν & ὑπόθεσιν aliter capit.

## CAPVT X.

HIS autem expoſitis, deinceps quot ſint genera argumentationum Dialecticarum dicendum eſt. Eſt autem vna, quæ Inductio, altera quæ Ratiocinatio nominatur, διωρισμένων δὲ τούτων καὶ διειλέχθαι πόσα τὸν λόγον ἔχει καὶ τὸν διαλεκτικόν, ὅτι δὲ ὁ μὲν ἐπαγωγή, ὁ δὲ συλλογισμός.) λόγον hic dici oportere non orationem, neque rationem, neque ſermonem, ſed argumentationem hinc intelligi licet: quòd ſi eorum vocabulorum alicui has duas partes ſubijciamus, inſcientiſſime faciemus. Itaque Cicero in primo de Inuentione libro hanc etiam fecit diuiſionem, Omnis igitur argumentatio, aut per inductionem tractanda eſt,



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*aut per ratiocinationem. Atque συλλογισμὸν, vt omnes Ciceronis libros euoluas, ratiocinationem dici nisi in libris de Inuẽtione non reperies. Quod suprà admonui.*

## CAPVT XIII.

*VOx enim & clara & fusca dicitur, itémque color albus & niger. Non igitur nomine discrepant, φωνὴ γὰρ λευκὴ καὶ μέλενα λέγεται, ὁμοίως δὲ καὶ χρῶμα, τοῖς μὲν οὖν ὀνόμασιν οὐδὲν διαφωνεῖ.) Quoniam vox alba & vox nigra, non dicitur Latine, hoc loco aliter est atque dicit Aristoteles. Quæ repugnantia cùm non sit apud Aristotelem, sit autem in his libris eius, quos in Latinum cõuertimus, ego scilicet culpandus venio, quasi corruptor librorũ. Ego vero omnino hunc locum prætermisissem libẽter, aut verba Græca reliquissem, quorum necessario faciundum alterutrum est, & feci iam multis locis, nisi id ex hoc vno loco qui primus est, omnes cognoscere & intelligere maluissem. Quòd si dixissem vocem albam & nigram, sensus ille quidem integer, at latina non fuisset oratio. Dicimus enim vocem claram & fuscam.*

## CAPVT XIIII.

*LOcos autem ad quorum vsum hæc accõmodanda sunt, deinceps trademus, οἱ δὲ τόποι πρὸς οὓς χρήσιμα τὰ λεγόμενα, ὅδε εἰσίν.) Cicero quoties de locis ex quibus argumenta eruuntur, loquitur, eorum Aristoteli aßignat inuentionem. Et quoniam deinceps Aristoteles locos, quorum inuentionem ei tribuit Cicero est traditurus, libèr hic quibus libris ea Cicero commemoret, docere. In Topicis, vt igitur earum quæ abscõditæ sunt demonstraro & notato loco, facilis inuẽtio est: sic cùm peruestigare argumentum aliquod volumus, locos nosse debemus. Sic enim appellatæ ab Aristotele sunt hæ quasi sedes è quibus argumenta promuntur. Itaque licet definire locum argumenti esse sedem. Hi autem loci qui ab Aristotele his libris traduntur, quàm vtiles sint & philosophis & oratoribus, docet in secundo de Oratore, hoc modo, Sed Aristoteles is quem maxime admiror, proposuit quosdam locos, ex quibus omnis argumentatio non modo ad philosophorum disputationem, sed etiam ad hanc qua in causis vtimur, inueniretur. In Oratore loquens de eo, Idemque locos (sic enim appellat) quasi argumentorum notas tradidit, vnde omnis in vtran-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*que partem traheretur oratio. Multa de iis scribit in eandem sententiam aliis libris. Sed miror Ciceronem, cùm ex his libris ad disputationem Oratorum argumentationem inueniri trahique dicat, non vsum fuisse eadem diuisione locorum, in Topicis præsertim, qua Aristoteles his libris vtitur, sed ea potius quam ille in primo de Arte rhetorica libro tradidit. Aristoteles enim his libris, quatuor proponit quædam genera, quæ non sunt propositiones neque quæstiones, quæ eiusmodi esse ait, de quibus omnis instituatur oratio & disputatio. Itaque vocat locos accidentis, vel ex accidente, ex genere, ex proprio, ex definitione. Cicero autem in Topicis, locorum facit duo genera, & partes plures generum singulorum. Sed ex his in quibus argumenta inclusa sunt, alij in eo ipso de quo agitur, hærent, alij assumuntur extrinsecus. Tum diuidit hæc duo genera in plures partes. Eadem vtitur diuisione in Partitionibus, & in Oratore pluribus locis, in quibus omnibus illam quæ est apud Aristotelem in primo de Arte rhetorica, secutus est partitionem,* τῶν δὲ πίστεων αἱ μὲν ἄτεχνοί εἰσιν, αἱ δὲ ἔντεχνοι. ἄτεχνα δὲ λέγω, ὅσα μὴ δι' ἡμῶν πεπόρισται, ἀλλὰ προϋπῆρχεν, οἷον μάρτυρες, βάσκανοι, συγγραφαί, ἔντεχνα δὲ ὅσα διὰ τῆς μεθόδου καὶ δι' ἡμῶν κατασκευασθῆναι δυνατὸν, ὥστε δεῖ τούτων τοῖς μὲν χρήσασθαι, τὰ δὲ εὑρεῖν. *Sed quoniam hunc locum totum pene verbum ex verbo expreßit Cicero in secundo de Oratore libro, vt infinitos alios, non erit alienum hic eum subiicere. Ad probandum autem duplex est oratori subiecta materies, vna rerum earum, quæ non excogitantur ab oratore sed in re proposita ratione tractantur, vt tabulæ, testimonia, pacta, conuenta, quæstiones, leges, senatusconsulta, res iudicatæ, decreta, responsa, & reliquæ si quæ sunt, quæ non ab oratore pariuntur, sed ad oratorem à causa atque è reis deferuntur. Altera est, quæ tota in disputatione & argumentatione oratoris collocata est. Ita in superiore genere de tractandis argumentis, in hoc autem etiam de inueniendis cogitandum est. Quo ex loco facile perspici potest, ita in conclusione valere idem quod* ὥστε. *Illud etiam quod sæpe vsurpaui in his libris transferendis, quódque haud scio an quisquam adhuc animaduerterit, Tractare argumenta & argumentationem esse Græce* χρήσασθαι τοῖς ἐπιχειρήμασι, καὶ ταῖς πίστεσι. χρῆσιν *autem vsum licebit dicere. Itaque Quintilianus caput facit de vsu argumentorum. Cicero vocat tractationem, cui verbo apud Græcos par est* σκέψις. *In 3. huius operis,* διχῶς δὲ ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι ἡ σκέψις, καὶ γὰρ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

πρότερον καὶ ὕστερον ἕπεται. *Quis enim erit sensus, si dicas, dupliciter à consequentibus fit consideratio? Dicedum est igitur, Duplex est autem loci ex consequentibus tractatio. Itaque* σκέπτεσθαι, σκοπεῖν, ὁρᾷν, *& si qua sunt similia, sæpe in his libris verto, ducere, elicere, trahere argumenta,* ὁρᾷν *id significare, vel hic locus qui est in tertio indicat,* ἔτι ὅταν δύο τινὰ ἢ σφόδρα ἀλλήλοις παραπλήσια, καὶ μὴ δυνώμεθα ὑποροχὴν μηδὲ μίαν συνιδεῖν τοῦ ἑτέρου πρὸς ἕτερον, ὁρᾷν ἀπὸ τῶν παρεπομένων. *Nam sequitur loci tractatio,* ᾧ γὰρ ἕπεται μεῖζον ἀγαθὸν, τοῦθ' αἱρετώτερον. σκοπεῖν *idem valere ex hoc loco secundi libri perspici potest,* μὴ εὐπορῶν τι δὲ ἐπιχειρήματος πρὸς τὴν θέσιν, σκοπεῖν ἐκ τῶν ὁρισμῶν, *Sed vt ad rem redeam, miror inquam Ciceronem in Topicis præsertim, quæ dum scriberet hos sibi libros proposuit, non ea vsum esse diuisione locorum, quam Aristotelem adhibere animaduerteret. Aristoteles quidem alterum genus quod vocat* ἄτεχνον, *ab hac arte reiecit, quam his libris tradit: vnum, quod dialectici arte paritur, retinuit. Idemque quicquid de eo quod in disputationem incideret, diceretúrue, id omne nominibus certis appellauit. Quatuor enim numero esse voluit, genus, proprium, definitionem, & accidens. Cicero autem & vtrunque genus, vt intelligi potuit, retinuit, & id quod conuenire ei de quo ageretur, vel quæreretur, vel disseretur, nullo certo appellauit nomine. Ita fit, vt Cicero vnum tantum locorum ordinem disposuerit, eum quem ad id de quo ageretur, accommodari oporteret. Aristoteles qui quatuor nominibus id quod conueniret ei de quo ambigi posset, declarasset, parem ordinem locorum ijs rebus, quæ ijs de quibus ageretur, conuenirent, necesse habuit disponere. Nam cum hoc primo libro quicquid ei de quo quæreretur, quod subiectum Dialectici appellant, conueniret, id omne vno aliquo illorum quatuor contineri, & inductione & ratiocinatione, quæ per enumerationem tractatur, conclusisset, locos deinceps ex quibus argumenta nobis suppetant ad quatuor illa probanda conuenire, aut non conuenire rei, qua de ageretur proponere debuit.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

# Annotationes in li-

## BRVM SECVNDVM.

### CAPVT I.

QVæstiones autem partim vniuersæ sunt, partim singulæ. vniuersæ sunt hæ, Omnis voluptas in bonis est. Nulla voluptas in bonis est. Singulæ hæ, Est quædam voluptas in bonis Quædam voluptas non est in bonis. Vtrunque autem genus quæstionum vniuersis quæstionibus, quæ & ad confirmandum & ad infirmandum valent, continetur. Si enim docuerimus aliquid in totum genus cadere, etiam in partem aliquam cadere ostenderimus, &c. ἔστι γὰρ τῶν προβλημάτων τὰ μὲν καθόλου, τὰ δὲ κατὰ μέρος, καθόλου μὲν οἷον, ὅλῃ πᾶσα ἡδονὴ ἀγαθόν, καθ' ὅλου δὲ ἡδονὴ ἀγαθόν. ἔστι δὲ πρὸς ἀμφότερα τὰ γένη τῶν προβλημάτων κοινὰ τὰ καθόλου καὶ κατασκευαστικὰ καὶ ἀνασκευαστικά, δείξαντες γὰρ ὅτι παντὶ ὑπάρχει, καὶ ὅλῃ τινὶ ὑπάρχει, δεδειχότες ἐσόμεθα.) Cicero in Oratore hunc locum magna ex parte conuertit. Latius enim de genere quàm de parte disceptare licet, vt quod in vniuerso sit probatum, id in parte non sit probari necesse. Hæc igitur quæstio à propriis personis & temporibus ad vniuersi generis orationem traducta, appellatur θέσις. In hac Aristoteles adolescentes, non ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum in vtranque partem vt ornatius & vberius dici possit, exercuit. Vocat ergo Cicero τὸ καθόλου, vniuersum genus, & τὸ κατὰ μέρος, partem generis, & τὸ πρόβλημα τὸ καθόλου, vniuersi generis quæstionem, & δεικνύναι probare, δεικνύναι ὅτι παντὶ ὑπάρχει. probare aliquid in toto & vniuerso genere, δεικνύναι ὅτι τινὶ ὑπάρχει, probabare aliquid in parte. Quod autem Cicero dicit, Traducere quæstionem à propriis personis & temporibus ad vniuersi generis orationem, Aristoteles ait, φεύγειν τὸ καθόλου φορᾶν οὐσι Μομ Θεσις. In septimo libro huius operis, ὡς δ' ὅτι μάλιστα φευγειν τὸ καθόλου φορεῖν οὐδ' συλλογισμὸς, ἀείτε δεῖ σκόπειν, οὐ λόγος, εἰ τὸ πλεόνων κοινῶν διαλέγονται. Sequitur locus alter quem Cicero multis locis expressit, πάντες γὰρ οἱ κατὰ μέρος, ἢ καθόλου διαλεγμένοι εἰσὶ, καὶ οὐκ εἰσὶν οἱ τὴν καθ' μέρος,



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ἡ τῶν καθόλου ἀπόδειξις, διὰ τὸ μὴ εἶναι συλλογίζεσθαι μηδὲν ἄνευ τῶν καθόλου. *In Partitionibus loquēs de generibus quæstionum. Sed est, inquit consultatio quasi pars causæ quædam, & controuersiæ. Inest enim infinitum in definito, & ad illud tamen referuntur omnia. Hoc dicit sæpe Cicero, propositum esse partem causæ, cùm contra videatur. Quod suprà dixit Aristoteles,* φέρειν εἰς τὸ καθόλου, *verbum è verbo pene dicit Cic. in.3. de Orat. Cōferre se ad vniuersi generis vim. Ornatißimæ sunt igitur orationes eæ, quæ latißime vagantur, & à priuata ac singulari controuersia se ad vniuersi generis vim explicandā conferunt atq; cōuertunt. Traducere autē ad vniuersi generis quæstionē,* ἄγειν τῶν τὸ καθόλου. θέσιν *autem idem valere apud Aristotelem interdum, quod* πρόβλημα, *ipse hoc libro dicit. Hanc autem diuisionē quæstionum, qua hic vtitur Arist. à Cicerone in Topicis vsurpatam puto his verbis, Quæstionum duo sunt genera, alterum infinitum, alterum definitum. Definitum est quod* ὑπόθεσιν, *Græci, non causam: Infinitum, quod* θέσιν *illi appellant, nos propositum possumus nominare. Nam quas vocat Aristoteles quæstiones* προβλήματα τὰ καθόλου, *sunt* θέσεις: *quas,* τὰ τῶν μέρους, *sunt* ὑποθέσεις.

*Nihil enim horum potest aliqua ex parte conuenire,* οὐδὲν γὰρ τούτων ἐνδέχεται κατὰ τι ὑπάρχειν.) *Docui in libro de Interpretatione, quod barbarè dicerent philosophi, secūdum quid, vt Petrus est albus secundū quid, dici à Cicerone quadam ex parte, & ab Aristotele* κατὰ τι, *cuius contrarium est* καθόλου, *quod Cicero diceret omnino & totum. Hoc etiam* καθόλου *vt est aduerbium, Cicero exponit ex omni genere. In secundo de Inuētione, Stultitia est immensæ gloriæ cupiditas, est hæc quidem stultitia, sed ex parte quadam, non ex omni genere definita. Illud ergo* τῶν *ferè ex dici debet, cùm accusandi casum habet, quod alio loco docui.*

*Sæpe enim tradita definitione non intelligimus quod quæritur,* πολλάκις ὅλου μὲν τῶν λόγων ἀπροσθέντος, οὐ δῆλον ὃ ζητούμενον.) τὸ ζητούμενον *Cic dicit & id quod quæritur, & id de quo quæritur. Raro Aristo. hoc verbo vtitur in hac re,* προκείμενον *dicit sæpius, quod verbū Cicero alias id quod agitur, aliàs id de quo agitur, aliàs id de quo ambigitur. In Top. Sed ex his locis in quibus argumēta inclusa sunt, alij in eo ipso de quo agitur hærēt, alij assumūtur extrinsecus.* τὸ κρινόμενον *sic exponit in eodē lib. sed quod ad Trebatiū Iurisperitū scriberet, Sed quæ ex statu contentio efficitur, eā Græci* κρινόμενον *vocāt, mihi placet id, quoniā quidem*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ad re ſcribo, qua de re agitur, vocari. Ni forte hoc totum, Qua de re agitur verbum eſt Iuriſperitorũ, πεινόμενον oratorũ, & πρωτέμενοι philoſophorũ. Nam πεινόμενον in. 2. de Orat. appellat id quod in iudiciũ venit. Nulla deniq; eſt cauſa, in qua id quod in iudiciũ venit, ex reorũ perſonis, ac nõ generũ ipſorũ vniuerſa diſputatione quæratur. Itaq; & ζητούμενον interdũ id quod vocatur in quæſtionẽ nominat, & πρωτέμενον id quod incidit in diſputationẽ, τὸ πρωτέμενον vocat etiam rem quæ propoſita eſt. In Topicis, Atq; etiam definitiones aliæ ſunt partitionum, aliæ diuiſionũ: partitionum, cùm res ea quæ propoſita eſt quaſi in membra diſcerpitur.

Primũ videndũ eſt, an id quod alio modo dicitur, p accidẽti explicarit, quod peccatũ in genere verſatur maximè, Εἰς μὴ δὴ τοπος, & ἐπιβλέπειν εἰ δι' καθ' ὅλου ζητά ζοδον ὑπάρχον, ὡς οι μεθοδικὸς ἀρχὴ δέδωκεν, ἁμαρτανέτω ὃ μάλιστα ζῆτον ωφελιτὰ γένη.) Quoniã ſuprà Ariſto. dixit ſe velle tradere locos, ex quibus ꝓpoſita quacũq; re ad diſputãdũ, argumẽta depromemus ad eã probãdã aut refellẽdã, quoniã docuit quatuor eſſe de quib⁹ cõſtitueretur diſputatio, in hoc. 2. lib. inſtitutũ ſuũ perſequitur, ac primũ accidẽtis locos tradit. Quoniãq; ſuprà dixi Ariſtotelẽ coactũ eſſe ob eã cauſam quatuor locorũ ordines, q ad quatuor illa genera adhiberẽtur, proponere, Ciceronẽ antẽ vnũ ſolũ: hic liber ſigillatim vtriuſq; locos inter ſe cõferre, vt quid Cicero ab Ariſtotele mutuatus ſit in Top. qua in re ab illo diſceſſerit, intelligatur. Quod niſi in hoc ſecũdo, & proximo non inſtitui facere. Nã principio. 4. lib. ipſe Ariſt. de ijs ſe profitetur eſſe dicturũ, quæ raro incidũt in diſputationẽ: tradit enim elemẽta definiẽdi. Cic. autẽ nihil aut certè perpauca ex ijs libris mutuatus eſt: loc⁹ igitur quẽ hic tractat Ariſt ex genere ducitur, q quidẽ ſolũ ad refellendũ valet. & quoniã paulo infrà locũ generis tradet eũ q ad cõfirmãdũ valebit, eo loco apti⁹ id fieri poſſe iudico.

Alter locus eſt, Si videas, id ne quod dictũ eſt, in totũ genus cadat, an in partẽ nullã. Quod in formis videndũ eſt, nõ in infinitis. Sic enim via & ratione tradetur, in paucioribuſq; cõſiſtet tractatio, &c. ὅλος ζῆτος τὸ ἐπιβλέπειν οἷς ὑπαρχειν, ἢ πᾶσιν ἢ μηδενὶ ἐᾶειν. σκοπεῖν ὃ καθ' εἷς δή, ἢ μὴ οὐ ζῆς ἀπείροις. ὁδῷ δ' μᾶλλον ἢ οὐ ἐλάττοσιν σκέψις &c. Hũc locũ vocat Cic. ex partib⁹ totius, et ab enumeratiõe, in Top. Sed ad id totũ de quo diſſeritur, tũ definitio adhibetur, &c. tũ partiũ enumeratio, quæ tractatur hoc mõ, Si neq; cẽſu, neq; vindicta, neq; teſtamẽto liber factus eſt, nõ eſt liber: neq; eſt vlla earũ rerũ: nõ eſt igitur liber. Cic. quidẽ quia ad Trebatiũ



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Iurisperitum scribebat, è iure exempla petenda censuit. Aristoteles autem quia locos dialecticorum & philosophorum tradebat, eorum etiam exemplis vsus est. Quemadmmodum ergo in proposito exemplo illa intentio seu propositio intelligitur, Titius est liber, sic hoc loco Aristoteles causam differendi hanc subiicit, Scientia versatur in contrariis rebus. Et quoniam contrariorum multæ sunt partes, monet, vt in aliquáne parte, an in nulla ita reperiatur videamus. Sic ergo Cicero si philosophorum vsus fuisset exemplis, aut ad philosophum Topica scripsisset, hunc locum hoc modo tractare potuisset, Si ars aut scientia nec in iis quæ cum aliquo conferũtur, neque in aduersis, neque in aientibus & negantibus, neque in priuantibus versatur, ars eadem in contrariis non versatur: nulla autem est earum rerum non versatur igitur ars eadem in rebus contrariis. Quòd si, inquit, propositio negetur, & in aduersis eadem versari dicatur aut in alijs, tum aduersa alias in partes, etiam vsque ad individuas tribuenda sunt. De aduersis hoc modo, Si neque in rebus iustis, neque in iniustis versatur, &c. Aristoteles quidem ait hunc locum & ad confirmandum quid, & ad infirmandum valere. Cicero neque ait, neque negat, sed superius tantummodo exemplum proponit, quod quidem solum ad refellendum valet. Quod autem præcipit Aristoteles his verbis, quæ subieci, σκοπεῖν δὲ καθ' εἴδη, καὶ μὴ οἷ τοῖς ἀπείροις, id puto adumbrasse Ciceronem in Topicis. Diuisione autem sic vtẽdum est, nullam vt partem relinquas, vt si partiri velis tutelas, insciente facias, si vllam prætermittas. At si stipulationum aut iudiciorum formas partiare, non est vitiosum in re infinita prætermittere aliquid: quod idem in diuisione vitiosum est. Formarum enim certus est numerus, quæ cuique generi subiiciantur. Partium distributio sæpe est infinitior, tanquam riuorum à fonte deductio. Facit his verbis interesse aliquid inter diuisionem & partitionem. Diuisioni formas subiicit, quæ certe sunt, partitioni partes. Itaque Aristoteles dixit, σκοπεῖν καθ' εἴδη, (εἴδη autem formas Cicero nominat) μὴ μὴ οἷ ἀπείροις, quales sunt partes formarum, id est, individua. Itaque Aristoteles multis locis τὰ καθ' ἕκαστα, id est, res singulas, vocat τὰ μόρια ἢ μόρη: & μερίζω partior est Latine.

Alius locus ducitur ex definitione accidentis & rei cui id accidit, vel vtriusque vel alterius. In quo id considerãdum est, nunquid in definitionibus non verum pro vero sumptum sit. veluti si quæratur, Deinsne iniuriam faciat, constituendum est quid sit iniuriam facere, &c. ΑΜΘ, τὸ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

λόγους ποιεῖν τοῦ τε συμβεβηκότος καὶ ᾧ συμβέβηκεν. ἢ ἀμφοτέρων καθ' ἑκάτερον, ἢ τοῦ ἑτέρου· εἶτα σκοπεῖν, ἄ τι μὴ ἀληθὲς ἐν τοῖς λόγοις ὡς ἀληθὲς εἴληπται. οἷον, εἰ ἐστὶ θεὸν ἀδικεῖν, τί τὸ ἀδικεῖν.) *Locus hic ex definitione appellatur. Cicero in Topicis, Sed ad id totum de quo disseritur, tum definitio adhibetur, quæ quasi inuolutũ euoluit id de quo quæritur. Eius argumenti talis est formula, Ius ciuile est æquitas constituta iis, qui eiusdem ciuitatis sunt, ad res suas obtinẽdas. Eius autem æquitatis vtilis est cognitio. Vtilis est ergo iuris ciuilis scientia. Hoc exemplum valet ad probandum iuris ciuilis vtilem esse scientiam, si id quæratur, aut si negetur. Quod ad locũ hunc Aristotelis transferri licet vt si quæratur, Deúsne iniuriam faciat. aut id ponatur, constituẽdum est quid sit iniuriam facere hoc modo, Iniuriam facere est sponte & voluntate sua nocere: Deus autem nocere non potest: Deus igitur iniuriam facere non potest. Eodem modo si ponatur sapiẽs inuidus esse, sic constituendum est quid sit inuidia, & quis sit inuidus. Inuidia est ægritudo ex rebus secundis alicuius boni viri. Non cadit autem eiusmodi perturbatio in sapientem: Non est igitur sapientinuidus, vel, ne inuidia quidem igitur cadit.*

*Vt autem contraria in eadem re cerni doceamus, genus spectare debemus, veluti si volumus confirmare in sensu versari integritatem & deprauationem: Si sentire iudicare est, & iudicare licet recte & non recte: certe in sensu integritas & prauitas versetur necesse est. Qui locus ex genere ducitur. Iudicare enim genus est sentiendi, quoniam qui sentit quodam modo iudicat.* πρὸς δὲ τὸ δεῖξαι τἀναντία τῷ αὐτῷ ὑπαρχόντα, σκοπεῖν ἐπὶ τοῦ γένους. οἷον εἰ βουλόμεθα δεῖξαι ὅτι ἐστὶ περὶ αἴσθησιν ὀρθότης καὶ ἁμαρτία, τὸ δὲ αἰσθάνεσθαι, κρίνειν ἐστί. κρίνειν δέ ἐστιν ὀρθῶς καὶ μὴ ὀρθῶς, καὶ περὶ αἴσθησιν ἂν εἴη ὀρθότης καὶ ἁμαρτία. νῦν μὲν οὖν ἐκ τοῦ γένους περὶ τὸ εἶδος ἡ ἀπόδειξις. τοῦ γὰρ κρίνειν γένος τοῦ αἰσθάνεσθαι. ὁ γὰρ αἰσθανόμενος κρίνει πως.) *Hic locus à genere ducitur: sed solum ad vnam rem valet. Cicero hunc tractat hoc modo in Topicis, A genere sic ducitur, Quoniam argentum omne mulieri legatum est, non potest ei pecunia, quæ numerata domi relicta est, non esse legata. Forma enim à genere quoad nomen suum retinet, nunquam seiungitur. Numerata autem pecunia nomen argenti retinet, legata igitur videtur. In hoc exemplo intelligitur hæc quæstio. Num pecunia numerata sit legata mulieri? Proponamus igitur licet causam disserendi, quam Aristoteles*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ponit, vt tractemus argumentationem, An integritas & prauitas in sensu versentur? Sic ducetur à genere argumentatio. Quoniam iudicare licet integrè & corruptè, sentire etiam licet integrè & corruptè: Sentire enim iudicare est: Iudicare autem licet integrè & corruptè: Sentire igitur integrè & corruptè licet. Vel hoc modo, Iudicare integrè & corruptè licet. Sentire autem iudicare est, Sentire igitur licet integrè & corruptè. Hoc loco illud monebo, quoniam in tractanda argumentatione apud Ciceronem inueniri tantummodo in superiori exemplo, quod ab Aristotele mutuatus est, apud quem ἐπεὶ in argumentis scriptum est sæpissime. In quinto quidem libro omnibus prope argumentis adhibetur, & οἷον præponitur, quod verbum variis modis vt Cicero, interpretatus sum, aliàs, hoc modo: aliàs, sic: modo, Eius loci tractatio est talis: Cuius loci argumentum est eiusmodi. Cicero in Topicis, Tum partium enumeratio, quæ tractatur hoc modo, Si neque censu, &c. Tum notatio, cùm ex vi verbi argumentum aliquod elicitur, hoc modo, Cùm lex AElia, &c. Hæc verborum coniugatio συζυγία dicitur, ex qua huiuscemodi est argumẽtum, Si compascuus est ager, &c. A genere sic ducitur, Quoniam omne argentum. Ego, quoniam plenus est quintus liber huiusmodi exemplorum, vnum tantum proferendum putaui, ἔπειτα ἐκ τῶν ἀντικειμένων σκεπτέον ἐστί. πρῶτον μὲν ἐκ τῶν ἐναντίων, ἀνασκευάζοντα μὲν, εἰ τοῦ ἐναντίου μὴ ἐστὶ τὸ ἐναντίον ἴδιον: οὐδὲ γὰρ τοῦ ἐναντίου ἔσται τὸ ἐναντίον ἴδιον. οἷον, ἐπεὶ ἐναντίον ἐστὶ δικαιοσύνη μὲν ἀδικίᾳ, τῷ βελτίστῳ δὲ τὸ χείριστον, οὐκ ἐστὶ δὲ τῆς δικαιοσύνης τὸ βέλτιστον ἴδιον, οὐκ ἂν εἴη τῆς ἀδικίας τὸ χείριστον ἴδιον: Sic ego, Ex contrariis multa argumenta in vtranque partem elici possunt. Primum ex contrariis, quæ aduersa dicuntur, erit in refutatione, quando contrarij non est contrarium proprium: neque enim contrarij contrarium futurum, hoc modo: Si iustitia iniustitiæ contraria est, & optimo id quod est deterrimum: iustitiæ autem optimum non est proprium: non erit iniustitiæ quod deterrimum est, proprium.*

*A forma etiam generis duci potest Quæ enim speciei accidunt, eadem etiam in genere intelliguntur omnia hoc modo: Si sciẽtia bona est & mala, affectio etiam recta sit & praua necesse est: siquidem affectio genus est scientiæ. Ac prior quidem locus vitiosus est, si ad confirmandum adhibeatur, alter verus & commodus. neque enim necesse est, quæcunque generi accidant, eadem speciei accidere. quandoquidem animal est pennige-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

rum & quadrupes, homo non item. Omnia autem quæ cadunt in speciem, eadem necesse est cadere in genus. Si enim homo sit probus, animal etiam probum. In refellendo cõtrà, prior locus verus est, alter vitiosus. Nam & quæ generi non accidunt, speciei accidere non possunt: & quæ in speciem non cadunt, ea non necesse in genus non conuenire. πάλιν δ' ἐκ τοῦ εἴδους τῷ γένει. ὅσα γὰρ τῷ εἴδει ὑπάρχει, καὶ τῷ γένει. ὅλον, εἰ ὄστιν ἐπιστήμη φαύλη, καὶ ἀγαθαία, καὶ διάθεσις ὄστι φαύλη, καὶ ἀγαθία. ἡ γὰρ διάθεσις, τοῦ ἐπιστήμης γένος. ὁ μὲν οὖν πρότερος τόπος λύσις ἐστὶ κατασκευάσαι. ὁ δὲ δεύτερος, ἀληθής. ὃ γὰρ ἀναγκαῖον, ὅσα τῷ γένει ὑπάρχει, καὶ τῷ εἴδει ὑπάρχειν. ζῷον μὲν γάρ ὄστι πτηνὸν καὶ πτερωτόν, ἀνθρωπος δ' οὔ. ὅσα δὲ τῷ εἴδει δεῖ ὑπάρχει, ἀναγκαῖον καὶ τῷ γένει, εἰ γάρ ὄστιν ἄνθρωπος ἀγαθός, καὶ ζῷόν ὄστι ἀγαθόν, πρὸς δὲ τοῦτο ἀναιρεῖν, ὁ μὲν πρότερος ἀληθής, ὁ δὲ δεύτερος ψεῦδος. ὅσα γὰρ τῷ γένει οὐχ ὑπάρχει, οὐδὲ τῷ εἴδει, ὅσα δὲ τῷ εἴδει μὴ ὑπάρχει, οὐκ ἀναγκαῖον τῷ γένει μὴ ὑπάρχειν.) *Hunc locum Cicero à forma. Quintilianus à specie, appellat. Et quoniam Quintilianus libro. 5. hunc locum magna ex parte expressit, eius verba subiicienda censui. Genus ad probandam speciem minimum valet, plurimum ad refellendam. Itaque non quia est arbor, platanus est: at quod non arbor, vtique platanus non est. Nec quod non est virtus, vtique potest esse iustitia. Paulò infrà, Contra species firmam probationem habet generis, infirmam refutationem. Nam quod iustitia est, vtique virtus est: quod non est iustitia, potest esse virtus, vt si est fortitudo, continentia, constantia. Nunquam itaque tolletur à specie genus nisi omnes species, quæ sunt generi subiectæ, remouebãtur, hoc modo: Quod neque immortale est neque mortale, animal non est. Hæc quidem ille. Cicero autẽ in Top. tractans argumentũ à forma, relicto eo exẽplo, quod ad hunc locum pertinet, alterũ quod ad proximũ locum spectat, subiicit. Scribit enim his verbis, A forma generis, quæ interdũ quo planius accipiatur, partes enumerare licet, hoc modo: Si ita Fabiæ pecunia legata est à viro, si ea vxor materfamilias esset, si ea in manũ viri non cõuenerat, nihil debetur, Gen⁹ est enim vxor: eius duæ formæ, vna matrũfamilias, hæ sũt quæ in manũ conuenerũt: altera earũ quæ tantũmodo vxores habẽtur. Qua in parte cùm fuerit Fabia, legatũ ei nõ videtur. Hæc Cic. Vt autẽ ad hũc locũ pertineat, tractari potest, vt ex forma genus concludatur, hoc modo: Si materfamilias honesta est & improba, vxor etiã honesta est & improba.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Est enim vxor matris familiâs genus. Et locus est, Quæ formæ conueniunt, ea etiam generi conuenire debent. Aristotelis planus est locus, Si scientia bona est & mala, etiam affectio bona & mala est. Cicero igitur reliquit exemplum huius loci proprium, quod ipse indicat, cùm ait, A forma generis, quæ interdum quo planius accipiatur, partes enumerare licet. Cùm enim addit illud interdum, profectò dat significationem crebrioris tractationis, quam hoc loco Aristoteles adhibuit.*

*Quoniam autem necesse est, in quibus genus dicitur, in iis etiam speciem aliquam dici, quæcunque etiam genus habent, aut quæ à genere nomen duxerunt, eandem etiam speciem aliquam retineant necesse est, aut nomen ab aliqua specie ducant: veluti si de aliquo scientia dicatur, certè de eodem vel grammatica dicetur, vel musica, vel aliqua scientia, &c.* ἐπεὶ δ' ἀναγκαῖον, ὧν δὲ γένος κατηγορεῖται, καὶ τὴν εἰδῶν τι κατηγορεῖσθαι, καὶ ὅσα ἔχει τὸ γένος, ἢ πρωνύμως ἀπὸ τοῦ γένους λέγεται, καὶ τὴν εἰδῶν τι ἀναγκαῖον ἔχειν, ἢ πρωνύμως ἀπὸ τινος τῶν εἰδῶν λέγεσθαι, οἷον εἰ τινὸς ἐπιστήμη κατηγορεῖται, καὶ γραμματικὴ ἢ μουσικὴ, ἢ τῶν ἄλλων τις ἐπιστημῶν κατηγορήσεται.) *Locus hic à genere ducitur ex toto persequendo partes. Sic enim à Cicerone appellatur. In Topicis, Commodè etiam tractatur hæc argumentatio, quæ ex genere sumitur, cum ex toto persequare partes, hoc modo, Si dolus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur, enumerare licet quibus id modis fiat, deinde in eorum aliquem, id quod arguas dolo malo factum, includere, quod genus argumenti in primis firmum videri solet. Exemplum etiam quod de legata pecunia superiore loco à Cicerone sumptum subieci, eandem vim habet, vt mihi quidem videtur. Persequitur enim ex toto & genere partes per enumerationem. Suscipit hoc probandum, Fabiæ nihil de pecunia legata ex testamento deberi. Quod planius dicetur hoc modo, Si Fabiæ vxori ex testamento debetur pecunia legata à viro, Fabia materfamilias est: Non est autem Fabia materfamiliâs: nihil igitur ei de legata pecunia à viro ex testamento deberi videtur. Ita tractatus locus ad superiorem pertinet. Partes sic enumerare licet, Si Fabiæ pecunia legata à viro debetur, aut quia vxor est tantummodo, aut quia materfamiliâs: non quia tantùmodo vxor, quoniam ex testamento debetur ei, quæ sit materfamiliâs: nec quia materfamiliâs, cùm in ea parte non fuerit Fabia: nihil igitur ei deberi videtur. Quanquam in superiore partes intelliguntur. Cicero quidem hunc locum*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ad confirmationem transtulit, neque tamen, an in hanc solum partem an ne in vtranque valeat explicauit. Aristoteles autem hunc valere locum in vtranque partem ait. Tractemus igitur id quod suscipit refellendum. Animum non moueri. Si animum nec crescit, nec imminuitur, nec oritur, nec interit, nec immutatur, nec locum mutat, nō mouetur: Non agitatur autem vllo horum generum: Non igitur mouetur. Propositio etiam hic esse potest in illa argumentatione, Si animus mouetur, is aut crescit, aut imminuitur, aut, &c.*

*Videndum etiam est, cui res proposita adiuncta sit, aut quid necessario, res proposita si sit, vnà secū esse velit, &c.* σκοπεῖν δὲ καὶ τῷ προκειμένῳ, τίνῳ ὄντῳ, ὅτι προκείμενόν ἐστιν. ἢ Τί ἐστιν ἐξ ἀνάγκης, εἰ τὸ προκείμενόν ἐστι.) *Hic locus à consequentibus ducitur. Græcè autem* ἀκόλουθα *vocantur, vel auctore Aristotele, qui explicans hunc locum paulò infrà, eo vocabulo vtitur, his verbis,* ἐαν γὰρ δείξωμεν τὸ ἀκόλουθον τῷ προκειμένῳ μὴ ὂν, ἀνῃρηκότες ἐσόμεθα τὸ προκείμενον. *Itaque in secundo libro artis rhetoricæ,* ἐκ τῶν ἀκολουθούντων *hunc locū nominat. Quintilianus eodem appellat nomine, quem secutus sum in hoc loco explicando. Eadem enim vt ille, sic ego consequētia & adiūcta voco. Hæc sunt verba eius, Ex consequētibus siue adiunctis, Si iustitia est bonum, rectè iudicandum, &c. Paulò infrà, Sed consequentia dico* ἀκόλουθα: *est enim consequens sapientiæ bonitas. Cicero autem inter consequentia & adiuncta vult interesse aliquid. Et quoniam verba eius hunc locum ex consequentibus esse, perspicue docent, ea subieci, Deinceps est locus Dialecticorum proprius ex consequentibus & antecedentibus repugnantibus, qui etiam ab adiunctis longe diuersus est. Nam adiuncta de quibus paulo ante dictū est, non semper eueniunt: consequentia autem semper. Ea enim dico consequentia, quæ rem necessario consequuntur. Hunc locum à consequentibus tractat Aristoteles paulo infra diffusius. quo loco monet, vt eum qui respōdet ad locum consequentium traducamus, si apte id fieri potest. Sed si quis eius propriam tractationem requirit, multo vberiorem & copiosiorem infra in loco à contrariis offendet. Nunc ad alia veniamus,*

*Atque etiam argumentum ducendum est à notatione verbi, quæ multo aptior sit, quàm verbum quod sit vsitatū, veluti* δύψυχον *non fortem, vt tritum est, sed eum qui bene animo sit affectus, & cōfidentem eum qui bona expectat, &c.* Ἐκ τοῦ ἐπιχειρεῖν μεταφέροντα τὸ νόμα ἐπὶ τὸν λό-



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

χον, ὡς μάλιστα προσῆκον ἐκλαμβάνειν, ἢ ὡς κεῖται τοὔνομα. οἷον, εὖ ψυχον μὴ τὸν ἀνδρεῖον καθάπερ κεῖται, ἀλλὰ τὸν εὖ τὴν ψυχὴν ἔχοντα, καθάπερ καὶ εὖ ἐλπιν, τὸν ἀγαθὰ ἐλπίζοντα.) *Hunc locum formam esse eius, quem notationem verbi appellat Cicero, hinc perspici licet, quòd totus positus est in expositione & interpretatione verbi. Hic à Cicerone in Topicis hoc modo explicatur, Multa enim ex notatione sumuntur, ea autem cum ex vi nominis argumentum elicitur, quam Græci, ἐτυμολογίαν vocant, id est verbum ex verbo veriloquium: nos autem nouitatem verbi non satis apti fugientes, genus hoc notationem appellamus, quia sunt verba rerum notæ. Itaque hoc idem Aristoteles σύμβολον appellat, quod Latine est nota. Tum affert exemplum postliminij, vt initio libri, assidui. Assiduus enim locuples, vt ait Aelius, appellatus est ab ære dando. Ego in libro de Interpretatione docui σύμβολον dici ab Aristotele, quod hoc loco Cicero appellat notam, eumque ex eo libro id sumpsisse monstraui.*

*Quoniam autem sex modis inter se contraria iunguntur, & quatuor solum modis iuncta repugnantiam efficiunt: sumenda sunt contraria vt commodum erit, & ei qui confirmandi & ei qui resellendi partes tuebitur, &c.* ἐπεὶ δὲ τὰ ἐναντία συμπλέκεται μὲν ἀλλήλοις ἑξαχῶς, ἐναντίωσιν δὲ ποιεῖ τετραχῶς συμπλεκόμενα, δεῖ λαμβάνειν τὰ ἐναντία, καὶ ὅπως ἂν χρήσιμον ᾖ ἀναιροῦντι καὶ κατασκευάζοντι.) *Locus hic proprius est eorum contrariorum, que aduersa à Cicerone appellantur. Quo quidem in loco quoniam reperi locum eum quem maximã vocant, quem etiam Cicero transtulerit, vtriusq; verba subiicienda censui. Ciceronis quidem verba sunt in Topicis cum tractat hũc locum, Vt si hoc est, illud non est. Quid enim opus exemplo est, tantum intelligitur argumento quærendo, Contrariis omnibus contraria non conuenire. Aristoteles paulo infrà,* εἰ γὰρ τοῦτο ὑπάρχει, ἐκεῖνον οὐκ ἂν ὑπάρχοι. ἀδύνατον γὰρ τἀναντία ἅμα τοῦ αὐτῷ ὑπάρχειν. *Ex quibus locis inter se coniunctis illud perspici licet,* ὑπάρχειν *& esse & cõuenire à Cicerone conuerti. Quod verbum quoniam latissime patet in philosophia, hanc Ciceronis interpretationẽ notare debemus. Et quidem sæpe dico* ὑπάρχειν *conuenire. Nostro autem illi verbo Conuenire, Cicero interdum dandi casum tribuit, vt ex superiore loco intelligi potest, interdum accusandi præposita in præpositione. Interdum etiam* ὑπάρχειν *dicit cadere, vt in tertio Tusculan. Non cadit igi-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tur in ſapientem ægritudo. Sed quoniam ſemel cœpimus, omnia quæ Cicero de hoc loco à contrario in Topicis ſcripta reliquit, hic poni melius eſt, vt quid ab Ariſtotele mutuatus ſit, intelligatur. Deinceps, inquit, locus eſt qui à contrario dicitur, Contrariorum autem genera ſunt plura. Vnum eorum, quæ in eodem genere plurimum differunt, vt ſapientia & ſtultitia. Eodem autem genere dicuntur, quibus propoſitis occurrunt tanquam è regione quædam contraria, vt celeritati tarditas, non debilitas. Ex quibus contrariis argumenta talia exiſtunt: Si ſtultitiam fugimus, ſapientiam ſequamur: & bonitatem, ſi malitiam. Hæc quæ ex eodem genere contraria ſunt, appellantur aduerſa. Sunt enim alia contraria, quæ priuantia licet appellemus Latinè, Græcè appellantur στερητικὰ. propoſitio enim, in, priuat verbum ea vi quam haberet, ſi, in, præpoſitum non fuiſſet, vt dignitas, indignitas: humanitas, inhumanitas, & cætera generis eiuſdem. Quorum tractatio eſt eadem quæ ſuperiorum, quæ aduerſa dixi. Nam alia quoque ſunt contriorum genera, velut ea quæ cum aliquo conferuntur, vt duplum, ſimplum: multa, pauca: longum, breue: maius, minus. Sunt etiam valde contraria alia quæ appellantur negantia, ea ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus, vt ſi hoc eſt, illud non eſt. Quid enim opus exemplo eſt? tantum intelligatur, argumento quærendo, contrariis omnibus contraria non conuenire. Hæc tantummodo ille de hoc loco ſcripſit, qui ab Ariſtotele diffuſiſſime explicatur. Nec vero omnia hæc inde mutuatus eſt. Definitionem enim contrariorum mutuatus eſt ab eo libello, qui inſcribitur Categoriæ, quemadmodum in noſtris commentariolis oſtendimus. In Categoria enim, quæ quantitas appellatur, ſic definiuntur Contraria, τὰ μὴ ἐνδέχεσθαι ἅμα ὑπάρχειν διεστηκότα πρὸς ἀλλήλα περὶ τὸ αὐτὸ γένος, ἐναντία λέγεται. In δ. πρὸς μετά τι φυσικὰ, non ponitur ἀνταποδόσεις, quemadmodum nec Cicero par verbum ei non addit, τὰ ἐνδέχεσθαι διαφέροντα πρὸς ἀλλήλα περὶ τὸ αὐτὸ γένος. Quod autem ait Cicero, Contrariorum autem genera ſunt plura, in Categoriis definite dicit, λέγεται ἕτερον ἑτέρῳ αἰτίαν εἶναι πεπαυκέναι, hic, αἱ ἀπαθέσεις ἀγαθαί. Cicero ergo ita dicit quaſi apud Ariſt. ita ſcriptum eſſet αἰτίαν μᾶλλον δὲ ἢ δι' ἣν ἐνδέχεται. Ariſtoteles quidem hunc locum tractat diffuſius quàm Cicero: nec ſolum locos ſeparatim tradit, ſed etiam quæ quodque contrariorum genus conſequatur, non ſolum in argumentatione vna tractanda, ſed etiam conuertenda. Quod fieri poſſe duobus modis docet, vel αὐτάπαλιν, vel



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ἐπ' αὐτά, ἢ ἐπ' αὐτό. *Vocat autem* ἐπ' αὐτὰ *argumentum firmum esse, cum duo inter se contraria alia duo concludunt, idque in aduersis, hoc modo, Si fortitudo virtus est, ignauia vitium est. Et si fortitudo expetenda est, ignauia fugienda. Contra autem dicitur esse firmum, cùm duo sunt contraria, quorum vnum sequitur contrarium tertium, alterum autem quartum non sequitur, sed contra ex hoc illud concluditur. hoc modo, Si firma corporis affectio sit, bona valetudo est: Si morbus est, continuo mala affectio. Ac philosophi quidem huiusmodi argumētationibus duplicibus vtuntur. Oratores autem simplicem conclusionem probant: illam duplicem non magnopere curant. Cicero in secundo de Oratore, Iam ex contrario, Si Gracchus nefariè, præclarè Opimius.*

*Rursus à coniugatis, & casibus ducendum est argumentum siue confirmemus quid, siue refellamus. Coniugata autem sunt hæc, iusta & iustus cum iustitia, fortia & fortis cum fortitudine,* πάλιν ἀπὸ τῶν συζύγων, ἢ ἀπὸ τῶν πτώσεων ἢ αὐξομένων, ἢ καταπαυομένων. λέγεται δὲ σύζυγα μὲν τὰ ὁμόῤῥιζα οἷον τὸ δίκαιον ἢ ὁ δίκαιος τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ τὸ ἀνδρεῖον, ἢ ὁ ἀνδρεῖος τῇ ἀνδρίᾳ.) *Locus est à coniugatis. Nā Cicero vno loco complectitur locum à coniugatis & à casibus, Quod facile intelligi potest ex hoc loco, qui est positus in Topicis. Coniugata dicuntur quæ sunt ex verbis generis eiusdem. Eiusdem autem generis verba sunt, quæ orta ab vno varie commutantur, ut sapiens, sapienter, sapientia, Nam cum aduerbium sapienter numeret in coniugatis, in casibus autem Aristoteles sola aduerbia ducat, efficitur, vt à Cicerone hi duo loci in vnum concludantur. Quo autem modo Græce appellentur coniugata, siue coniugatio, & quæ sit huius loci tractatio, eodem libro Cicero deinceps docet. Hæc verborum coniugatio* συζυγία *dicitur, ex qua huiusce modi est argumentum, Si compascuus est ager, ius est compascere. Aristoteles autem nō* συζυγίαν *vocat, sed* στοιχίαν, & σύστοιχα *coniugata. Itaque fieri potest, vt vnum pro alio apud Ciceronē positum sit: cum præsertim Aristotelis Topica in scribendis suis sibi proposuerit ad imitandum. Quod etiam in hoc loco perspici potest. Nam coniugatorum definitionem, quam paulo ante commemorauit, ab Aristotele mutuatus est. Paulo enim post ita ea definiuntur,* σύστοιχα δὲ λέγεται, τὰ κατὰ τὴν αὐτὴν στοιχίαν ἀεὶ ὄντα, & *quod sequitur, eiusdem autem generis verba sunt, est definitio* παρωνύμων· παρώνυμα δὲ λέγεται ὅσα ἀπό τινος διαφέροντα τῇ πτώσει τὴν κατὰ τὸ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

νομα προσηγορίαν ἔχει. *Quod etiam in commentariolis noſtris in Categorias admonuimus. In ſecundo de Oratore, nō coniugata vt in Topicis & in Partitionibus, ſed coniuncta hæc nominat, ex coniunctis hæc argumenta ducuntur, Si pietati ſumma laus tribuēda eſt, debetis moueri, cùm Quintum Metellum tam pie lugere videatis.*

*Præterea ab ortu & interitu rerum, & ex cauſis efficientibus & corrumpentibus magna ſuppetit ad diſputandū copia, ſiue confirmare velimus quid, ſiue refellere. Quarum enim rerū ortus & origo in bonis eſt, ea etiam in bonis ſunt.* ἔστι δὲ τῶν γενέσεων καὶ φθορῶν, καὶ ποιητικῶν, καὶ φθαρτικῶν, καὶ αἱρετοῦ, καὶ καταστατικά ἐστιν, ὧν γὰρ αἱ γενέσεις τῶν ἀγαθῶν, καὶ αὐτὰ ἀγαθά· *Paulo infra,* ὁ δ' αὐτὸς λόγος ἐπὶ τῶν ποιητικῶν καὶ φθαρτικῶν. ὧν μὲν οὖν τὰ ποιητικὰ ἀγαθά, καὶ αὐτὰ τῶν ἀγαθῶν. ὧν δὲ τὰ φθαρτικὰ ἀγαθά, αὐτὰ τῶν κακῶν.) *Hic locus eſt rerum effectarum, & rerum efficientium, ſiue cauſarum efficientium. Malo igitur γένεσιν effectū dicere, quàm ortum & originē. Hunc locum cauſarum efficientiū diffuſius tractat & explicat Cic. quàm Ariſtoteles. Sed tamen ille mihi videtur magna ex parte ab Ariſtotele, quæ de cauſis dicit, eſſe mutuatus. Diuidit primū cauſas hoc modo, Cauſarum igitur duo genera ſunt. Vnum quod vi ſua, id quod ſub ea ſubiectum eſt, certe efficit, vt ignis accendit. Alterum quod efficiendi naturam non habeat, ſed ſine quo effici non poſſit, vt ſi quis æs cauſam ſtatuæ velit dicere, quòd ſine eo non poſſit effici. Tum vtrunque genus rurſus in partes diuidit. Ac primum poſterius. Huius generis cauſarum ſine quo non efficitur, alia ſunt quieta, nihil agentia, ſtolida quodammodo, vt locus, tempus, materiæ, ferramenta, & cetera generis eiuſdem. Alia autē præcurſionem quandam adhibent ad efficiendum, & quædam afferūt per ſe adiumenta, & ſi non neceſſaria. vt amori congreſſio cauſam attulerit, amor flagitio. Ex hoc genere cauſarum ex æternitate pendentiū fatum à Stoicis nectitur. Atque vt earum cauſarum ſine quibus effici non poteſt, genera diuiſi, ſic etiam efficientium poſſunt. Sunt enim aliæ cauſæ, quæ plane efficiant nulla re adiuuante, aliæ quæ adiuuari velint, vt ſapientia efficit ſapientes ſola per ſe: beatos efficiat, nec ne ſola per ſe, quæſtio eſt. Quare cum in diſputationem inciderit cauſa efficiens aliquid neceſſario, ſine dubitatione licebit quod efficitur ab ea cauſa concludere. Cùm autem erit talis cauſa, vt in ea non ſit efficiendi neceſſitas, neceſſaria concluſio non ſequetur.*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Atque illud quidem genus causarum, quod habet vim efficiendi necessariam, errorem afferre non fere solet: hoc autem sine quo non efficitur, sæpe conturbat. Non enim si sine parentibus filij esse non possunt, propterea causa fuit in parentibus gignendi necessaria. Hoc igitur sine quo non fit, ab eo quo certe fit, diligenter est separãdum. Hæc ille. quæ magna ex parte in diuersis libris Aristotelis dispersa & dißipata in vnũ contulit. Nam & in secundo de Cognitione naturæ lib. & in quinto, eorum quæ τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ inscribuntur, aliisque libris Aristoteles causarum genera diuidit. quanquam non eodem modo. Eas quidem causas, quas vi sua id quod sub eas subiectum est ait efficere, αἴτια ἐνεργοῦντα καθ' αὑτά: eas autem quæ adiuuari velint, συναίτια: eas quæ per se quædam afferunt adiumenta, σύνεργα. Id autem genus causarũ quod efficiendi naturam non habere dicit, sed sine quo effici non poßit, ὕλην appellari vno modo vel exemplum quod affert, indicat. Itaque Aristoteles secundo de cognitione naturæ libro, eodem exemplo vtitur, ἕνα μὲν ὃν τρόπον αἴτιον λέγεται, τὸ ἐξ οὗ γίνεταί τι ἐνυπάρχοντος, οἷον χαλκὸς τοῦ ἀνδριάντος. Alia etiam causarum genera Cicero subiicit. Atque etiam est causarum dißimilitudo, quòd aliæ sunt, vt sine vlla appetitione animi, sine voluntate, sine opinione suum quasi opus efficiant, velut omne intereat, quod ortum est. Aliæ autem aut voluntate efficiuntur, aut perturbatione animi, aut habitu, aut natura, aut arte, aut casu. Voluntate. vt tu cum hunc libellum legis: Perturbatione, vt si quis euentum horum temporum timeat: Habitu, vt facile & cito irascatur: Natura, vt vitium in dies crescat: Arte, vt bene pingat: Casu, vt prospere nauiget. Nihil horum sine causa, nec quicquam omnino, sed huiusmodi causæ non necessariæ. Hanc extremam orationem ex secundo de Arte rhetorica sumpsit. Hunc enim locum causarũ sic explicat, ἄλλως ἀπὸ τοῦ αἰτίου, ἐάν τε ὑπάρχῃ ὅτι ἐστὶ, κἂν μὴ ὑπάρχῃ ὅτι οὐκ ἔστιν, ἅμα γὰρ τὸ αἴτιον, καὶ οὐ αἴτιον, ὃ ἄνευ αἰτίου οὐδέν ἐστι. Priorem partem huius orationis Aristotelis Cicero mihi paulo infra exponere videtur his verbis, vt enim causa quid sit effectum indicat: sic quod effectum est, quæ fuerit causa demonstrat. Et paulo post, Causarũ enim cognitio cognitionem euentorum facit. Diuisionem autem superiorem paulo secus tradit Aristoteles libro primo de Arte rhetorica, quã Cicero in duas partitus est. Longa est oratio, tantum proferam quod ad rem pertinebit. Postcaquam ita diuisit πάντες δὲ πράττουσι πάντα τὰ μὲν οὐ δι' αὑτοῦ,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

τὰ δὲ δι' αὐτῶν: *his duobus generibus rursus in partes distributis, tandem cōcludit,* ὥστ' ἀνάγκη πάντα ὅσα πράττουσι, δι' αἰτίας ἑπτὰ, δι' τύχην, διὰ βίαν, διὰ φύσιν, δι' ἔθος, διὰ λογισμὸν, διὰ θυμὸν, δι' ἐπιθυμίαν. *Partem huius Aristotelis diuisionis transfert in aliam Cicero paulo post, cum ait, Etiam vt ea quæ fiunt, partim sint ignorata, partim voluntaria. Ignorata, quæ necessitate effecta sunt: Voluntaria, quæ consilio. Quāquam hæc diuisio in. 3. de moribus libro, quæ Ethica nominantur, potius adhibetur. Principio enim huius libri Aristoteles* περὶ τῶν ἀκουσίων, καὶ ἑκουσίων *pollicetur se esse dicturum. Quæ ita definit,* ὄντος δὲ ἀκουσίου τοῦ βιαίου, καὶ δι' ἄγνοιαν, οὐ ἑκούσιον δόξειεν ἂν εἶναι οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ εἰδότι τὰ καθέκαστα, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις. *Βίαν enim necessitatē dicit, & Cicero paulo post* ἄγνοιαν *ignorationē & prudentiā nominat. Cadunt, inquit, in ignorationem & imprudentiam perturbationes animi, quanquam sint voluntariæ, admonitione enim & obiurgatione deiiciuntur: tamen habent tantos motus, vt ea quæ voluntaria sunt, aut necessaria interdum, aut certe ignorata videātur. Quod enim dicit, Cadunt in ignorationem, & imprudentiā perturbationes animi, pene ad verbum est in eodem libro,* ἴσως δὲ οὐ καλῶς λέγεται, τὸ ἀκούσια εἶναι, τὰ ἢ διὰ θυμὸν, ἢ δι' ἐπιθυμίαν. *vel certe illud totum, Cadunt in ignorantiam & imprudentiā perturbationes animi,* ἄγνωστα τὰ πάθη *Græce dicitur. Verba enim Græca in* τον *desinentia Cicero sic solet exponere, quod in lib. de Optimo genere interpretandi diffuse tradidi. Quod vero ait, Quanquam sint volūtariæ, admonitione enim & obiurgatione deijciuntur, id Aristoteles ad partem animi quæ ratione caret, primo libr. de moribus extremo accommodat,* ὅτι δὲ πείθεταί πως ὑπὸ λόγου τὸ ἄλογον, μηνύει, καὶ ἡ νουθέσησις καὶ πᾶσα ἐπιτίμησίς τε καὶ παράκλησις· *Quod in ea ipsa oratione extremum est, Tamen habent tantos motus, vt ea quæ voluntaria sunt, aut necessaria interdū, aut certe ignorata videantur, id Arist. 1. libr. de morib. 3. cap. ad res iustas & præclaras trāsfert.* τὰ δὲ καλὰ καὶ τὰ δίκαια περὶ ὧν ἡ πολιτικὴ σκοπεῖται, τοσαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην, ὥστε δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μή. *Mihi enim hūc ipsum locū, aut certe vim eius expressisse videtur. Paulo ante hæc verba Cicero facit hāc causarū diuisionē, Omniū autē causarū in alijs inest cōstātia, in alijs nō inest. In natura & in arte constātia est, in cæteris nulla. Ego constātiā eū appellare puto quod Arist. vocat* τὸ τεταγμένον, *&* ὡρισμένον, *& quod principio huius loci cer-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*te efficere effectum dixit causas aliquas, id ὡρισμένως & τεταγμένως Aristoteles nominat. vt ὡρισμένας αἰτίας, id est, constantes, & certas & definitas Cicero dicat causas, in quibus inest constantia. Eas autē eiusmodi Aristoteles appellat, quæ efficiunt effectum, vel semper vel fere certo quodam modo. ἀόριστα autem αἴτια, quæ vocat Aristoteles, eas causas dicat, in quibus nulla est constantia. Aristoteles in secundo de naturæ cognitione libro, ἀόριστα μὲν οὖν τὰ αἴτια ἀνάγκη εἶναι, ἀφ' ὧν ἂν γένοιτο τὸ ἀπὸ τύχης, ὅθεν δοκεῖ ἡ τύχη τοῦ ἀορίστου εἶναι καὶ ἄδηλος ἀνθρώπῳ. Hoc postremū interpretatur deinceps hoc loco Cicero, cum ita causas quæ non sunt constantes diuidit, Sed tamen, inquit, earum causarum, quæ non sunt constantes, aliæ sunt perspicuæ, aliæ latent. Perspicuæ sunt, quæ appetitionem animi iudiciumq; tangunt. Latent, quæ subiectæ sunt fortunæ. Cùm enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortuna, euentus obscura causa, quæ latenter efficitur. Constantes etiam causas esse puto, quas vocat Aristoteles ὡρισμένα αἴτια In eodem libro cū velle se de fortuna disserere dixit, hanc affert rationem, ἔνιοι γοῦν καὶ εἴ ἐστιν, ἢ μὴ, ἀποροῦσιν, οὐδὲν γὰρ γίνεσθαι ἀπὸ τύχης φασὶν, ἀλλὰ πάντων εἶναι τι αἴτιον ὡρισμένον, ὅσα λέγομεν ἀπὸ ταυτομάτου γίνεσθαι, ἢ τύχης. Quòd si hæc duo verba Aristotelis paria esse concedamus, vt mihi quidem videtur, tamē non idem subiicitur vtrisque Aristotelis Ciceronisq; sententia. Cicero in iis causis quæ non sunt constantes, non solum casum in fortunā numerat, sed etiam alia multa quas in diuisione nominauit. Aristoteles autem solam fortunam & casum ducit. Multa mihi quidem ex diuersis locis collegisse videor, quæ hunc locum causarum illustrare poßint, quæque mea quidem sententia, ab Aristotele est Cicero mutuatus. Quod autem attinet ad locum communem, Cicero hunc tradit, Quod à causa efficiente aliquid necessario efficitur, id licet sine dubitatione concludere. Quod ab ea in qua non est efficiendi neceßitas efficitur, in eo non sequitur necessaria conclusio. Cuius talis est tractatio, Si boni esse volumus, virtuti studeamus necesse est. Virtus enim eos in quibus est, sic bonos efficit, vt sine ea bonus esse nemo pissit. Aristoteles autem hoc loco hunc locum communem proponit, Quorum effectorum causæ efficientes sunt in bonis, ea effecta sunt in bonis. Et quarum causarum effecta sunt in bonis, eæ causæ sunt in bonis.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

## CAPVT IIII.

PRoximè locus est à simili, in quo videndum est, an res similes eodem modo habeant. vt si scientia vna sit plurium, etiam opinio, πάλιν ἐπὶ τῶν ὁμοίων, εἰ ὁμοίως ἔχει, οἷον εἰ ἐπιστήμη μία πολλῶν, καὶ δόξα.) Hunc locum Cicero appellat à similitudine, in Topicis: & ex similitudine in secundo de Oratore. In Topicis quidem Aristotelem secutus est, quoniam ἐπαγωγὴν similitudinem tractari vult, quemadmodum ille, Sunt enim, inquit, similitudines, quæ ex pluribus collationibus perueniunt quò volunt, hoc modo, Si tutor fidē præstare debet, si socius, si is cui mandaris, si qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. Hæc ex pluribus perueniēs quo vult, appellatur inductio, quæ Græce ἐπαγωγὴ nominatur, qua plurimū est vsus in sermonibus Socrates. Aristoteles etiam fere iisdem verbis inductionem definit in primo libro. ἐπαγωγὴ δὲ ἐστὶν, ἡ ἀπὸ τῶν καθ' ἕκαστα ἐπὶ τὰ καθόλου ἔφοδος, οἷον εἰ ὅτι κυβερνήτης ὁ ἐπιστάμενος & ἡνιόχου, καὶ ὅλως ὅτι ὁ ἐπιστάμενος & περὶ ἕκαστον ἄριστος. Extremo etiam libro quam ad rem vtilis sit similitudinis cognitio, his verbis exponit, ἡ δὲ τοῦ ὁμοίου θεωρία, χρήσιμος πρός τε τὸν ἐπακτικὸν λόγον, καὶ πρὸς τὸν ἐξ ὑποθέσεως συλλογισμόν, καὶ πρὸς τὰ ἀποδοσιν τῶν ὁρισμῶν. πρὸς μὲν οὖν ἐπακτικὸν λόγον, διότι τῷ καθ' ἕκαστα ἐπὶ τῶν ὁμοίων ἐπαγωγὴ τὸ καθόλου ἀξιοῦμεν ἐπάγειν. Differēs etiam de vsu huius loci, scribit his verbis, χρήσιμος δὲ ὁ τόπος πρὸς ἄμφω. εἰ μὲν γὰρ ἐπί τινος τῶν ὁμοίων οὕτως ἔχει, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοίων, εἰ δὲ ἐπί τινων μή, οὐδὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Cicero quidem παραβολὴν, id est, collationē similitudini subiicit. Nam scribit deinceps his verbis, Alterum similitudinis genus collatione sumitur, cum vna res vni, par pari comparatur: hoc modo, Quemadmodum si in vrbe de finibus controuersia est, quia fines magis agrorum videntur esse quàm vrbis, finibus regēdis adiicere arbitrum non possis: sic si aqua pluuia in vrbe nocet, quoniam res tota magis agrorum est, aquæ pluuiæ arcendæ adiicere non possis arbitrum. Eidem loco exēplum subiicit deinceps. Ex eodem, inquit similitudinis loco etiam exempla sumuntur, vt Crassus in Curiana causa exemplis multis vsus est, &c. Aristoteles in his libris παραβολὴν à similitudine non separat. Quod qui volet intelligere planissime, legat extremum primum librum, quo loco etiam differentiæ locum, quem paulo post tractat Cicero



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*tractatum inueniet. In secundo autem de Arte rhetorica duo genera facit communium argumentorum, vnum enthymema, alterũ exemplum. Exemplo duo genera subiicit παραβολὴν. quam Cicero collationem vocat, & λόγον, id est, fabulam. Si quis hæc legere velit, locum indicaui. Ciceronem hoc loco ficta exempla appellare arbitror λόγους. Nam λόγους fabulas esse vel Terentius docet, qui interdum græcum verbum vsurpat, nisi forte τὴν ὑπόθεσιν ficta exempla appellat. Sic enim Quintilianus vocat, & de iis Aristoteles in tertio extremo disserit.*

*Sumuntur etiam ex maiore & minore argumenta. Suntque ex maiore & minore quatuor loci. Vnus, si ex maiore maius sit consequens, hoc modo: Si voluptas bonum sit, maior voluptas maius sit bonum, ἔτι ἐκ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον, εἰσὶ δὲ τῇ μᾶλλον καὶ ἧττον τόποι τέσσαρες. εἷς μὲν, εἰ ἀκολυθεῖ τὸ μᾶλλον τῷ μᾶλλον, οἷον εἰ ἡδονὴ ἀγαθόν, καὶ ἡ μᾶλλον ἡδονὴ, μᾶλλον ἀγαθόν.) In secundo de Arte rhetorica hunc locum iisdem verbis appellat, ἐκ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον. Cicero transfert, vt ego feci, ex maiore & minore. In Topicis locum communem ex maiore hunc tradit. Quod in re maiore valet, valeat in minore. vt si in vrbe fines non reguntur, neque aqua in vrbe arceatur. Ex minore hunc, Item contrà, Quod in minore valet, valeat in maiore. licet idem exemplum conuertere. His extremis verbis de superiore exemplo loquitur, quod ita conuertamus licet, Si aqua in vrbe non arcetur, neque fines in vrbe regãtur. Ex his licet intelligi, cùm locus communis affirmatione declaretur, & exempla negagationibus, à Cicerone his duobus locis affirmatiuos quos vocant, etiam negatiuos contineri. Aristoteles autem nullum tradit talem locum ex maiore, sed solum ex minore, quod de affirmatiuis quos vocant, dictum velim. ἑνὸς περὶ δυοῖν λεγομένου, εἰ ᾧ μᾶλλον εἰκὸς ὑπάρχειν, μὴ ὑπάρχει, οὐθ' ᾧ ἧττον, καὶ εἰ ᾧ ἧττον εἰκὸς ὑπάρχειν, ὑπάρχει καὶ ᾧ μᾶλλον. Huius loci & orationis prius membrum respondet priori exemplo quo vsus est Cicero, Nam in vrbe fines regi, maior res est, & minor, aquam in vrbe arceri: quibus negatio additur. posterius autem membrum loco Ciceronis ex minore respondet. Nam illud ὑπάρχειν Cicero diserte interpretatus est, valere: quod eodem modo exposuissem, nisi quibusdam satisfacere voluissem. Sunt enim, qui si quid videant remotum ab intelligẽtia sua, putent esse deprauatum. Cicero ergo locis his duobus, qui affirmationibus explicantur, duos alios negatiuos quos vocant, voluit contineri.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Sequitur locus ex iis quæ eodem modo conueniunt, aut videntur conuenire, atque is triplex, ἔτι ἐκ τοῦ ὁμοίως ὑπάρχειν, ἢ δοκεῖν ὑπάρχειν, τριχῶς.) Hic locus à Cicerone ex pari nominatur, & ab Aristotele, ἐκ τοῦ ὁμοίως. Itaque si omnes velint & assentiantur, malim, ex pari, pro iis quæ dixi, subiici. Locum communem Cicero in Topicis hũc ponit, Quod in re pari valet, valeat in hac quæ par est. De hoc eodem modo quo de superioribus locis iudicandum est. Complectitur enim vtranq; partem. Aristoteles tres locos communes statuit, quorum vnusquisque in vtranque partem valet. Multos Aristotelis locos sciens prætermisi, quos Cicero non attigit: quoniam locos Ciceronis cum Aristotelis comparandos suscepi. Quod idem facere institui proximo libro qui tertius est.*

# Annotationes in li-

## BRVM TERTIVM.

### *CAPVT I.*

*EX quo perspicuum erit, exposita harum rerum præstantia vna aut pluribus, animum assensurum & approbaturum, id esse magis aut minus expetẽdum quod excellet, δῆλον οὖν ἐκ τούτων, ὅτι δειχθείσης ὑπεροχῆς μιᾶς ἢ πλειόνων, συγκαταθήσεται ἡ διάνοια, ὅτι τοῦτό ἐστιν αἱρετώτερον, ὁπότερον τυγχάνει αὐτῶν ὑπερέχον.) Non potui hunc locum præterire, qui mihi visus est annotatione dignissimus, etsi eum in libro de optimo genere interpretandi attigi, συγκατατιθέναι, siue συγκατατίθεσθαι idem valet quod assentiri, seu approbare, vel Cicerone interprete, qui in libro quarto Academic. quæst. συγκατάθεσιν dicit assensum, assensionem, & approbationem. His satis cognitis, quæ iam explicata sunt, nunc de ea assensione atque de approbatione, quam Græci συγκατάθεσιν vocant, pauca dicamus. Paulo infrà, Quare qui aut visum, aut assensum tollit, is omnem actionem tollit è vita.*

*Ac diuturniora quidem anteponenda sunt breuioribus, πρῶτον μὲν οὖν τὰ πολυχρονιώτερον ἢ βεβαιότερον, αἱρετώτερον τοῦ ἧττον τοιούτου.) Quoniam Cicero in loco comparationis multos locos Aristotelis diserte*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*interpretatur, ego omnes quos inuenire potui vnum in locum hunc conferre institui, vt vno quasi aspectu cerni possint. Quod quo faciam commodius, totum illum locum Ciceronis proferendum putaui. In Topicis igitur scribit his fere verbis, Reliquus est comparationis locus, cuius genus & exemplum supra positum est, vt cæterorum, nunc explicãda tractatio est. Comparantur igitur ea quæ aut maiora, aut minora, aut paria dicuntur, in quibus spectantur hæc, numerus, species, vis, quædam etiam ad res aliquas affectio. Numero sic comparabuntur, vt plura bona paucioribus bonis anteponantur, pauciora mala malis pluribus, diuturniora bona breuioribus: longè & latè peruagata angustis: ex quibus plura bona propagentur, quæque plures imitentur & faciant. Specie autem comparãtur, vt anteponantur quæ propter se expetenda sunt, iis quæ propter aliud, & vt innata atque insita assumptis & aduentitiis, integra contaminatis, iucunda minus iucundis, honesta ipsis etiam vtilibus, procliuia laboriosis, necessaria non necessariis, sua alienis, rara vulgaribus, desyderabilia iis quibus facile carere possis, perfecta inchoatis, tota partibus, ratione vtentia rationis expertibus, voluntaria necessariis, animata inanimatis, naturalia nõ naturalibus, artificiosa non artificiosis. Vis autem in comparatione sic cernitur, Efficiens causa grauior, quàm non efficiens, quæ seipsis contenta sunt meliora quàm quæ egent aliis: quæ in nostra, quàm quæ in aliorum potestate sunt: stabilia incertis, quæ eripi non possunt iis quæ possunt. Affectio autem ad res aliquas est huiusmodi, Principum commoda maiora quàm reliquorum: itemque quæ iucundiora, quæ pluribus probata, quæ ab optimo quoque laudata. Atque vt hæc in comparatione meliora, sic deteriora quæ iis sunt contraria. Parium autem comparatio nec elationem habet, nec submissionem, est enim æqualis. Multa autẽ sunt quæ æqualitate ipsa comparantur, quæ ita fere concluduntur, Si consilio iuuare ciues & auxilio, æqua in laude ponendum est: pari gloria debent esse ij qui consulunt, & ij qui defendunt. at quod primum est, quod sequitur igitur. Atque hæc ille. Nunc quos locos Aristotelis interpretatus sit, videamus. Quod principio huius loci protuli, τὸ πολυχρονιώτερον, αἱρετώτερον τοῦ ἥττον ποιοῦ, vertit, Diuturniora bona anteponuntur breuioribus. Vt perspici possit id quod multis locis admonui & prædixi, quæ singulari numero præsertim neutro genere dicunt Græci, nos auctore Cicerone, plurali preterquam in paucis, vertere debere. Quanquam multitudinis numero in primo de Ar-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*te rhetorica libro, atque magis ad verbum exprimitur hic locus,* καὶ τὰ πολυχρονιώτερα τῶν ὀλιγοχρονιωτέρων *intelligitur* αἱρετώτερα. *Sed vt ordinem locorum, quos Cicero exposuit, seruemus, illud primum, plura bona paucioribus bonis anteponuntur, est apud Aristotelem in hoc libro tertio* τὰ πλείω ἀγαθὰ τῶν ἐλαττόνων. *Illud autem quod sequitur, Pauciora mala malis pluribus, non est apud Aristotelē: superiori enim est consequens. Si enim plura bona paucioribus anteponūtur, pauciora etiam mala pluribus. In quinto de moribus libro simile quiddam traditur. In duobus malis minus esse eligendum,* ἐπὶ τῶν ἁπλῶς κακῶν, τὸ ἔλαττον αἱρεῖσθαι δεῖ. *Quod Cicero ita conuertit in epistola ad Octauium, In duobus antem malis cum fugiendum maius sit, leuius est eligendum De illo quod sequitur, Diuturniora bona breuioribus, iam diximus. Iā illud, Ex quibus plura bona propagantur, in hoc libro est,* ᾧ ἕπεται μεῖζον ἀγαθὸν, αἱρετώτερον, *nisi quòd* μεῖζον, *est pro* πλεῖον. *Illud etiam quod sequitur, Quæque plures imitentur & faciant, reperi, etsi aliquanto secus,* ὅσα οἱ πλείους ἢ οἱ πάντες, *cum antecesserit verbum* ἕλοιντο ἄν, *quod sequi interdum valet. In secūdo autem genere comparationis illud primum, Anteponuntur quæ propter se expetenda sunt iis quæ propter aliud, iisdem verbis est in hoc libro explicatum,* καὶ τὸ δι' ἑαυτὸ αἱρετὸν, τοῦ δι' ἕτερον αἱρετοῦ αἱρετώτερον. *Debet enim in his singularis numerus ad pluralem transferri, vt dixi. Atque etiam illud proximum, Innata atque insita assumptis & aduentitiis, ita explicatur,* καὶ τὸ φύσει τοῦ μὴ φύσει. *Quanquam hoc illud potius videtur attingere, quod pôst sequitur, Naturalia non naturalibus. Itaque mihi hunc locum Ciceronis ille qui est apud Aristotelem, in secundo de Arte rhetorica, potius videtur explicare,* καὶ τὸ αὐτοφυὲς τοῦ ἐπικτήτου· ἐπίκτετον *enim assumptum & aduētitium est. In eodem libro illud est, Iucunda minus iucundis,* καὶ τὸ ἥδιον τοῦ ἧττον ἡδέος. *Illud, honesta ipsis etiam vtilibus, notum est. Procliuia laboriosis. Contrà tractat hunc locum Aristoteles in hoc libro. Ait enim,* καὶ τὸ χαλεπώτερον, *scilicet* αἱρετώτερον· *Affert rationem,* μᾶλλον γὰρ ἀγαπῶμεν ἔχοντες, ἃ μὴ ἐστὶ ῥᾳδίως λαβεῖν. *Hunc autem, Necessaria nō necessariis, in vtranque partem tractat,* καὶ τὰ ἐκ περιουσίας τῶν ἀναγκαίων βελτίω, ἐνίοτε δὲ καὶ αἱρετώτερα. *Cùm enim ait,* ἐνίοτε δὲ καὶ αἱρετώτερα, *profecto non semper anteponenda esse non necessaria necessariis indicat. Quod ad id tempus accommodat, cùm non suppetant cuipiam res ad vi-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*uendum necessariæ. Tum enim melior est vita philosophorum: ei autem tali est minus expetenda, quàm ea quæ in quærendis pecuniis occupata est. Quo loco notare debemus* τὰ ἐκ περιουσίας, *disertè exponi, nō necessaria bona. Itaque* ἐκ περιουσίας θέλειν σκώπτεσθαι, *Cicero eleganter dixit in oratione pro Sylla, at hic etiam, id quod tibi necesse minime fuit, facetus esse voluisti. Sed de hoc verbo plura, deo iuuante, in libro de Optimo genere interpretandi oratores, quem vna cum orationibus inter se contrariis Aeschinis & Demosthenis sumus edituri, disputabimus. Est enim locus proprius in exordio orationis* περὶ στεφάνου, *quem superior Ciceronis exponit. Sed ad alia veniamus. Sequitur ille locus, sua alienis, quē in hoc libro paulum commutatis verbis expositum reperi,* καὶ τὸ ἰδιαίτερον τῶν κοινοτέρου. *Iam ille, Rara vulgaribus, est in primo de Arte rhetorica,* καὶ τὸ σπανιώτερον τῶν ἀφθόνου. *cuius tale exemplum est,* οἷον ὁ χρυσὸς σιδήρου, ἀχρηστότερος ὤν. μείζων γὰρ ἡ κτῆσις διὰ τὸ χαλεπώτερον εἶναι. *Non solum ergo locum communem proponit Aristoteles, sed etiam causam affert, cur ita sit. Quod in cæteris quoque omnibus facit. Itaque si quis hos communes Ciceronis locos plane intelligere velit, hūc adhibeat necesse est. Nam quæ Aristoteles copiosissime exposuit, ea Cicero tam anguste tractauit, vt nonnullis negligentiæ, ne verbum molestius proferam, suspicionem afferat. Restant quinque hi loci, quos ab Aristotele non esse propositos hoc loco & in primo de Arte rhetorica scio, propterea quòd facile ex aliis intelligi possunt. Hi autem sunt, Desiderabilia iis quibus facile carere possis, perfecta inchoatis, tota partibus, ratione vtentia rationis expertibus, animata inanimatis. In tertia autem comparatione in qua vis cernitur, illud primum, Efficiens causa grauior quàm non efficiens, ita expressum reperi in hoc libro,* ἔτι εἰ τὸ μὴ ποιεῖ ἀγαθὸν τὸν ἔχοντα, τὸ δὲ μὴ ποιεῖ, τὸ ποιοῦν αἱρετώτερον. *Illud etiam, Quæ seipsis contenta sunt, meliora, quàm quæ egent aliis, in hoc libro est pluribus verbis expositum,* καὶ ὅταν τῶν ἐχόντων μηδὲν θατέρου δεόμεθα ἢ ὁ ἔχοντες προσδεόμεθα τοῦ λοιποῦ. *In primo autem de Arte rhetorica, hoc modo,* καὶ ὅταν τὸ δὲ μὲν ἄνευ τοῦ δὲ μὴ ᾖ ἢ μὴ δυνατὸν ᾖ γενέσθαι, θάτερον δὲ ἄνευ τούτου, αὐταρκέστερον γὰρ τὸ μὴ δεόμενον. *Illud sequitur, Quæ in nostra, quàm quæ in aliorum potestate sunt: tum illud, Stabilia incertis, quorum hoc in. I. de Moribus lib. tractat pluribus Aristoteles, quo loco disputat de Solonis sententia. Ab hoc enim loco, beatam vitam. i.* εὐδαιμονίαν μόνιμόν τι

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*καὶ οὐκ εὐμετάβολον esse probat. aliter enim aliàs beatum quempiam, aliàs miserum sæpe nos esse dicturos. Certe nec hunc ipsum, nec superiorem, nec eum qui sequitur, Quæ eripi non possunt iis quæ possunt, in his libris proponit. Nam illum qui primus est in affectione ad res aliquas. Principum commoda maiora, quàm reliquorum, sumptum puto ab eo Aristotelis qui positus est prima pagina huius libri, καὶ δὲ τῷ βελτίονι καὶ τιμιωτέρῳ ὑπάρχον αἱρετώτερον, οἷον θεῷ ἢ περ ἀνθρώπῳ, καὶ ψυχῇ ἢ περ σώματι. Latius ergo patet locus Aristotelis, nisi forte principũ nomine eos omnes qui præstant aut præesse debent, intelligamus. Illud etiam, Itemque quæ iucundiora, in hoc libro est, sed latius patet, ἔτι διελέσθαι ποσαχῶς τὸ αἱρετὸν λέγεται, ἢ τίνων χάριν, οἷον τοῦ συμφέροντος, ἢ τοῦ καλοῦ, ἢ τοῦ ἡδέος. τοῦ γὰρ πρὸς ἅπαντα, ἢ πρὸς τὰ πλείω χρήσιμον, αἱρετώτερον ἂν εἴη τοῦ μὴ ὁμοίως. τοῦ δ' αὐτοῦ ἀμφοτέροις ὑπαρχόντων, ὁποτέρῳ μᾶλλον ὑπάρχει σκεπτέον, πότερον ἥδιον, ἢ κάλλιον, ἢ συμφερώτερον. Sic ego, Diuisio etiam rerum expetendarum, & quarum causa expetantur, magnam suppeditabit copiam disputandi, vt vtilitatis, vel honestatis, vel voluptatis gratia res omnes expetendas. Quibus enim ad omnia vel ad plura vtimur, ea eis anteponenda sunt, quibus ad tot res non vtimur. Quod si in vtrisq; eadem reperiãtur, videndum est, vtrũ iucundiora, an honestiora, an vtiliora. Ex quo loco perspici potest, nõ solum quæ iucundiora anteponẽda esse, verum etiam quæ honestiora, quæq; vtiliora. Illi etiam duo omnium postremi loci, Quæ pluribus probata, quæ ab optimo quoq; laudata, sumpti sunt ex hoc libro. Sed tamen apertius sunt & magis perspicue traditi & explicati in. 1. de Arte rhetorica, καὶ ὃ κρίνειεν ἂν, ἢ κεκρίκασιν οἱ φρόνιμοι ἢ πάντες ἢ οἱ πολλοὶ, ἢ οἱ πλείους, ἢ οἱ κράτιστοι, ἀγαθὸν μεῖζον. κράτιστοι enim ad singularem numerum transferri traducique debet, vt sit locus generi dicendi splendidissimo, ab optimo quoque laudata & probata. Hæc habui quæ de comparatione locorũ, quos Cicero in Topicis ab Aristotele mutuatus est, dicerem. Nam in reliquis libris aut nihil aut certe perpauca sunt, quæ ipse ille inde assumpserit. Quòd si commentarios scribere instituissem, quibus res & sententias expenderẽ aut illustrarem, exemplorum copia vsus essem. Nunc cùm instituti nostri hæc sit ratio, quorum Aristotelis locos Cicero in Topicis verterit, docere, eosque quo facilius intelligi res posset, inter se conferre: id quoniam quoad fieri potuit, effeci, absolutum pensum nostrum hac quidem ex parte iudico.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Nam si quid in reliquis libris sit, quod nostra egeat admonitione, faciemus. Sed antequam ad cæteros veniam, locus est quidam positus in hoc tertio libro, imò verò definitio quædam pulchritudinis, quam à Cicerone multis locis constitutam in hunc librum contuli, quæ me admonet, vt quibus libris ab eo tradita explicataque sit, exponam. In verbo enim vno quod definitio illa complectitur, peccatur à multis. Is locus eiusmodi est.*

*Et pulchritudo corporis, est apta quædam compositio membrorum,* ἐν δὲ κάλλῳ τῶν μελῶν τις συμμετρία δοκεῖ εἶναι.) *Cicero* συμμετρίαν μελῶν *vocat aptam compositionem membrorum, in primo de Officiis, Vt enim pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos, & delectat hoc ipso quòd inter se omnes partes cum quodam lepôre consentiunt: sic hoc decorum quod elucet in vita, mouet approbationem eorum quibus cum viuitur, ordine & constantia & moderatione dictorum omnium atque factorum. In quarto Tusculana. videtur dicere apta figura membrorum, his verbis, Et vt corporis est quædum apta figura membrorum cum coloris quadam suauitate: eaque pulchritudo, &c.*

# Annotationes in librvm sextvm.

## CAPVT I.

*SVperioribus duobus libris prætermissis, quoniam nihil aut perpauca magnopere enodationis aut admonitionis indigere videntur, iam ad sextum librum veniamus. In quo quoniam de scientia & arte definiendi Aristo. disserit, quid Cicero vel ab hoc libro, vel à cæteris in Topica tractans definitionis locum trastulerit docebimus. Cicero quidem in Topicis, expositis omnibus argumentandi locis, quæstionumque generibus, instituit qui loci ad quasque quæstiones sint accommodati, docere. Et quoniam eam quæstionem qua quid sit quæritur, ad definitionem rei pertinet, qui loci ad eam apti sint, paulo post tradit his verbis, Ad definitionem autem pertinet ratio & scientia definiendi. De ratione autem & scientia definiendi pauca ille: Aristoteles hoc libro multa præcipit. Et quoniam pauca*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*illa ab Aristotele magna ex parte mutuatus est, non alienum erit hoc loco vnde ea sumpserit exponere. Principio libri, quid sit definitio, exponit his verbis, Definitio est oratio quæ id quod definitur, explicat quid sit. Definitio hæc sumpta est ex his libris quemadmodum supra docui. Sed illud notandum est ὅρου & ὁρισμὸν definitionem ab Aristotele his libris appellari. Itaque inscite interpretantur quidam ὅρον terminum. Semper autem apud Aristotelem reperitur participium vel σημαίνων, vel δηλοῦν, quod vertit Cicero, quæ explicat. Illud autem τὸ τί ἦν εἶναι operæprecium est quam omnes adhuc inscienter & obscure exposuerint, cognoscere. Dicunt enim, quod quid erat esse. quis autem hoc intelligere possit? Dicamus ergo vel auctore Cicerone, quid sit, vel vim & naturam rei, vt ipse Cicero in Oratore. Quod in hac definitione dicit, id quod definitur, Græce est, τὸ ὁριζόμενον. Itaque Aristotelis principio huius libri totidem sunt pene verba, quot Ciceronis in superiore definitione. enumerans enim quinq; vitia quæ in definitione incidunt, hoc quartum ponit, εἰ πάντα τὰ εἰρημένα πεποιηκὸς μὴ ὥρισται, μηδὲ εἴρηκε τὸ τί ἦν εἶναι τῷ ὁριζομένῳ, id est, Si omnia superiora non sint explicata, nec quid sit id quod definitur, &c. In Oratore pro eo dicit id de quo agitur, quod verbum fortasse respondet πράγματι, quod plerisque locis Aristoteles adhibet, vt in septimo, εἰ γὰρ ἔστιν ὅρος λόγος ὁ τὸ τί εἶναι τῷ πράγματι δηλοῦν, &c. In Oratore autem sic definit Cicero, Siquidem definitio est oratio, quæ quid sit id de quo agitur, ostendit quàm breuissime. Definitionum genera duo facit Cicero in Topicis, quæ ad iurisperitos & oratores, nō ad Philosophos pertinent. Sic enim diuidit, Definitionum autem duo sunt genera prima, vnū earum rerum quæ sunt, alterum earum quæ intelliguntur. Hæc duo Philosophi illi quidem vocant τὰ ὄντα, & τὰ νοητὰ: sed aliter illa ac Cicero, definiunt. Itaque hac prætermissa, ad eam quæ sequitur, veniamus. Atq; etiam definitiones, inquit, aliæ sunt partitionum, aliæ diuisionum: partitionum, cùm res ea quæ proposita est, quasi in membra discerpitur, vt si quis ius ciuile dicat id esse, quod in legibus, senatusconsultis, rebus iudicatis, iurisperitorum auctoritate, edictis magistratuū, more, æquitate consistat. Diuisionum autem definitio formas omnes complectitur, quæ sub eo genere sunt quod definitur, hoc modo, Abalienatio est eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt. In hoc octauo libro huius generis definitionis non facit mentionem Aristoteles,*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*quoniam ad Philosophorum vsum hæc omnia traduxit. In primo autem de animo aliquid de eo genere præcipit. Definit enim οἰκίαν, id est, domũ, σκέπασμα κωλυτικὸν φθορᾶς ὑπ' ἀνέμων καὶ ὄμβρων καὶ καυμάτων, id est, operculum quod ventorum, imbrium, calorisque iniurias atq; incommoda propulsat. Itemq; hoc modo, λίθους καὶ πλινθους, καὶ ξύλα. Cicero nisi hæc duo genera definitionum non adhibet. Sic enim deinceps ait, Sunt & alia genera definitionum, sed ad huius libri institutũ illa nihil pertinent. Quod autem sequitur, sumpsit de secundo lib. de Arte iudicandi, quæ ἀναλυτικὰ ὕστερα dicuntur. Tantũ est dicendum, inquit, qui sit definitionis modus, Sic igitur veteres præcipiũt, cum sumpseris ea quæ sunt ei rei quam definire velis, cum aliis communia, vsq; eo persequi dum proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri poßit. Hæc inquam, præcipit Aristoteles in eo quem modo nominaui libro, quæ etsi alio loco à me prolata sunt, tamen quoniam institui quæ ab Aristotele ille transtulisset in Topica docere, subiicienda censui. πῶς δὲ δεῖ θηρεύειν τὰ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενα, νῦν λέγομεν. τῶν δὴ ὑπαρχόντων ἀεὶ ἑκάστῳ, ἐνία ἐπεκτείνει τῶν πλέον, οὐ μέντοι ἔξω τοῦ γένους· λέγω δὲ τῶν πλέον ὑπάρχειν, ὅσα ὑπάρχει μὴ ἑκάστῳ καθόλου, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀλλῳ οἷον, ἔστι τί ὃ πάσῃ τριάδι ὑπάρχει, ἀλλὰ καὶ μὴ τριάδι, ὥσπερ δ' ὂν ὑπάρχει, τῇ τριάδι, ἀλλὰ καὶ μὴ ἀριθμῷ, ἀλλὰ καὶ δ' περιττὸν ὑπάρχει τε πάσῃ τριάδι, καὶ τῶν πλέον ὑπάρχει, καὶ τῶν καὶ τῇ πεντάδι ὑπάρχει, ἀλλ' οὐκ ἔξω τοῦ γένους. ἡ μὴ τῶν πεντὰς, ἀριθμὸς, οὐδὲν δὲ ἔξω ἀριθμοῦ περιττόν. τὰ δὴ τοιαῦτα ληπτέον μέχρι τούτου, ἕως τοσαῦτα ληφθῇ πρῶτον, ὧν ἕκαστον μὴ τῶν πλέον ὑπάρξει, ἅπαντα δὲ μὴ τῶν πλέον. 1. Quemadmodum autẽ indaganda atq; inuestiganda sint ea quæ definitio cõplectitur, nunc disseramus. Eorũ igitur, quæ in quaq; re semper insunt, quædam aliarũ rerum etiam cõmunia sunt, & ad aliã rem transferuntur, etsi nõ in aliud genus. Dico autem ea in aliã rem transferri, quæ nõ solum cuiq; rei quam totũ genus complectitur, sed etiã alij conueniũt, vt aliquid est quod omni ternioni conuenit, sed alij etiã rei quæ nõ est ternio. cuius generis est id quod est, quod ternioni cõuenit, & ei rei quæ non est numerus. Quinetiã impar omni ternioni conuenit, sed in aliam rem transfertur, quippe cum quinque etiam conueniat, sed tamen in aliud genus non transfertur, quoniam quinque numerus est, nec quicquam præter numerum impar est. Sumendo igitur ea omnia quæ sunt eius generis, vsque eo persequi debemus, dum eiusmodi sumpta sint*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

primum, quorum quicque cum aliis commune sit, vniuersa tamen nullam in aliam rem transferri possint. ὑπάρχειν, ἐπεκτείνει ἐπὶ πλέον Cicero dicit etiam latius patere, manare, & ad plura pertinere: quod etiam κοινότοπον εἶναι Aristoteles appellat, quemamodum alio loco docui. Atque etiam exemplum quo Cicero vtitur, facile locum illum sumptum esse ex eo libro indicat. Definit enim hæreditatem his verbis, vt doceat, eam esse modum definitionis, quem veteres tradiderunt. Hæreditas, inquit, est pecunia, commune adhuc, multa enim genera sunt pecuniæ: adde quod sequitur, quæ morte alicuius ad quempiam peruenit, nondum est definitio: multis enim modis sine hæreditate teneri mortuorum pecuniæ possunt. Vnum adde verbum, iure, iam à communitate res disiuncta videbitur, vt sit explicata definitio sic, Hæreditas est pecunia quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure. Nondum est satis, adde, nec ea aut legata testamento, aut possessione retenta, confectum est. Si Cicero non iurisperitorum, sed philosophorum exemplis vti voluisset, profecto idem de ternionis definitione, quod de hæreditatis, ostendisset. Aristoteles enim ternioni definitionem statuit deinceps, hoc modo, ὅλον τριάδι ὑπάρχει πάσῃ, ἀριθμὸς δὲ πολλοστός, δι' πρώτου ἀμφοτέρως καὶ ὡς μὴ μετρεῖσθαι ἀριθμῷ, καὶ ὡς μὴ συγκεῖσθαι ἐξ ἀριθμῶν, τοῦτο δ' οἷόν τε ἢ σὴν ἢ σὴν ἢ τριάς, ἀριθμὸς πολλοστὸς πρώτος, καὶ ὡδὶ πρῶτος· τούτων γὰρ ἕκαστον, τὰ μὲν καὶ τοῖς πολλοστοῖς πᾶσιν ὑπάρχει, τὸ δὲ τελευταῖον, τῇ δυάδι, παντὶ δὲ οὐδενί, id est, Vt hoc, Ternio est numerus impar, qui vtroque modo primus est, & quod numerus eam non dimetiatur, & quod ex numeris non sit concreta: vt sit explicata definitio sic, Ternio est numerus impar primus, & sic primus. Eorum enim partim communia sunt imparibus omnibus, extremum autem verbum etiam duobus conuenit, at nulli omnia. Ex superioribus locis collatis inter se facile perspici licet ἐπὶ πλέον ὑπάρχειν dici à Cicerone, in aliam rem transferri. Id quod Aristoteles in hoc libro sexto in vitiis malæ definitionis numerat. Ait enim primo capite. Εἰ δὲ ἐπὶ πλέονς εἴρηκε τοὺς ὅρους, πρῶτον μὲν σκοπεῖν, εἴ τινι κέχρηται, ὃ πᾶσιν ὑπάρχει. Quod Cicero in quarta Academica mihi videtur indicare. Quid enim, inquit, agant, si cum aliquid definierint, roget eos quispiã, num illa definitio possit in aliam rem transferri quamlibet? Si posse dixerint, quid dicere habeant, cur illa vera definitio sit? Idem in secundo de Oratore leges definitionis duas statuit his verbis,



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Cuiusmodi de ipso iure ciuili hesterno die Crassus componi posse dicebat, vt genera rerum primum exponerentur, in quo vitium est, si genus vllum prætermittatur: deinde singulorum generum partes, in quo & deesse aliquam partem, & superare mendosum est: tum verborum omnium definitiones, in quibus neque abesse quicquam decet, neque redundare. Hoc lib. Aristoteles aliàs* τὸ περιττὸν εἶναι, *aliàs* πλεονάζειν *appellat, quod Cicero dicit redundare & superare. Dialectici aiunt, Definitio nihil debet superflui continere, nec diminuti, id est,* μήτε περιττὸν, μήτε ἐλλεῖπον, *quod ait Cicero in definitionibus, neque abesse quicquam decet, neque redundare. Ac Cicero quidem nihil redundare decere in definitionibus tradit, sed quo pacto id vitium effugere possimus, nullum verbum facit: Aristoteles autem quot modis id eueniat, tradit. Tribus enim modis id dicit fieri, primum si quod verbum eiusmodi complectatur definitio, quod vel in rebus omnibus quæ sint intelligatur, vel iis quæ eidem generi subsunt. Secundo cum proprium est quidem id quod adiectum est, sed eo dempto rei naturam reliqua declarat oratio. Tertio cum bis dicitur aliquod verbum. Quod attinet ad primum genus, causam affert, cur id fiat, eam quam supra de modo definitionis Ciceronem ab ipso docui esse mutuatum: ea omnia quæ definitio complectatur, ab aliquo rem eam quæ definiatur separare ac seiungere debere. Itaque ita concludit,* ὥστε μάταιον δὴ τοιοῦτον πεποιῆσθαι, *In secundo genere hunc locum proponit,* ἁπλῶς δ' εἰπεῖν, ἅπαν πολύρρημον, ὃ ἀφαιρεθέντος, τὸ λοιπὸν ἄλλου δηλοῖ τὸ δεικνύμενον, *Aristoteles vult esse definitionem ex genere & differentiis, idque & in secundo libro posteriorum analyticorum, & in hoc sexto, & in septimo præcipit, concluditque his verbis,* νῦν δ' ὅσον ἱκανὸν πρὸς τὴν παροῦσαν χρείαν, τοσοῦτον μόνον λεκτέον, ὅτε δυνατὸν γενέσθαι καὶ τὸ τί ἦν εἶναι συλλογισμόν, εἰ γὰρ ὅρος λόγος, ὁ δέ τι ἦν εἶναι τῷ πράγματι δηλῶν, καὶ δεῖ τὰ ἐν τῷ ὁρῳ κατηγορούμενα ἐν ᾧ τί ἐστι τὸ πράγματος μάλιστα κατηγορεῖσθαι· κατηγορεῖται δὲ ἐν ᾧ τί ἐστι τὰ γένη, καὶ αἱ διαφοραί. φανερὸς ὡς εἴ τις λάβοι ταῦτα μόνον ἐν τῷ τί ἐστι τοῦ πράγματος κατηγορεῖσθαι δεῖν, ὅτι ὁ ταῦτα ἔχων λόγος, ὅρος ἂν εἴη, *id est, Nunc quidem quod hic locus postulare videtur, eatenus hoc solum dicendum est, & definitionem & uim naturamque rei per ratiocinationem posse concludi. Nam cum definitio oratio sit, quæ quid sit res explicat, eaque sola quæ in definitione dicuntur, in natura rei dici debeat, & dicuntur de na*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*tura rei genera & differentiæ: profecto si quis ea solum sumat quæ in natura dici debent, quæ hæc ipsa complectetur oratio, definitio sit, necesse est. Paulo infra, hoc dicit planius, ὁ ὁρισμός ἐστιν ἐκ γένους καὶ διαφορῶν. Cicero autem nunquam differentiam statuit eam quam Philosophi, sed differentiam & dissimilitudinem pro eodem dicit. Itaq; ea definitionem non vult explicari, sed genere & proprietatibus, & communium frequentia. In partitionibus hoc docet his verbis. C. F. Quid? definitionis quæ ratio est & quæ via? C. P. Non dubium est id quidem quin definitio genere declaretur, & proprietate quadam, aut etiam communiũ frequentia, ex quibus proprium quid sit, eluceat. Vocat cõmunia ea de quibus loquitur Aristoteles in secundo libro posteriorum analyticorũ: quem locum supra protuli, à quo modum definitionis ipse Cicero in Topicis, vt paulo supra docui, elicuit. Quod autem in partitionibus sequitur, Sed quoniam de propriis oritur plerunque magna dissensio, definiendum est sæpe ex contrariis, sæpe etiam ex dissimilibus, sæpe ex paribus: id sumpsit Cicero ex septimo lib. huius operis. Hunc enim locum definiendi proponit, εἰ ὁ ἀντικείμενος τοῦ ἀντικειμένου, καὶ τὸν εἰρημένον τοῦ προκειμένου. Paulo post, de differentiis, quas appellat Cicero proprietates & propria, καὶ τὰς διαφορὰς δὲ ἐναντίας τῶν ἐναντίων ἀξιοῦμεν κατηγορεῖσθαι, καθάπερ λευκοῦ καὶ μέλανος, τὸ μὲν γὰρ διακριτικόν, τὸ δὲ συγκριτικὸν ὄψεως. ὥστε εἰ τοῦ ἐναντίου αἱ ἐναντίαι κατηγοροῦνται, τοῦ προκειμένου αἱ ἀκροδοθεῖσαι κατηγοροῖντο ἄν. Et paribus paulo post definit Aristoteles, καὶ ἐκ τῶν ὁμοίως ἐχόντων πρὸς ἄλληλα, εἰ γὰρ τὸ ὑγιεινὸν ποιητικὸν ὑγιείας, καὶ τὸ εὐεκτικὸν ποιητικὸν εὐεξίας. Ex dissimilibus contrà. Nam vt ipse Cicero dicit in Topicis, eiusdem est simile & dissimile inuenire. Locus ergo hic Ciceronis, qui est in partitionibus obscurus, Sæpe definiendus est ex contrariis, sæpe ex dissimilibus, sæpe ex paribus: sic intelligẽdus est, Si proprium alicuius quod contrarium habet definiendo explicare velimus, proprium contrarij nobis proponere debemus, ex quo sic definitionem esse veram mõstrabimus. Si contrarij eius rei de qua agitur proprium contrarium est ei quod statuo, id quod statuo proprium est eius de quo agitur. Locus communis est, Contrariorum cõtrariæ sunt proprietates. Eadem est dissimilium & parium ratio. Alij aliter interpretantur, vt dicant ex contrariis definiri, vt Horatius fecit, Virtus est vitium fugere, &c. Sed quoniam illæ non sunt propriæ definitiones, & ipse Cicero hoc ipso ex contrariis, dissi-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*milibus & paribus definiendum dicit, quòd plerunque de propriis oritur controuersia, in qua ad contrariorum propria si ita incidat, confugiendum Aristoteles censet: ob eam causam sic intelligi posse hunc locum arbitror. Sed iam ad propositum reueriamur. Cùm in Topicis tractans hunc definitionis locum Cicero, duobus generibus definitionis traditis, alia etiam genera definitionum esse dixit, quæ ad eius libri institutum nihil pertinerent, tum aliud genus eius tradit his verbis, Sæpe etiam definiunt & oratores & poetæ per translationes verbi ex similitudine cum quadam suauitate. Sed ego à vestris exemplis nisi necessario non recedam. Solebat igitur Aquilius collega & familiaris meus cùm de littoribus ageretur, quæ omnia publica esse vultis, quærentibus iis ad quos id pertinebat, quid esset littus, ita definire, Quâ fluctus eluderet, hoc est, quasi qui adolescentiam florem ætatis, senectutem occasum vitæ, velut definire. Translatione enim viens, discedebat à verbis propriis rerum, ac suis. Ego Ciceronem puto hoc genus definitionum de industria ad oratores & poetas, non etiam ad philosophos accommodasse, quod vitiosum hoc genus esse in philosophia ab Aristotele didicisset. Hoc enim sexto libro, prima pagina ab Aristotele ex hac arte expellitur, his verbis, ὅλως, εἰ κατὰ μεταφορὰν εἴρηται. οἷον ἐὰν τὸν ἐπισήμως ἀμετάπτωτον, ἢ τὸν γλωττηθήλω, ἢ τὸν σωφροσυνίλω συμφωνίαν. τὸν γὰρ ἀσαφὲς κατὰ μεταφορὰν λεγόμενος. Causa ergo cur definitio per translationem explicata, non est vera, est obscuritas. Debet enim perspicua & lucida esse definitio. Quod Cicero in secundo de Oratore attigit. Atque in hoc, inquit, genere causarum nonnulli præcipiunt, vt verbum illud, quod causam facit, lucide ac breuiter vterque definiat. Lucide Græce est σαφῶς, id est, dilucide & perspicue & aperte: cuius contrarium est ἀσαφῶς, id est, obscure. De obscuritate vitanda nihil Cicero præcipit. Aristoteles in hoc libro eius præcepta & disciplinam tradit. Primum ambiguis verbis definitio obscuratur: deinde verbis iis quibus vox quæ definitur cum multis modis dicatur, tamen non declaratur quomodo sit intelligenda: tum si per translationem explicetur: ad hæc si verbis inusitatis: postremo si ea contrarij non intelligatur declaretúrque definitio.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

# Annotationes in li-

## BRVM SEPTIMVM.

### CAPVT I.

IN *septimo libro primum de locis eius generis quod de eodem & alio appellatur Aristoteles disserit, quod genus attribuit in primo libro definitioni: tum de locis qui ad probandam definitionem valent, quoniam superiore libro eos solũ proposuit, qui valent ad eã refellendam: postremo hæc quatuor genera dicendi, quæ prædicata appellantur, id est, genus, definitionem, proprium, & accidens, confert inter sese, vt quod eorum firmissimam probationem, & minimam refutationem habeat, quod contrà probatu difficillimum sit, quod ad refutandum facillimum, intelligatur. Atque hæc quidem est quasi materies huius libri. De genere autem quod de eodem & alio seu altero dicitur, nonnihil in primo libro diximus: nunc qui loci in huius generis quæstionem conueniant, dicamus: vt quid Cicero ab Aristotele mutuatus sit, intelligatur. Cicero quidem in Topicis extrema prope pagina qui loci ad hanc quæstionem accommodati sint, exponit his verbis, Sed verba paulò altius repetenda sunt, Ad definitionem autem pertinet ratio & scientia definiendi. Atque huic generi finitimum est illud, quod appellari de eodem & altero diximus: quod genus forma quædam definitionis est. Si enim quæratur idémne sit pertinacia & perseuerentia, definitionibus iudicandum est. Loci autem conuenient in eius generis quæstionem consequentes, antecedentes, repugnantes, adiunctis etiam duobus iis qui sumuntur ex causis & effectis. Nam si hanc rem illa sequitur, hanc nõ sequitur: aut si huic rei illa antecedit, huic non antecedit: aut si huic rei repugnat, illi non repugnat: aut si huius rei hæc, illius alia causa est: aut si ex alio hoc, ex alio illud effectum est: ex quouis horum id de quo quæritur idémne an aliud sit, inueniri potest. Atq; hæc quidem Cic. breuiter, vt omnia. Aristoteles autẽ copiosius hos*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*tractat locos in hoc septimo libro quàm Cicero, quoniam cætera in primo, vt ibi ostendi, persecutus est. Hunc quidem primum locum, qui est à consequentibus, Si hanc rem illa sequitur, hanc non sequitur, prima pagina his verbis Aristoteles explicat,* ἔτι ἐκ τῶν τούτοις συμβεβηκότων, καὶ οἷς ταῦτα συμβέβηκεν ἐπισκοπεῖν. ὅσα γὰρ θατέρῳ συμβέβηκε, καὶ θατέρῳ δεῖ συμβεβηκέναι, καὶ οἷς θάτερον αὐτῶν συμβέβηκε, καὶ θάτερον δεῖ συμβεβηκέναι, εἰ δέ τι τούτων διαφωνεῖ, δῆλον ὅτι οὐ ταυτό. *συμβεβηκότα ergo vocat ea quæ ἀκολουθοῦντα in secundo appellauit. Itaque* συμβεβηκὸς *quod adhuc verti accidens, ne totam hanc artem viderer corrumpere, consecutio vno verbo à Cicerone dicitur. In tertio de Oratore, Cognitionis autem tres modi. coniectura, definitio, & vt ita dicam, consecutio. Nam quid in re sit, coniectura quæritur: vt illud, Sítne in humano genere sapientia? Quam autem vim quæque res habeat, definitio explicat, vt si quæratur, quid sit sapientia. Consecutio autem tractatur cum quid quamq; rem sequatur inquiritur, vt illud, Sít ne aliquando mentiri boni viri? Paulo infra, Consecutionis autem duo prima quæstionum genera ponuntur. Nam aut simplex est disceptatio, vt si disseratur, expetendá ne sit gloria: aut ex comparatione, laus, an diuitiæ magis expetendæ sint? Ciceronem autem appellare consecutionem quod ab Aristotele* συμβεβηκὸς *dicitur, præterquam quòd hic locus indicat, etiam hinc perspici licet, quòd in primo libro posteaquam quid sit* συμβεβηκὸς *explicauit, ei rerum inter se attribuit comparationes. Scribit enim his fere verbis,* προσκείσθωσαν δὲ τῷ συμβεβηκότι καὶ αἱ πρὸς ἄλληλα συγκρίσεις, ὁπωσοῦν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος λεγόμεναι, οἷον πότερον ἐν καλὸν ἢ τὸ συμφέρον αἱρετώτερον. *Nam simplicem quæstionē in idem genus conuenire & perspicuum est, & idem Aristoteles tertio libro docet, cuiusmodi est hæc, Sít ne beata vita expetenda? Ego in hoc septimo libro hunc quem tracto locum,* ἔτι ἐκ τῶν τούτοις συμβεβηκότων, *&c. exponens,* τὰ συμβεβηκότα τούτοις, *rerum attributa transfero, quoniam* συμβεβηκότα, *id est, accidentia, & vt paulo ante exposui, consequentia, sunt quæ rem sequuntur, id est, quæ rei attribuuntur. Itaque Cicero in primo de Inuentione omnes res ait argumentando confirmari, aut ex eo quod personis, aut ex eo quod negotiis est attributum. Quam diuisionem secutus Quintil. in cap. de argumentis, quæ attributa sunt rebus, vocat rerū accidentia, his verbis, In primis igitur argumenta sæpe à persona ducenda sunt, cum sit,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*vt dixi, diuisio, vt omnia in hæc duo partiamur, res atq; personas, vt causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, modus & cætera, rerum sint accidentia: personis autem non quicquid accidit, mihi exequendum est, &c. Sed ad alia veniamus. Quod Cicero dicit, Si huic rei illa antecedit, huic non antecedit, est prima etiam pagina sic explicatum,* ἔτι εἰ δυνατὸν θάτερον ἄνευ θατέρου εἶναι, οὐ δὲ ἂν εἴη ταυτὸν, *id est, si vnum sine altero cohærere potest. Quod si cui hi duo loci videantur omnino dissimiles, vehementer errat. Sunt enim antecedentia, quæ cum rebus cohærent necessario. Sic enim à Cicerone in Topicis definiuntur, Quicquid antecedit quanque rem, id cohæret cum re necessario. Iam illud quod sequitur, Si huic rei repugnat, illi non repugnat, non reperi. Postremi autem duo loci, quos adiungit, qui sumuntur ex causis & effectis. Si huius rei hæc, illius alia est causa, expositi sunt initio libri huius, hoc modo,* πάλιν ἐκ τῶν ποιητικῶν καὶ φθαρτικῶν καὶ γενέσεων καὶ θφορῶν καὶ ὅλως καὶ ὁμοίως ἐχόντων πρὸς ἑκάτερον, ὅσα γε ἁπλῶς ταυτὰ, καὶ αἱ γενέσεις αὐτῶν καὶ αἱ φθοραὶ αὐταὶ, καὶ τὰ ποιητικὰ, ὃ τὰ φθαρτικά. *Ad hos locos Aristoteles alios etiam adiungit, vt eos qui ducuntur à coniugatis, à contrariis, ex maiore aliósque permultos, quos Cicero prætermisit omnino.*

## CAPVT II.

*Maxime autem apti & accommodati sunt ex omnibus loci ij, qui modo expositi sunt: & qui ex casibus coniugatisque sumuntur,* εἰσὶ δὲ ἐπικαιρότατοι τῶν τόπων, οἵ τε νῦν εἰρημένοι, καὶ οἱ ἐκ τῶν πτώσεων, καὶ τῶν συστοίχων.) ἐπικαιροτάτους τῶν τόπων *non dico oportunissimos locos, sed maxime aptos & accommodatos. Sic enim mihi videtur Cicero hoc verbum exponere. In Topicis, Loci autem qui ad quasque quæstiones accōmodati sunt, deinceps est videndum. Omnes quidem illi, quos supra diximus, ad plerasque sunt, sed alij ad alias, vt dixi, aptiores. Ad coniecturam igitur maxime apta, quæ ex causis, quæ ex effectis, quæ ex coniunctis sumi possunt. Pro eodem in libro de Arte rhetorica interdum dicit* οἰκειότατος τόπος, *quoniā Cicero* οἰκεῖον *exponit accommodatum. Et quoniam Cicero hoc ipso libro multis verbis idem declarantibus vtitur, mihi libet ea proponere, vt quæ illis quasi ex altera parte respondeant Græca videamus. Sequitur superiorem apud eum hæc oratio, Ad definitionem autem pertinet ratio & scientia definiendi,* συντείνει



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

πρὸς ὅρον μέθοδος τῆ δεῖ ζεῦξαι. *Paulo post, Loci autem conuenient in eius generis quæstionem consequentes, &c. id est,* τοὶ δὲ οὐ τοιοῦτων προβλήματι, ὅι τε ἧς ἀνθλοδοῶς, *&c. Paulo infra, Ad tertium genus quæstionis, in quo quale sit quæritur, in comparationē ea cadunt, quæ paulo ante in comparationis loco enumerata sunt. Cadere & conuenire in comparationē,* συμβαίνειν τῆ συγκρίσει, ἢ ὑπάρχειν, *vel* πίπτειν εἰς σύγκρισιν. *Aristoteles secundo de Arte rhetorica,* πίπτει δὲ δι λόγος ἢ αὔξησις εἰς τὸν ἔπαινος, οὐ συμφέρει γὰρ ὅσι. *Quod in Topicis dicit Conuenire in quæstionē Cic. in Partition. & in. 2. de Orat. dicit cum dandi casu. In. 2. de Oratore, Quod autem argumentorum genus cuiq; causarum generi maximè conueniat, nō est artis exquisitæ præscribere, sed est mediocris ingenij iudicare. Sic Aristot. 3. de Arte rhetorica,* δεῖ δὲ μὴ λελανθέναι, ὅτι ἀλλη ἑκάστῳ γένει αἱρμόττει λέξις. *Quod autem Cicero deinceps dicit, In id autem genus in quo de expetendo fugiendoq; quæritur, adhibentur ea quæ sunt aut animi aut corporis aut externa, vel commoda vel incommoda: ego alio loco docui, illi nostro, adhiberi, par esse Græcum* προσῆκαν, *seu* προσῆκον *quod verbum in 2. de Arte dicendi usurpat Aristoteles in hac ipsa re,* πᾶσι γὰρ ἀναγκαῖον τὰ πρὸς δυνατὸν ἢ ἀδύνατον προσῆκον ἐν τοῖς λόγοις. *i. Omnes enim locos eius quod fieri potest & non potest, in dicendo adhibeant necesse est.* προσπῆκον *pro eodem dixit in primo libro, quanquam mihi videtur attribui valere,* προσπέπτωκεν δὲ τῷ συμβεβηκέναι καὶ αἱ πρὸς ἄλλα συγκρίσεις. *Quod Cicero paulo supra ita indicat, hæc enim sunt definitioni attributa. Quanquam autem uno verbo supra dixi* ἐοικὸς *hæc appellari, tamen non repugnat aliis etiam verbis declarari. Aristoteles his libris sæpe in hac re* χρήσιμος *dicit, quod in Topicis utile est in ea duntaxat re nunquam Cicero exponit. Neq; enim unquam locos dicit esse utiles ad ullum genus quæstionum. Itaq; illud adhiberi fortasse maluit dicere. Nihil attinet innumerabiles locos proferre ad id ostendendum. Vel ille qui eum quem tractamus insequitur, hoc ipsum facile declarat,* χρήσιμοί γὰρ πρὸς πολλά. *Itaque eum exposui his verbis, maxime enim apti sunt ad multas quæstiones. quod etiam sic dici potest, ij enim adhiberi possunt, &c.* χρήσιμος *autem τόπος πρὸς sæpe á me dicitur, Valet locus ad aliquid, & interdum contrā, quorum posterius quoniam non tenuerunt ij qui ante me hos libros verbum è uerbo expresserunt, aliquot locis rem obscurauerunt. Proferam locum qui sequi-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*tur in hoc septimo libro* ἔστι δὲ χρήσιμος ὁ τόπος πρὸς τοὺς τιθεμένους εἰδέας εἶναι, καθάπερ πρότερον εἴρηται. *Si enim dicas, Est autem vtilis locus ad ponentes ideas esse, nec sermo Latinus erit, nec quæ sentētia his verbis subiecta sit, intelligetur. Dicamus ergo cum Cicerone, Valet hic locus contra eos qui ideas formasque ponunt. In 4. Academic. Sed adhibes artem aduocatam etiam sensibus. Pictor videt quæ nos non videmus. Et simul inflauit tibicen, à perito carmen agnoscitur. Quid hoc? nonne videtur cōtra te valere, si sine magnis artificiis ad quæ pauci accedunt, nostri quidem generis admodum nec videre nec audire possumus?* ἐνεργὸς *autem* τόπος *est, quem Cicero firmum vocat. Aristoteles hoc ipso libro paulo post superiorem,* ἔτι εἰ μεταφέρων εἴρηκε τοὔνομα, ἢ αὐτὸ αὐτῶν κατηγόρησεν ὡς ἕτερον, καὶ εἴ τις ἄλλος κοινὸς καὶ ἐνεργὸς τῶν τόπων ἐστὶ, τούτῳ χρηστέον. *In Topicis Cicero loquens de argumento ex genere cum ex toto quis persequitur partes, Quod, inquit, genus argumenti in primis firmum videri solet.* κοινὸν *autem* τόπον *quem Aristoteles vocat hoc loco dico late patere cum Cicerone. In Topicis, Similitudo sequitur, quæ late patet. Nam alio modo* κοινὸς τόπος *dicitur communis, &* ἴδιος *proprius, quorū & Aristoteles in primo de Arte rhetorica, & Cicero multis locis definitionem explicant.* λέγω δὲ διαλεκτικούς, τε καὶ ῥητορικούς συλλογισμοὺς εἶναι, περὶ ὧν τοὺς τόπους λέγομεν. οὗτοι δ' εἰσὶ οἱ κοινοὶ περὶ δικαίων καὶ φυσικῶν καὶ περὶ πολιτικῶν καὶ περὶ πολλῶν διαφερόντων τῷ εἴδει, οἷον ὁ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον τόπος. *Paulo infra,* ἴδια δὲ, ὅσα ἐκ τῶν περὶ ἕκαστον εἶδος. καὶ γένος προτάσεος ἐστὶ, οἷον περὶ φυσικῶν εἰσι προτάσεις ἐξ ὧν οὔτε ἐνθύμημα, οὔτε συλλογισμὸς ἐστὶ περὶ τῶν ἠθικῶν. *Hūc locum studiosorum causa transferā. Voco enim dialecticas & rhetoricas ratiocinationes eas, in quibus locos sumptos esse dicimus. Loci autē alij cōmunes sunt hi, ex rebus iustis, ex naturalibus, ciuilibus, multisq; aliis, quæ genere differunt, assumūtur. cuiusmodi est locus, ex maiore & minore. Alij proprij, qui ex singulorum generum propositionibus existunt, vt ex rebus naturalibus quædam propositiones sumuntur, ex quibus nec enthymema, nec ratiocinatio de moribus conficitur. Cicero communes locos vocat, qui in multas causas transferri possunt: proprios qui non possunt. In Oratore loquens de amplificatione, Quæ etsi æquabiliter toto corpore orationis fusa esse debet tamen in communibus locis maxime excellet. qui communes appellati, eo quòd videntur multarum iidem*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*causarum, sed proprij singularum esse debebunt. In secundo de Inuentione, Hæc ergo argumēta quæ transferri in multas causas possunt, locos communes nominamus. Quod etiam vocat Aristoteles* χρῆσθαι τόπῳ, *verbum è verbo Cicero dicit vti loco in Topicis, Tria sunt genera causarum, Iudicij, deliberationis, laudationis, quarū fines ipsi declarant, quibus vtendum locis sit. Supra docui* χρῆσθαι πίστεσι *dici à Cicerone tractare argumenta. Cicero hæc etiam genera dicendi vsurpat, Sumere argumentum, ducere, trahere, elicere, & verbum ipsum, argumentari. Argumentum Græce his libris dicitur* ἐπιχείρημα, *in libro de Arte rhetorica,* πίστις. ἐπιχειρεῖν *argumentari. Sumere argumentum.* λαμβάνειν πίστιν & πίστεις. *In primo de rhetorica,* ὧν μὲν οὖν δεῖ ὀρέγεσθαι προτρέποντας ὡς ἐσομένων, ἢ ὄντων, καὶ ἐκ τίνων δεῖ τὰς περὶ τοῦ συμφέροντος πίστεις λαμβάνειν, ἔτι δὲ τῶν περὶ τὰς πολιτείας ἠθῶν καὶ νομίμων, διὰ τίνων τε καὶ πῶς εὐπορήσομεν, ἐφ' ὅσον τῶν ἐν παρόντι καιρῷ σύμμετρον, εἴρηται, *id est, Quæ igitur res futuræ aut præsentes in suasionibus & adhortationibus proponi debeant, ex quibusque locis argumenta ad probandum vtile aliquid sumenda sint, & quibus rebus ac rationibus mores & iura legitima rerum publicarum abundanter nobis occurrēt, quantum satis est ad hunc locum diximus. Iisdem libr. aliquoties dicit* φέρειν πίστεις, *quod vel dicere, vel trahere, vel elicere argumenta Cicero nominat. Neq; enim verbum è verbo commode possumus dicere Latine, ferre argumenta. In tertio etiam de Arte rhetorica sæpe dicit* φέρειν ἀπόδειξιν *pro eodem, quanquam mihi interdum facere fidem valere videtur, vt in eo loco libri, quem modo nominaui,* ἀποδεικνύειν δὲ χρὴ ἐπεὶ περὶ τετταρῶν ἡ ἀμφισβήτησις, περὶ τοῦ ἀμφισβητουμένου φέροντα ἀπόδειξιν, οἷον εἰ ὅτι οὐ γέγονεν, ἀμφισβητεῖ, ἐν τῇ κρίσει δεῖ τούτου μάλιστα τὴν ἀπόδειξιν φέρειν. *Vt sit vertendus locus hoc modo, In confirmando autem quoniam de quatuor existit controuersia, rei dubiæ fides facienda est, vt si sit controuersum & dubium, an ne fecerit, huius rei in iudicio in primis fides fieri debet. Itaque Ciceo argumentum vocat, quod rei dubiæ fidem facit. vt sint genitiui casus que admodum apud Græcos. Ita de illo* φέρειν πίστεις *interdum iudicare debemus. Depromere & eruere argumenta Cicero dicit pro eodem. In Topicis, Cum autem à genere ducetur argumentum, non erit necesse id vsque à capite arcessere. Eodem libro iungit idem verbum cum ex præpositione. Ducuntur etiam argumenta ex iis re-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*bus, quæ quodammodo affectæ sunt ad id de quo quæritur. Ibidem, Com mode etiam tractatur hæc argumentatio, quæ ex genere sumitur, cum ex toto persequare partes. Iungit interdum hoc verbũ cum à præpositione. In Topicis, Testimonium nunc dicimus omne quod ab aliqua re externa sumitur ad faciendam fidem. In secundo de Oratore, Ac si verum quæritis, quod mihi quidem videtur (nihil enim aliud affirmare possum, nisi sententiam & opinionem meam) hoc instrumentum causarum & generum vniuersorum in forum deferre debemus, neque vt quæque res delata ad nos erit, tum denique scrutari locos ex quibus argumenta eruamus, &c. In quarto de Finibus, quem locum supra protuli. Nam è quibus locis quasi thesauris argumenta depromerẽtur, vestri ne suspicati quidem sunt, superiores autem artificio & via tradiderunt. In Topicis verbo simplici vtitur. Sic enim appellatæ ab Aristotele sunt hæ quasi sedes è quibus argumenta promuntur. Paulo infra, Tum notatio, cum ex vi verbi argumentũ aliquod elicitur. In Oratore loquẽs de his Aristotelis libris, Idemque locos (sic enim appellat quasi argumentorum notas) tradidit, vnde omnis in vtranque partem traheretur oratio. Tot igitur modis Cicero hoc dicendi genus extulit, quorũ illos tres, Promere, depromere, & eruere argumenta per translationem expreßit. Itaq; apud Aristotelem, qui proprie loqui solet, hæc genera non reperi. φερειν autem πίστεις dicit, quod (vt dixi) valet vel ducere vel trahere, vel elicere argumenta, quanquã hoc postremum per translationem dicitur. In secundo de Arte rhetorica, ἐπεὶ δὲ περὶ ἕκαστον μὲν γένος τῶν λόγων ἕτερόν τι τὸ τέλος ἦν, περὶ ἁπάντων δὲ αὐτῶν εἰλημμέναι δόξαι καὶ προτάσεις εἰσὶν, ἐξ ὧν τὰς πίστεις φέρουσι, καὶ συμβουλεύοντες καὶ ἐπιδεικνύοντες καὶ ἀμφισβητοῦντες, ἔτι δ' ἐξ ὧν ἠθικοὺς τοὺς λόγους ἐνδέχεται ποιεῖν, καὶ περὶ τούτων διώρισται: λοιπὸν ἡ μῖν διελθεῖν περὶ τῶν κοινῶνος, id est, Quoniam autem suus cuiusque generis causarum finis est, de quibus omnibus sumptæ sunt propositiones & quasi elementa, ex quibus argumenta ducerentur in deliberationibus, laudationibus, & iudiciis, quoniamque expositum est à nobis quibus rebus fieri poßit, vt oratione animos eorum qui audirent conciliaremus: reliquum est, vt de argumentis communibus dicẽdum esse videatur. In principio octaui libri horum, τοὺς μὲν οὖν τόπους ὅθεν δεῖ λαμβάνειν εἴρηται πρότερον. Apud Ciceronem non inueni scriptum hoc genus, Argumentari ex genere vel à forma, sed omnino argumentari. Ari-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſtotelescontra ἐπιχειρεῖν iungit, vt λαμβάνειν, & φέρειν πίστεις. Principio octaui libri δεῖ δὲ πρῶτον μὲν ὥσπερ μέλλοντα, ὅπου δύρειν ὅθεν ἐπιχειρητέον. Ego initio horum commentariorum oſtendi quod Cicero argumentationem appellaret, eſſe apud Ariſtotelem λόγον certis quibuſdam locis. Cicero enim vult intereſſe inter argumentationem & argumentum in Partitionibus. Argumentationem, inquit, quærere videris, quæ eſt argumenti explicatio. Paulo infra, Eſt ergo, vt ſupra dictum eſt, explicatio argumenti argumentatio. Explicationem appellat tractationem, λόγον autem argumentationem dici ab Ariſtotele, ex octauo libro facile perſpici poteſt, ἁπλοῦς δὲ λόγος καλεῖται τε φραζῶς οἷα μὴ τρόπον, ὅταν φαίνηται συμπεραίνεσθαι μὲν συμπεπλεγμένος δ' ὁ καλεῖται συλλογισμὸς ἐριστικός. Paulo ante, λόγος δέ ἐστι ἁπλοῦς, οἷα μὴ τρόπον καὶ δι' ὁμοιώτατον, ἐὰν ἢ σιμότερος ὁρασμένος ὅτος, ὥστε μηδὲν δεῖν ἐπερωτῆσαι. Neque enim argumentum concluditur, ſed fidem facit atque concludit, argumentatio autem concluditur. Argumentum autē Latine, ἐπιχείρημα eſſe Græce ex eodem libro intelligi licet. Argumētationem etiam eſſe hic locus de eodem libro ſumptus indicat. Definit enim ἐπιχείρημα his verbis, ἐπιχείρημα δὲ, συλλογισμὸς διαλεκτικός. Cicero etiam interdum argumentationem pro argumento dicit. In primo de Inuentione, Omnis autem argumentatio, quæ ex his locis quos commemorauimus ſumetur, aut probabilis, aut neceſſaria debebit eſſe. Etenim, vt breuiter deſcribamus, argumentatio videtur eſſe inuentum ex aliquo genere, rem aliquam aut probabiliter oſtendens, aut neceſſario demonſtrans. In partitionibus argumentum verbis idem declarantibus efficientibusque definit. In Partitionibus, Quid eſt argumentum? C. P. Probabile inuētum ad faciendam fidem. Cic. in Partitionibus vocat certæ notæ argumentum, quod certe ἐπιχείρημα non dicitur, nec πίστις. Quomodo autem Græce dicatur, quoniam apud Ariſtotelem ſcriptum reperi, aliis tradendum cenſui. In eo libro quem modo nominaui, Argumentorum duo ponit genera his verbis. Nunc coniecturæ locos quæro. C. P. In veriſimilibus & in propriis rerū notis poſita eſt tota. Sed appellemus docendi gratia veriſimile quod plerunque ita fiat, vt adoleſcētiam procliuē eſſe ad libidinem. Propriæ autē notæ argumentum, quod nunquam aliter ſit cerumque declarat, vt fumus ignem. Hæ definitiones ab Ariſtotele in primo de Arte rhetorica traduntur his verbis, δι' μὲν γὰρ εἰκὸς ὅτι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γινόμενον. Paulo ante, τὸ πῶς δὲ,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

τὸ μὲν ἀναγκαῖον τεκμήριον. *Paulo infra exemplum affert,* τὸ δὲ οἷον εἴ τις εἴποι σημεῖον τὸ ὅτι νοσεῖ. πυρέττει τὴν, ἢ τέκοκεν ὅτι γάλα ἔχει, ἀναγκαῖον, ὅπερ τῶν σημείων τεκμήριον μόνον ἐστί. *Illud ergo perspicuum est,* εἰκὸς *verisimile,* τεκμήριον *certæ notæ argumentum a Cicerone nominari,* πίστις *autem non solum argumentum est Latine, sed etiam fides, probatio, confirmatio, quæ pars est tertia orationis, cuius contrarium est* ἔλεγχος, *id est, siue reprehensio, siue refutatio. Quorum extremum quoniam late patet, in eoque peccatur, Ciceronis & Aristotelis mihi auctoritatibus confirmandum videtur. Cicero in Partitionibus. C. F. Quoniam igitur vis Oratoris omnis exposita est, quid habes de orationis præceptis dicere? C. P. Quatuor esse eius partes, quarum prima & postrema ad motum animi valet, is enim initiis est & perorationibus concitandus. Secunda narratio, & tertia confirmatio fidem facit orationi. Paulo infra. Sed iam ad reliqua pergamus. C. F. Nempe ea sequuntur quæ ad faciendam fidem pertinent C. P. Ita est, quæ quidem in confirmationem & in reprehensionem diuiduntur. Nam in confirmando nostra probare volumus, in reprehendendo redarguere contraria. Vocat tertiam partem orationis confirmationem, quam vt Aristoteles* πίστιν *in tertio de Arte rhetorica libro, sic in Topicis idem Cicero fidem nominat. In Topicis extrema pagina, Quæ autem, inquit, sequitur narrationem fides ea persuadendo quoniam efficitur, qui ad persuadendum loci maxime valeant, dictum est in iis, in quibus de omni ratione dicendi diximus. Aristoteles in eo libro, quem modo nominaui,* ἔστι δὲ τοῦ λόγου δύο μέρη. *Paulo infra,* τούτων δὲ, τὸ μὲν πρόθεσίς ἐστι, τὸ δὲ πίστις. *Probare Cicero dicit, & confirmare, & fidem facere, & persuadere pro eodem,* δεικνύναι, & ἀποδεικνύναι, & πείθειν, & πιστεύεσθαι, *Aristoteles pro eisdem:* κατασκευάζειν *magis est confirmare, quod verbum crebris Aristoteles in his libris vsurpat sermonibus, cuius contrarium est* ἀνασκευάζειν, *quod est infirmare, nam* ἐλέγχειν *refutare, redarguere, coarguere, refellere valet. Itaque* ἔλεγχον *reprehensionem & refutationem dico cum Cicerone, redargutionem fugio, etsi verbum vsitatum est.* ἀναιρεῖν *euertere Cicero dicit, vt quod Aristoteles his libris ait,* ἀναιρεῖν τὸν ὅρον ἢ ὁρισμὸν, *vertit euertere definitionem. Paulo post hunc locum quem tractamus,* ἀναιροῦντι μὲν οὖν ἀπόχρη πρὸς ἕνα διαλεγῆναι. ἓν γὰρ ὁπριονοῦν ἀνασκευάσαντες, ἀνηρηκότες ἐσόμεθα τὸν ὅρον.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Quem locũ in ſecundo de Oratore Cicero attigit, Etenim definitio primum reprehenſo verbo vno, aut addito aut dempto, ſæpe extorquetur è manibus, &c. Proferre exempla nihil attinet, πιθὸν & πιθανὸν, & iũcta verba ἀπιθον & ἀπίθανον interdum dicit Ariſtoteles, πιθὰ πειᾶν τὰ ὠὶ τῆ dicit in tertio de Arte rhetorica libro, quod Cicero vertit noſtra probare, Quintilianus noſtra confirmare, πιθανὸν & πιθὸν credibile ſemel acterum dicit Cicero, cum nullum verbum aliud cuius bile ſit poſtremæ ſyllabæ vſurpet, quod à verbo ſecundæ, tertiæ, quartæve coniugationis deductum ſit. Si qua enim apud eum eius generis vſitata ſint, à verbis primæ coniugationis nomen habent omnia. In Topicis vult eſſe credibiles narrationes. Itemque narrationes, vt ad ſuos fines ſpectent, id eſt, vt planæ ſint, vt breues, vt euidentes, vt credibiles, vt moratæ cum dignitate. In hac oratione efficiendum eſt, intelligitur. Legendum eſt autem moratæ, non moderatæ, vt in omnibus libris quos quidem legerim, reperi. eſt enim apud Ariſtotelem in tertio de Arte rhetorica, ἠθικὼ δὲ δεῖ τὼ διήγησιν εἶναι. Atque hic locus apud Quintilianum cap. de narratione eſt integer, quemadmodum à me correctus eſt. πιθὸν εἶναι etiam & πιθανὸν & ἀποδεικτικὸν id mihi eſſe videtur, quod Cicero frequenter dicit, valere & pertinere ad faciendam fidem & perſuadendum. Exempla horum à Cicerone ſumpta paulo ante protuli. Et certe cum ἀποδεῖξαι ſit probare, ἀποδεικτικὸν erit id quod vim habet, ſeu quod valet & quod pertinet ad faciendam fidem, de quibus verbis in libro de Optimo genere interpretandi diſputaui. Eo enim libro docui, τὰ πελικὼ à Cicerone verti ea quæ ad fines pertinent: & δρομικὸν eum qui valet ad curſum. Itaque quod eſt in loco Ciceronis, quem ſumptum de partitionibus, paulo ſupra attuli, prima pars ad motum animi valet, Ariſtoteles dicit παθητικὸν. ἀποδεικτικὰς quidem πίστεις vult eſſe idem Ariſtoteles in tertio de Arte rhetorica libr. τὰς δὲ πίστεις δεῖ ἀποδεικτικὰς εἶναι, id eſt, Argumenta autem ad perſuadendum, ſiue ad faciendam fidem valere aut pertinere debent. Quanquam hæc multis verbis dicit interdum Ariſtoteles. In tertio huius operis, ὁι ὠὖδὶ δὲ τόποι, χρήσιμοι καὶ πρὸς τὸ δεικνύναι ὁλῶν αἱρετὸν ἢ φευκτόν. In ſecundo χρήσιμον δὲ καὶ πρὸς τὸ κατασκευάζειν ἢ ἀνασκευάζειν. In his enim locis atque ſimilibus χρήσιμον dico non vtile eſt, ſed valet. Valent ergo, dicam iidem loci etiam ad perſuadendum, vel ad faciendam fidem, quacunque re propoſita, eam eſſe expetendam aut fugiẽdam.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Nunquam enim Cicero vtile dicit χρήσιμον in locis tractandis. Itaq; cum ſæpe dicat valere vel χρήσιμον idem declarare, vel ἀποδεικτικὸν vel ἐνδοξόν existimare debemus, præſertim cum ἰσχύν nunquam legerim in locorum tractatione, nec δύναμιν, quorum verborum vſum in libro de Optimo genere interpretandi tradidi. Sed antequam aliò veniam, melius eſt, quoniam quidem ſemel cœpi, hunc locũ de argumentis abſoluere. Quibus verbis & ab Ariſtotele & à Cicerone appellaretur argumentatio, & argumentum, diximus. Nunc partes argumẽtationis inſtitui, quibus nominibus vocentur tradere. Ex tribus partibus perfecta argumentatio conficitur, quarum prima πρόθεσις, altera λῆμμα, poſtrema συμπέρασμα, interdum etiam σύνοψις nominatur. πρότασιν Cicero in libro de Inuentione appellat propoſitionem, quod verbum vt cæteros eius libros euoluas, non reperies. Propoſitum enim mauult dicere: vt in Partitionibus, Vitare autem ſimilitudinem poterimus, non ſemper à propoſito ordientes, &c. In primo de Inuentione facit quinque partes, ſed rationes propoſitionis & aſſumptionis in partibus numerat. Quinque ſunt igitur partes eius argumentationis, quæ per ratiocinationem tractatur. Propoſitio, per quam breuiter locus is exponitur, ex quo omnis vis oportet emanet ratiocinationis. Approbatio, per quam id quod breuiter expoſitum eſt rationibus affirmatum, probabilius & apertius fit. Aſſumptio per quam id quod ex propoſitione ad oſtendendum pertinet, aſſumitur. Aſſumptionis approbatio per quam id quod aſſumptum eſt, rationibus firmatur. Complexio, per quam id quod conficitur ex omni argumẽtatione, breuiter exponitur. In hoc ergo libro πρότασιν propoſitionem appellat, λῆμμα aſſumptionẽ, συμπέρασμα aut potius σύνοψιν complexionẽ: quorum primum vt iam probaui, in cæteris libris reſpuit, λῆμμα exponit ipſe in ſecundo de Diuinatione libro, ſumptionem. Sed demus, inquit, tibi iſtas duas ſumptiones ea quæ lemmata appellant Dialectici, ſed nos Latine loqui malumus. Paulo infra appellat aſſumptionẽ. Sequitur enim, Aſſumit autem Cratippus hoc modo, Sunt autẽ innumerabiles præſenſiones non fortuitæ, at ego dicam nullam. Vide quanta ſit controuerſia. Iam aſſumptione non conceſſa, nulla concluſio eſt. Hoc loco συμπέρασμα concluſionem ab eo vocari tam perſpicuum eſt, vt non neceſſe habeam id confirmare pluribus. Tantum ſatis eſt intelligi, illum hoc vocabulum ſemper tenere, illud alterum repudiare in cæteris libris. Quintilianus libro ſexto, πρότασις*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

& intentionem appellat & propositionem, sed intentionem sæpius dicit, credo quod haberet rationem verbi à quo πρόταοις nomen duceret. πρότεινειν enim verbum ipsum est, cuius simplex τείνειν tendere dicitur. συμπέρασμα aut συλλογισμὸν sæpius dicit connexionem, quàm conclusionem. Verba eius pauca sumpta de illo libro subieci. Huic generi probationis tribus occurritur modis, id est, per omnes partes. Aut enim expugnatur intentio, aut assumptio, aut conclusio, nonnunquam omnia. Paulo infra, Connexio aut vera negatur, cum aliud colligit, quàm id quod ex prioribus conficitur, aut nihil ad quæstionem dicitur pertinere. Quod hoc loco dicit, colligit, est Græce συλλογίζεσθαι, vt quod alio loco vocat inferre, ἐπιφέρειν, quo verbo in proximo libro Aristoteles vtitur. Cicero nunquam inferre dicit, nec colligere nisi in libris de Inuentione. Quod mihi confirmandum exemplis putaui. In primo ergo libro sic scribit, Si peperit, cum viro concubuit. Peperit autem, conficitur hoc, Cōcubuit igitur cum viro. Hoc si nolis inferre, & inferas id quod sequitur, Fecit igitur incestum, & feceris argumētationem, & perspicuam fugeris complexionem. Sæpe hoc verbo vtitur in eodem libro. Verba autem vnde trium partium argumentationis nomina de qua commemoraui paria sunt apud Græcos, eiusmodi sunt, πρότεινειν, λαμβάνειν, πέρασθαι, συμπέρασθαι aut συλλογίζεσθαι. Cicero hæc tria vertit vna oratione in Partitionibus, Argumentādi autem duo sunt genera, quorum alterum ad fidem directo spectat, alterū se inflectit ad motum. Dirigitur, cum proposuit quod probaret, sumpsitque ea quibus monstretur, atque his confirmatis ad propositum sese retulit atque concluſit. His ergo verbis vtitur in cæteris libris. Ita qui multa verba de libris, quos de Inuentione admodum adolescens scripsit ipse, non videbitur continuo Ciceroniane dicere. Huius generis sunt Colligere, inferre, & multa alia. Cicero, vt ex superioribus exemplis intelligi potuit, hoc verbum assumit pro simplici dicit interdum, quod in octauo libro reperi πρόσλαμβάνειν. Nunquam autem legi πρόσλημμα aut πρόσληψιν, cum Cicero id dicat assumptionem. Aristoteles interdum συνάγειν dicit, præsertim in libro de Arte rhetorica, pro συμπέρασθαι, quod in libro de Inuentione expressum est verbum ex verbo, conducere.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

# Annotationes in li-
## BRVM OCTAVVM.
### CAPVT I.

*Octauo libro & extremo de ordine & dispositione locorum Aristoteles disserit. τάξιν enim ordinem & dispositionem vertit Cicero & collocationem. Vocat enim vt Aristoteles in tertio de Arte rhetorica libro, secundam partē eius artis τάξιν, sic Cicero modo dispositionem, modo collocationem. Non solum autem de dispositione locorum & argumentorum agit, sed etiam de elocutione, quam in 3. de Arte rhetorica libro λέξιν appellat. Itaq; quemadmodū in illo lib. sic in hoc tria proponit oratori quæ præstare debeat. Principio quidē huius libri his verbis,* Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τάξεως, καὶ πῶς δεῖ ἐρωτᾶν λεκτέον. δεῖ δὲ πρῶτον μὲν ἐρωτᾷν μέλλοντα τόπον εὑρεῖν ὅθεν ἐπιχειρητέον, δεύτερον δὲ ἐρωτηματίσαι καὶ τάξαι καθέκαστα πρὸς ἑαυτόν. ἐν δὲ λοιπὸν καὶ τρίτον, εἰπεῖν ἤδη ταῦτα πρὸς ἕτερον. *Sic ego, Sequitur vt de dispositione & ordine argumentorum interrogandiq; ratione dicendum esse videatur. Primum quidem locum ex quo argumentum sumat, inuenire debet is qui quæstionē positurus est, deinde quærere ipse per se & disponere omnia, postremo hæc omnia apud alios tractare & eloqui. Initium autem tertij de Arte rhetorica lib. hoc est,* ἐπειδὴ τρία ἐστὶν ἃ δεῖ προγματευθῆναι περὶ ἐν λόγον, ἐν μὲν ἐκ τίνων αἱ πίστεις ἔσονται, δεύτερον δὲ περὶ τὴν λέξιν, τρίτον δὲ πῶς χρῆ τάξαι τὰ μέρη τοῦ λόγου, περὶ μὲν τῶν πίστεων εἴρηται, &c. *i. Quia tria sunt, quæ in ratione dicendi tractari debent, vnū, ex quibus argumenta sumuntur, alterum de elocutione & dictione, tertium quemadmodum partes orationis disponendæ sint: de argumentis inueniendis iam diximus, &c.*

*Illud etiam proderit, conclusiones tacere, easque post vniuersas enumerare,* ἔτι τὰ συπεράσματα μὴ λέγειν, ἀλλ' ὕστερον συλλογίζεσθαι ἀθρόα.) *Quoniam hoc libro de tractandis argumentis Aristoteles, vt dixi, disserit, non alienum erit, quæ hinc Cicero sumpserit, afferre. In secundo. de Oratore pleraq; præcepta hinc sumpsit. Iam illud videmus, nequaquam satis esse reperire quid dicas, nisi id inuentum tractare poßis. Hæc oratio pene*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*est iisdem verbis explicata in principio de Arte rhetorica lib.* οὐ γὰρ ἀπόχρη δὲ ἔχειν ἃ δεῖ λέγειν, ἀλλ' ἀνάγκη καὶ ταῦτα, ὡς δεῖ εἰπεῖν. *Cicero enim in libros de Oratore, in Partitiones, & in Oratorem suum maximam partem trium librorum Aristot. de Arte rhetorica contulit. Id quod spero me iuuante Deo in libro de Optimo genere interpretandi oratores, explicaturum. Sequitur in secundo de Oratore, Tractatio autem varia esse debet, ne aut cognoscat artem qui audiat, aut defatigetur similitudinis satietate. Proponi oportet quid afferas, & id quare ita sit ostendere, & ex iisdem illis locis interdum concludere, relinquere aliàs. alioque transire, sæpe non proponere, ac ratione ipsa afferenda quid proponendum fuerit, declarare: si cui quid simile dicas, prius vt simile confirmes, deinde quod agitur adiungas: puncta argumentorum plerunque vt occulas, ne quis ea numerare poßit, vt re distinguantur, confusa esse videantur: Hæc ille. Id extremum quod dicit, Puncta argumentorum plerunque vt occulas, ne quis ea numerare poßit, vt re distinguantur, confusa esse videantur: est quod principio huius loci protuli,* τὰ συμπεράσματα μὴ λέγειν, ἀλλ' ὕστερον συλλογίζεσθαι ἀθρόα. συμπεράσματα *enim puncta sunt argumentorum. Itaque si quis priora concedat, nec attendat quid ex his efficiatur, & sequatur, in eo ferè fit, vt refellatur. Occulere autem* κρύπτειν *verbum ex verbo hoc loco Aristoteles exprimit. Dat enim præcepta occulendæ conclusionis.*

*Et quanquam non videtur verè hoc loco occurri, &c.* ἴσως μὲν οὖν οὐκ ἀληθὴς ἡ ἔνστασις, &c.) ἔνστασις *Latine dici non potest commodè instantia, quo verbo paßim vtũtur Dialectici: nec* ἐνίστασθαι *instare, vt etiam illi dicunt. Itaque quibus verbis Latine hæc dicantur, non incommodum erit hoc loco tradere. Aristoteles quidem cum multa verba idem declarantia vsurpet, tamen nomen nullum ab vllo verbo dicit, nisi* ἀπὸ τοῦ ἐνίστασθαι, ἔνστασιν. *Verba autem quibus hoc libro vtitur, sunt hæc,* ἐνίστασθαι, ἀπαντᾶν, ἀντιτείνειν. ἐνίστασθαι, & ἀντιτείνειν *Cicero dicit resistere,* ἀπαντᾶν *occurrere. Hæc mihi digna videntur, quæ illustrentur exemplis. Non inueni nisi semel,* ἀντιτείνειν *in hoc octauo libro, idque prima pagina,* ἔτι τὸ μὴ προσδάζειν καὶ ὅλως χρήσιμον ᾖ. πρὸς γὰρ τοὺς προσδάζοντας μᾶλλον ἀντιτείνουσι. ἐνίστασθαι, *dicit sæpius, & pro eodem* ἔνστασιν φέρειν. *Multos locos proferre possum ex hoc octauo ad id probandum, sed ne sim multus in re minime necessaria, vno contentus ero, in quo*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

τrunque verbum positum est. Secunda enim ferè pagina scribit his verbis, πρὸς δὲ τοῦτ' ἐνίστα μήτ' ἀεὶ καθόλου, μὴ οἰ ἀὼ τῷ δὲ τῷ οἴεσθαι φθόνους, ἀλλ' οἰ ὡμωνύμῳ, Longa est enim oratio, & satis est genus dicendi intelligi. In Partitionibus, Sæpe etiam quæstionibus resistendum est, quòd dolorem fugientes multi in tormentis ementiti persæpe sunt, moriqúe maluerunt falsum fatendo, quàm vera inficiando dolere. In 4. Academ. loquens de Chrysippo, Quàm multa ille cõtra sensus, quàm multa contra omnia quæ in consuetudine probãtur, dissoluit: idem quidem mihi non videtur. Sed dissoluerit sanè, certè tam multa non collegisset, quæ nos fallerent probabilitate magna, nisi videret his resisti non posse. In eodem libro ἀπαιτῶν appellat occurrere. Eadem dici poterunt in omnibus partibus. Si enim dicent ea de quibus disserunt, se dilucide perspicere, nec vlla cognitione visorum impediri: comprehendere ea se posse fatebuntur. Sin autem negabunt vera visa à falsis posse distingui, qui poterunt longius progredi? occurretur enim, sicut occursum est. Paulo infra eodem verbo vtitur. Quod autem in superiore exemplo dicit, Longius progredi, apud Aristotelem est in hoc libro τοῦ ἑξῆς πορεύεσθαι, & προάγειν. τοῦ μὲν γὰρ λέγειν μὴ, ὁ μὴ τοιοῦτος, ὁ δυνάται πρόσω πορεύεσθαι. Exemplũ illius, ἀπαιτῶν est eiusmodi, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς εἰσαφῶς καὶ σαφεστέρως λεγομένων, ἀπαιτητέον. Iterum eodem verbo paulo infra vtitur. Quoniam autem Latinum nomen nullum respondet illi Græco ἔνστασις, ad verbi significationem & vsum cogimur dicendi genus traducere. Eius etiam qui respondet officium est non solum occurrere, sed etiam refellere, & reprehendere: quanquã hæc idem valent. de quo paulo infra disseremus.

Cum autem eadem res & sine incõmodo, & cum incommodo, per ratiocinationẽ concludi potest: hoc, an illo modo efficiatur, nihil ad eum, qui necessaria ratione, non probabili concludit, ὅταν δὲ οἰ δέχεται τὸ αὐτὸ ἄνευ τοῦ ἀδυνάτου, καὶ διὰ τοῦ ἀδυνάτου συλλογίζεσθαι, ἀφορίζειν τῶν μὲν καὶ μὴ διαλεγομένῳ δὲν διαφορᾷ, ἢ ὅπως ἢ ἐκείνως συλλογίσασθαι.) συλλογισμὸν δὴ εἰς τὸ ἀδύνατον ἄγοντα dialectici appellant syllogismum ducentem ad impossibile: Ego vero voco ratiocinationem per quam quis incommodo vrgetur. ἄγειν enim in hac re Cicero dicit potius compellere, impellere. Vrgere incommodo aliquem, id mihi videtur quod ἄγειν τινὰ εἰς τὸ ἀδύνατον dicit Aristoteles, sed id refert ad ratiocinatio-



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*nem atque argumentum. Ac Ciceronem quidem ita appellare perspiciet, qui argumentationem eius in primo de Inuentione libro expositam, qua Hermagoram refellit, spectauerit. Vrget enim eum incommodo, illa argumentatione, vt cogat eum vel sententiam suam retractare, vel certe id quod fieri non potest concedere. Itaque tandem hæc verba subiicit, quæ hoc mihi videntur indicare, Atque hoc eodem incommodo vrgebitur, siue constitutionem primam causæ accusatoris confirmationem dixerit, siue defensoris primam deprecationem. Nam eum eadem omnia incommoda sequentur.*

*Propositio enim dialectica est, ad quam respondere licet, aut etiam, aut non,* ἔστι γὰρ πρότασις διαλεκτικὴ, πρὸς ἣν ἔστιν ἀπορείνεσθαι, ναὶ ἢ οὔ,) *Hoc genus dicendi sic vertit Cicero vt feci in 4. Academica, Quæ cum exposuisset, adiungit dupliciter dici assensus sustinere sapientem: vno modo cum intelligatur, omnino eum rei nulli assentiri, altero cum se à respondendo, vt aut approbet aut improbet, quod sustineat, vt neque neget aliquid neque aiat. Id cum ita sit, placere alterum vt nunquam assentiatur, alterum tenere, vt sequens probabilitatem, vbicunq; hæc aut occurrat, aut deficiat, aut etiã aut nõ respõdere poßit, & cætera. Iterũ eodem lib. dicit.*

*Sed profecto facilis non est disserendi ratio, nisi quid sit aut quale id de quo instituitur disputatio, intelligatur,* μὴ γενομένου δὲ φανερῶς τί ποτ' ἐστὶ τὸ προκείμενον οὐ ῥάδιον ἐπιχειρεῖν.) *Hunc mihi locum adumbrasse videtur Cicero in oratore his verbis, Nisi enim inter eos qui disceptant, conuenit quid sit illud de quo ambigitur, nec rectè disseri, nec vnquam ad exitum perueniri potest. In primo de Oratore hoc sic explicat, Ego vero, inquit, pergam, & id faciam quod principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo, vt quid illud sit, de quo disputetur, explanetur, ne vagari & errare cogatur oratio, si ij qui inter se disseruerint, non idem esse illud de quo agitur, intelligent. In principio primi libri de Officiis, & secundi de Finibus eadem est sententia: quam quoniam in libro de Optimo genere interpretandi vna cum Platonis ex Phædro quam transtulit, protuli, non necesse habeo eam hic iterare.*

*Neque enim multa ad ea probanda argumenta possunt suppetere,* οὐ γὰρ ἐν δέχεται πολλοὺς πρὸς αὐτὰ λόγους ποιήσασθαι.) *Hoc loco splendidißimum genus dicendi nostrum, cui Græco par sit, decreui tradere. Neque enim à quodam adhuc traditum arbitror.* πόρον *Græce, diserte inter-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*pretabimur copiam, & εὐπορεῖν ἐπιχειρημάτων magnam suppetere argumentorum copiam. In secundo libro huius operis, ἔτι ὁ σοφιστικὸς τρόπος, τὸ ἄγειν εἰς τοιοῦτον πρὸς ὃ εὐπορήσομεν ἐπιχειρημάτων. Paulo supra, μὴ εὐποροῦντι δὲ ἐπιχειρήματος πρὸς τὴν θέσιν, σκοπεῖν ἐκ τῶν ὁρισμῶν, &c. Dat ei verbo infinitũ modum in septimo, extrema oratione, οἱ μὲν οὖν τόποι δι' ὧν εὐπορήσομεν πρὸς ἕκαστα τῶν προβλημάτων ἐπιχειρεῖν, σχεδὸν ἱκανῶς ἐξηρίθμηνται. Cicero in Topicis hæc genera diserte exposuit. Toto igitur loco causarum explicato ex earum differentia in magnis quidem causis vel oratorum vel philosophorum magna argumẽtorum suppetit copia. In eodem libro suppeditare pro eodem dicit, Etsi enim omnes loci sunt omnium disputationum ad argumẽta suppeditanda, tamen aliis disputationibus abundantius occurrũt, aliis angustius. Ibidem, Hic locus suppeditare solet oratoribus & poetis, sæpe etiam philosophis, sed iis qui ornatè & copiose loqui possunt, mirabilem copiam dicẽdi, cum denunciant quid ex quaque re sit futurum. Suppeditare copiam, duobus verbis Aristoteles mihi dicere videtur, ποιεῖν εὐπορίαν, idque extrema pagina huius libri, οὕτω γὰρ πρός τε τὸ βιάζεσθαι πολλὴν εὐπορίαν ποιεῖ, καὶ πρὸς τὸ ἐλέγχειν μεγάλην ἔχει καὶ βοήθειαν, ὅταν εὐπορῆτις καὶ ὅτι οὕτως, καὶ ὅτι οὐχ οὕτως. In Partitionibus aliter explicat pluribus verbis εὐπορεῖν, habere copiam: Vterque vero ad augendum habeat exemplorum aut recentium quò notiora sint, aut veterum quò plus auctoritatis habeant, copiam. Non legi hoc genus, ἔχειν εὐπορίαν. quod si vsitatum sit certe huic generi respondet. Neque apud Ciceronem abundare argumentis, εὐπορήσομεν παραδειγμάτων, & ἐπιχειρημάτων dicamus licet commode, habebimus exemplorum argumentorumque copiam, vt ne semper à persona ad rem genus dicendi transferamus. Cum ad elationem siue ad comparationem & argumentum hoc genus Aristoteles accommodat, dicit ἔχειν εὐπορώτερον, quod dicamus licet maior nobis suppetet copia, vel maiore copia instructi erimus, vel maiorem copiam afferemus. Locus est talis extrema pagina huius libri, Πρὸς δὲ γυμνασίαν καὶ μελέτην τῶν τοιούτων λόγων, πρῶτον μὲν ἀντιστρέφειν ἐθίζεσθαι χρὴ τοὺς λόγους. οὕτως γὰρ πρός τε τὸ λεγόμενον εὐπορώτερον ἕξομεν. Et sic, μᾶλλον εὐπορεῖν. Extremo enim sexto, ὥς τε μᾶλλον ἐπιχειρημάτων εὐπορεῖν. Quod autem significatione agẽdi Cicero dixit, Suppeditare copiam ποιείζεσθαι & ποιείσασθαι & ποιείζειν τοὺς λόγους Ari-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſtoteles appellat, vt ex eo loco quem primum omniũ hic protulimus, perſpici licet. eodem verbo vtitur aliquoties in hoc libro: de quo quoniam in libro de Optimo genere interpretandi dixi, hic plura non dicam. Contrarium illius ſuperioris εὐπορεῖν eſt ἀπορεῖν: quo vtitur Ariſtoteles in 2. lib.* μᾶλλον γὰρ ἀπορεῖν ὡς ἐπιτοπολὺ συμβαίνει τοῖς ἐρρωτῶσιν, πάντων τιθεμένων αὐτοῖς τῶν τοιούτων ἐὰν μὴ περαίνωσιν, *id eſt, Fere enim fit vt non habeant quod dicant ij, qui ponunt quæſtionem, ſi his omnibus talibus poſitis & conceßis, minime concludent orationẽ.* ἀπορεῖν *enim eſt non habere quod dicas, deſtitui copia, deeſſe, deficere. In oratiõe* περὶ στεφάνου *inſignis eſt locus, cuius dum hæc tracto mihi venit in mentem,* οὐκ ἀπορῶν δ' ὅ, τι χρὴ περὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν εἰπεῖν, ἀπορῶ τοῦ πρώτου μνησθῶ. *Sic ego, Cumque mihi non deſit quid de te ac de tuis dicã, tamen quid primum dicam dubito. Itaq; quos eadem oratione* ἀπόρους *vocat &* εὐπόρους, *Cicero tenues & inopes vno verbo, & copioſos nominat & locupletes. Sed de his aliisque compluribus illo in libro, deo iuuante dicemus.*

*Quòd ſi ambiguum verbum nõ attendat, idq; tum cum alterius haberet rationem concedat: ſi ad alterum impellatur, fateri debet ſe id conceſſiſſe, cum non ipſum illud ad quod vocatur, ſed alterum ipſe & ſpectaret & attenderet,* ἐὰν δὲ μὴ προΐδῃ τὸ ἀμφίβολον, ἀλλ' εἰς ἕτερον βλέψας θῇ, ῥητέον πρὸς τὸν ἐπὶ θάτερον ἄγοντα, ὅτι οὐκ εἰς τοῦτο βλέπων ἔθηκεν, ἀλλ' εἰς θάτερον αὐτῷ.) *Hunc locum expreßit Cicero in 1. de Inuen. quo loco agit de reprehenſione, Ambiguum ſi conceſſeris ex ea parte, quam ipſe intellexeris, eam partem ſi aduerſarius ad aliam partem per complexionem velit accommodare, demonſtrare oportebit, non ex eo quod ipſe conceſſeris, ſed ex eo quod ille ſumpſerit confici complexionem.*

*Argumentatio autem quinq; modis reprehendi ſolet. primo, cum ex iis quæ rogata ſunt & quæſita, nihil concluditur omnino, nec quod ad rem pertineat, quòd falſa ſint vel non probabilia omnia, aut certe plurima eorum ex quibus concluſio efficitur, &c.* καθ' αὑτὸν δὲ τῷ λόγῳ πέντε εἰσὶν ἐπιτιμήσεις, πρώτη μὲν, ὅταν ἐκ τῶν ἠρωτημένων μὴ συμπεραίνητι, μήτε πρὸς τὸ τεθὲν μήτε ὅλως μηδὲν ὄντων ἢ ψευδῶν, ἢ ἀδόξων, ἢ πάντων, ἢ τῶν πλείστων, ἐν οἷς τὸ συμπέρασμα, &c. *Hoc loco Ariſtoteles de reprehenſione & refutatione argumentorum diſſerit.* ἐπιτιμᾷν *enim* ᾧ λόγῳ *eleganter & ornate dicamus licet, non increpare, quo vtitur is qui hos libros verbũ ex verbo expreßit, ſed reprehendere argumẽtationem.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Ita ἐπίμησις est reprehensio. Cicero in primo de Inuentione, præcepta eadem fere dat reprehendendi quæ hic Aristoteles. Itaque libet locos vtriusque conferre. Omnis, inquit, argumentatio reprehenditur, si aut ex iis quæ sumpta sunt, non conceditur aliquod vnum plurave: aut his concessis, complexio confici ex his negatur: aut si genus ipsum argumentationis vitiosum ostenditur. In Partitionibus hæc facilius perspici possunt, Aut totum est negandum quod in argumentatione aduersarius sumpserit, si fictum aut falsum esse possis dicere: aut redarguenda ea quæ pro verisimilibus sumpta sunt. Primum dubia sumpta esse pro certis, deinde etiam in perspicue falsis eadem posse dici. Tum ex iis quæ sumpserint, nõ effici quæ velint. Hæc ille. Hoc extremum genus reprehendendi respondet primo Aristotelis, quod vnum suprà protuli, ὅταν ἐπὶ τῶν ἐρωτημάτων μὴ συμπεράινηται. Nam ἐρωτημάτα sumũtur, & ex iis aliquid efficitur. Illud, Aut redarguenda ea quæ pro verisimilibus sumpta sunt, est quintum genus reprehensionis apud Aristotelem huiusmodi, εἰ ἐξ ἀδόξων καὶ μὴ πάντων πιστῶν τὸ συμπέρασμα. Illud autem primum, Aut totum est negandum, &c. pars est primi generis Aristotelis. Est enim ὄντων ἢ φαινομένων, ἢ ἀδόξων, ἢ πάντων, ἢ πλείστων. Hæc etiam de generibus sumptis de primo libro de Inuentione dici possunt. Verba autem idem declarantia quod ἐπιλύειν, quibus vtitur Aristoteles sunt, ἀναιρεῖν, κινεῖν & ἐλέγχειν, quorum posterius redarguere & coarguere dicit Cicero: superiora duo, tollere, euertere, refellere, refutare*

*Neque vero ij qui falsis vera concludunt, iure reprehendi possunt, cum præsertim & necesse sit semper falsum ex falsis, & liceat interdum verũ ex falsis concludi, τοῖς δὲ ἐξ ἐνδόξων ἀληθὲς συμπεραίνουσιν, ὃ δι' ἴσου ἐπιτιμᾶν. ἐνδόξως μὲν γὰρ ἀεὶ ἀναγκαῖον ἐξ ἐνδόξων συλλογίζεσθαι, ἀληθὲς δὲ καὶ ἐξ ἐνδόξων συλλογίζεσθαι.) Illud τοῖς δὲ συμπεραίνουσι ad eos qui argumentationem tractant, retuli. potest etiam ad ipsas argumentationes accommodari, vt sit sensus, Argumentationes autem eæ quæ ex falsis verum efficiunt, non iure reprehenduntur. Cicero his præceptis & regulis Dialecticorum vtitur. In quarto de Finibus, Teneamus illud necesse est, cum consequens aliquod falsum sit, illud cuius id consequens sit, non posse esse verum. In secundo de Diuinatione, Ex falsis, vt ab ipsis didicimus, verum effici non potest. Notanda est igitur hæc ratio vertendi elegans, ἐξ ἐνδόξων ἀληθὲς συμπεραίνεται, ἢ γίνεται, ἢ*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

συμβαίνει. *Ex falsis verum efficitur. vt ne* διὰ ψευδῶν *per falsa, dicamus. Hoc enim peccatum latissimè patet in philosophia. Interdum apud Aristotelem verba quæ valent ad concludendum, non cum* διὰ, *sed* ἐκ *iunguntur, id quod ex superiore annotatione intelligi potest. Est enim scriptum,* ὅταν ἐκ τῶν ἠρωτημένων μὴ συμπεραίνηται.

*Sophisma autem ratiocinatio pugnax,* σόφισμα δὲ συλλογισμὸς ἐριστικὸς.) *In 4. Academica definit* σόφισμα, *cuius verbis libenter vsus fuissem, nisi reprehensionem nonnullorum vitare maluissem. Verba eius subieci, Atqui habebam molestos vobis, sed minutos, Stilbonem, Diodorum, Alexinum, quorum sunt contorta & aculeata* σοφίσματα. *Sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ. Vertit ergo* συλλογισμὸν *conclusionem, quod multis locis necessario mihi fuit faciundum in his conuertendis libris. Fallacem dicit, quomodo interdum verti.* ἐριστικὸς *hoc loco* σοφιστικὸς *dicitur, nam* σοφιστικὸν & ἐριστικὸν συλλογισμὸν *fere pro eodẽ dicit. In libro de reprehensionibus captiosis & fallacibus, quos elenchos dicũt, aliquid vult interesse. Ait enim,* ἐριστικὸν νίκης χάριν, σοφιστικὸν *autẽ* δόξης χάριν τῆς εἰς χρηματισμόν. *verba subieci,* οἱ μὲν οὖν τῆς νίκης αὐτῆς χάριν τοιοῦτοι ἐριστικοὶ ἄνθρωποι καὶ φιλέριδες δοκοῦσιν εἶναι. οἱ δὲ δόξης χάριν τῆς εἰς χρηματισμὸν, σοφιστικοί. ἡ γὰρ σοφιστικὴ ἐστιν, ὥσπερ εἴπομεν, χρηματικὴ τις ἀπὸ σοφίας φαινομένης. *Prima autẽ pagina definit* σοφιστικὴν, *vt ait, &* σοφιστὴν *his verbis,* καὶ ὁ σοφιστὴς χρηματιστὴς ἀπὸ φαινομένης σοφίας ἀνὴ οὐκ οὔσης. *Coniungit has duas definitiones sophistæ in 4. Academ. Cicero. At quis est nunc hic saphistes? Sic enim appellantur ij qui ostentationis aut quæstus causa philosophantur. In eodem libro negat se Cicero* σοφιστικὸν ἢ σοφιστὴν, & ἐριστικὸν ἢ φιλέριδα, *his verbis, Ego enim si aut ostentatione aliqua adductus, aut studio certandi, ad hanc potissimum artem me applicaui, nõ modo stultiã meam sed etiam mores & naturam condemnãdam puto. Nam si minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur: ergo de omni statu consilióq; totius vitæ aut certare cum aliis pugnaciter, aut frustrari cum alios tum meipsum. Illas duas definitiones mihi videtur his verbis diserte exponere. Nam &* τῆς δόξης χάριν *est quod ait, ostentatione aliqua adductum: &* φιλέριδα *verbum ex verbo, eũ qui studio certandi disputat. Quanquam* ἐριστικῶς *eũ puto vertere studio certandi, vel certe quod idem valet,* ἐρίδος χάριν. *Sed de his verbis cum edemus librum de Reprehensionibus*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*captiosis, qui iam versus est, plura dicemus.*

*Iam definitionum nobis magna vis suppetere debet, eásq; in promptu habere debemus maxime, quibus ea quæ probantur & prima & perspicua declarantur,* ἔτι τε ὅρων εὐπορεῖν δεῖ, καὶ τῶν ἐνδόξων τε καὶ τῶν πρώτων ἔχειν προχείρους.) *hic vsurpat hoc genus* ἔχειν προχείρους ὅρους. *Paulo infra vtitur hoc genere* ἔχειν προχείρως. *Quod dicimus, habere in promptu, gentiles mei Galli ad verbum fere dicunt. hic vel ille habet Ciceronem ad manum, pro in promptu.* πρόχειρος *enim ex* πρὸς *&* χείρ *iunctum verbum puto, & vocalitatis causa σ esse detractum. Hoc Cicero dicit etiam in promptu habere.* προχείρως *autem expedite, &* τὸν πρόχειρον περὶ τι, *expeditum aliquid habere. hanc enim locutionem vsurpat paulo infra Aristoteles.* πρόχειρον εἶναι περὶ τὰς ἀρχὰς κατέχειν λόγους. *Mihi hoc postremum Cicero videtur dicere, tenere memoria. non enim dicimus, continere memoria,* προχείρους ἔχειν, *expeditos habere. In secundo de Orat. Quos quidem locos (vobis hoc Cotta & Sulputi dico) multa commentatione atq; meditatione paratos atq; expeditos habere debetis.*

*Et quanquã æquum est omnino disputare, tamen nõ semper decet,* δίκαιον μὴ πάντως πειρᾶσθαι συλλογίσασθαι, οὐκ εὔσχημον δὲ) δίκαιον συλλογίσασθαι, *Cicero dicit in 4. Acad. æquum est disputare, Sed quod nos facere nunc ingredimur, vt cõtra Academicos disseramus, id quidam è philosophis, & hi quidem non mediocres faciendum omnino non putabant, nec æquum esse vlla ratione disputare cum iis qui nihil probarent. Vtrunq; dicit, Disserere contra Academicos, & disputare cum iis qui nihil probant, quod Aristoteles dicit* διαλέγεσθαι πρός τινα. *In hoc libro,* οὐδὲν γὰρ κωλύει τὸν μὲν λόγον φαῦλον εἶναι, τὸν δὲ ἐρωτῶντα ὡς ἐνδέχεται βέλτιστα πρὸς τὸν ἀποκρινόμενον διειλέχθαι. *Dat etiam huic verbo dandi casum sine præpositione. In hoc libro extremo,* οὐχ ἅπαντι δὲ διαλεκτέον. *nisi forte ille casus est verbi positiui quod vocant. Ego quidem cum Boetio exposui hoc modo, Non cum quouis disputationes instituere debemus.*

*Hinc enim maledicta, hinc contumeliæ, hinc iracundæ concertationes contentionesque nascuntur,* ἀνάγκη γὰρ πονηρολογίαν συμβαίνειν.) πονηρολογίαν *pluribus verbis declaraui. hoc enim verbum late patet. Hunc locum in primo de Finibus videtur Cicero attigisse, Quamobrem disserentium inter se reprehensiones non sunt vituperandæ: maledicta, contumeliæ, tum iracundæ contentiones concertationesque in dispu-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tando pertinaces, indignæ philosophia mihi videri solent. Tunc Torquatus, inquit, prorsus assentior. Neque enim disputari sine reprehensione: nec cum iracundia, aut pertinacia, recte disputari potest.

Hæc habui quæ in his coniungendis & explicandis Topicis dicerem. Multa enim sciens præterij, quòd cum in aliis commentariolis nostris, tum in libro de Optimo genere interpretandi explicata esse recordabar. Omnibus autem studiosis hunc nostrum laborem probatum iri confido, iis præsertim qui Ciceronis Topica cum Aristotelis coniungere cupiebant, vt quæ ille ab hoc mutuatus esset, cognoscerent. Nam de studio & diligentia, quam in his libris transferendis adhibuimus, hoc vere possum dicere, cum primus, secundus, tertius, & octauus cæteris copia & elegantia præstent, me eò contulisse omnem operam, vt quantum ingenio consequi, quantum industria, facultate dicendi, quæ certe in me exigua est, possum, cum omnes, tum illi ipsi libri si non Latini, at certe multo puriores & cultiores ex nostra quasi officina prodirent.

FINIS.

PARISIIS.
EXCVDEBAT THOMAS
RICHARDVS.
1548.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

# Aristotelis Stagiritæ

## DE REPREHENSIONIBVS SOPHISTARVM LIBER VNVS.

*Nicolao Crouchio Rhotomagensi interprete.*

PARISIIS

*Apud Vascosanum, uia Iacobæa ad insigne Fontis.*

M. D. L.

CVM PRIVILEGIO.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

# NICOLAVS CROVCHIVS

## *omnibus in Regio Lusitaniæ gymnasio studiosis Philosophiæ auditoribus* S. P.

*LIII libri, quos de ratione differendi ab Aristotele & Porphyrio trãstulit Perionius, licet multis in locis à nobis*
A *emendati, sub illius tamen nomine excusi sunt: hic Desophistarũ reprehensionibus eodẽ iure esse non potuit, quia non eadem huius atque aliorum fuit causa. Cum enim ego id tantum spectarem, ut studiosis philosophiæ auditoribus, non modo latine, sed etiam plane ac dilucide loquentem Aristotelem audire posthac in hoc Regio gymnasio liceret: in alijs libris, paucis admodũ mutatis, ab ijs quæ latine, & elegãter scripserat Perionius, id, quod institueram, facilè præstiti: in hoc tam multis in locis dilucidam orationem, uerámque Aristotelis sententiam in Perionio (quod pace tamen tãti uiri dixerim) desiderauí, ut satius esse duxerim totum à principio librum de græco uertere, quàm tantopere immutare, ut minimam à suo authore partem habere uideretur. Meum cõsiliũm, ut in omnium studiosorum philosophiæ utilitatem collatum est, ita omnibus, opinor, æquis iudicibus probabitur: Erúntque æquiores, si hanc nostram cum Perionij interpretatione conferant. Non quo homini eloquentissimo ulla me ex parte conferendum esse prædicem, sed fidelius certè, ni fallor, & planius à nobis uersum esse hunc librum iudicabunt, qui utrunque legerint. Valete. Conimbricæ, ex Regio gymnasio. X. Cal. Augusti. M. D. XLIX.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

# ARISTOTELIS DE REPREHENSIONIBVS SOPHISTARVM LIBER VNVS.

DE *ſophiſtarum autem reprehenſionibus, & de iis, quæ ſpeciem habent reprehenſionum, reuera tamen fallaces ac uitioſæ cõcluſiones ſunt, nunc dicendum. In quo ego naturã imitatus ab iis potiſſimum exordiar, quæ ſunt huius diſputationis prima ueluti elementa. Ac primũ quidẽ alias eſſe ueras ratiocinationes, alias, quæ tantùm uideantur, nec ſint ratiocinationes, iam per ſe propemodum eſt perſpicuum. Atque ut alijs in rebus, ita in argumentationibus propter quandam rerum inter ſe ſimilitudinem id accidit. Sunt enim inter homines alij, quibus reuera ineſt bonus corporis habitus, in alijs, aut tumor quidam talis, qualis eſſe hoſtiarum ſolet in ſacris curialibus per æmulationem curiarum: aut fictus ad eam rem ornatus bonam corporis habitudinem imitatur. Sunt item, qui ſua ipſi forma pulchri ſunt: alij autem, qui per fucum tantùm tales uidentur. Nec diſſimilis eſt in rebus inanimatis ratio, in quibus ſunt nonnullæ, quæ ut uidentur, ita reuera ſunt aut argentum, aut aurum: Aliæ cum non ſint, falſa quadam ſpecie iudicio ſenſuum uidentur: ut lithargyrina, & ſtannea uidentur eſſe argentea, quæ felle tincta ſunt, aurea. Eodem planè modo ratiocinationes, & reprehẽſiones aliæ ſunt, aliæ propter imperitiam uidentur. Sunt enim imperiti homines iis*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

propemodũ ſimiles, qui procul res proſpiciunt. Ac uera quidem tum ratiocinatio eſt, cum ex quibuſdã poſitis quidpiã ab ijs, quæ poſita ſunt, diuerſum ob id neceſſariò ſequitur, quia illa ſunt antepoſita. Reprehenſio autem, cum eſt ratiocinatio, per quam non modò concluſio, ſed eius etiam diſparatum conficitur. Fallaces autem in utroque genere orationes ſunt, quæ idem, quod illæ, efficere uidentur, nec tamen efficiunt. Id quod multis quidem ex cauſis euenit, ſed unus eſt inter omnes uulgatiſsimus & latiſsimè patens locus, ex rerum uocabulis. Quia enim ipſis per ſe rebus in mediũ prolatis, conſtare diſputatio non poteſt, eóque uerbis, quaſi notis quibuſdam, pro rebus uti cogimur: propterea fit, ut idem ferè uſu ueniat, quod in ſubducendis per calculos rationibus, nempe, ut uerborum, ac rerum eandem omnino eſſe rationem exiſtimemus. In quo nos lõgè lateq; erramus: tantũ enim inter illa intereſt, ut uerborum & orationũ certus ſit ac definitus numerus, rerum infinitus. Vnde efficitur, ut una oratione, aut nomine multas res ſignificari ſit neceſſe. Et quemadmodum in ſubducendis calculis qui rudes ſunt, &, quid ſuo quiq; loco ualeant calculi, neſciunt, ab ijs, qui ſunt in eo genere periti, facilè circũueniuntur: Ita in ſermonibus conferendis, qui ignorãt, quæ ſit uerborum uis & ſignificatio, facilè ſiue differant ipſi, ſiue aliorum audiant ſermones, decipiũtur. Atque illa quidẽ una cauſa eſt præter alias, quæ poſtea explicabuntur, cur ſæpe uideantur eſſe ratiocinationes aut reprehẽſiones, quæ non ſunt. Quoniam autem quibuſdam illud eſt ingenium, ut ſe operæpretiũ maius facturos exiſtiment, ſi ſapientes uideãtur nec ſint, quàm ſi eſſent nec uiderentur (eſt enim Sophiſtice ſimulata & non uera ſapientia,

*ſapientia,& ſophiſta is dicitur, qui ex ea quam præ ſe fer. non uera,ſed ſimulata ſapientia quæſtum facit) illud profectò ex ijs perſpicuum eſt,tali ingenio natis hominibus magis elaborandum eſſe, ut ſapientis officium præſtare uideãtur,quàm ut faciant,nec uideantur. Eſt autem(ut ſingula cum ſingulis conferam)ſapientis in re quaque officium, ut rogatus de ijs rebus, quarum habet ſcientiam , nil falſum dicat,& ut,ſi quem in errore uerſari ſenſerit , illum coarguat, & de falſa opinione deducat. Quorum prius in bene reddenda ratione de ijs,quæ interrogantur,poſitum eſt: poſterius in bene interrogando,ſi quid ſit , de quo repoſcenda ſit ab altero ratio,cernitur.Neceſſe igitur eſt,ut qui ſophiſtæ munus probè fungi uelit,illud fallacium argumentorũ genus,de quo paulo ante diximus,imprimis exquirat: quandoquidem in eo tantum eſt momenti , ut hæc ſit una ratio, qua ſapientiæ opinionẽ,in qua illi ſunt omnia,conſequi poſſit,ſi talium argumentorum facultate inſtructus ſit.Ac eſſe quidem nonnulla huius generis argumenta , & huiuſmodi facultatem ab ijs,quos ſophiſtas appellare ſolemus,expeti, ſatis explicatum eſt. Nunc quot ſint rationum ſophiſticarũ genera,& quis ſit numerus ſingularum facultatũ, ex quibus conſtat hæc tota facultas,& quot partes ſint huius tractationis,quam inſtituimus,& ſi qua ſunt alia,quæ ad huius artis perfectionẽ pertinent,dicamus.Sunt igitur ad diſſerendum quatuor omnino argumentorum genera: Vnum eſt eorum , quæ propriè ad docendum ſunt accommodata: alterum eorũ,quæ dialectica uocantur:Tertio genere continentur ea,quæ ad probandum & examinãdum alterum adhibentur. In quarto genere ſunt,quæ contentioſa appel-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

lantur. Atque illa quidem ad docendum sunt accommodata, quæ constant ex propriis cuiusque disciplinæ principijs, nec uim habent ab eo, quod respondenti probatur: Credere enim & indubitatam fidem habere eum oportet, qui discere aliquid uelit. Dialectica autem sunt, quibus utraque pars contradictionis ex probabilibus concluditur. Illa uerò ad tentandum & examinandum alterum apta dicuntur, quæ ex ijs modò uim habent, quæ ei probantur, quócum disputamus: quæque talia sunt, qualia ignorare non possit, qui sibi alicuius rei scientiam tribuit & arrogat. Qua uerò ratione id sit faciendum, alijs in libris docuimus. Contentiosa autem sunt, qaæ ex ijs, quæ probabilia uidentur nec sunt, aut concludunt necessario, aut non concludunt, sed modò uidentur. Ac de ijs quidem, quæ ad docendum & demonstrandũ ualent, dictum est à nobis in Analyticis: de dialecticis autẽ, & ijs, quæ ad examinandum alterum adhibentur, in superioribus libris: Nunc de contentiosis dicamus. Primùm autem intelligendum est quot, & quæ sint ea, quæ differendo sibi proponunt, qui contentionis modò, & uincendi causa disputant: quæ sunt quinque, reprehensio, falsum, incredibile quódque sit contra omnium opinionem, solœcismus: & quintum, cogere eum, quícum disputant, nugari: quod est eiusdem uerbi inepta & inanis repetitio. Atque illa quidem sibi proponunt, ut aut reuera assequantur, aut certè ut assequi uideantur. Hoc enim est, quod primùm & maximè cõtendunt huiusmodi homines, ut coarguere respõdentem uideantur: secundo loco falsum aliquid uolunt cõcludere: tertio ducere eò aduersarium, ut admirabile aliquid & contra opinionem hominum dicere cogatur: quarto ut eum, si possint,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſint,cogant ſolœciſmum committere, quod eſt aduerſarium ui rationis adductum uideri non poſſe effugere, quin barbarè loquatur: poſtremo ut ad ineptam eiuſdem uerbi iterationem adducant.Sunt autem reprehenſionum generales duo modi:unus in uerbis,alter in rebus.Atq; ille quidẽ modus,in quo uis captionis ex uerbis oritur,in ſex partes diſtribuitur,quæ ſunt uocabuli multiplicitas, orationis ambiguitas,coniunctio,diuiſio,accentus, forma dictionis.Eſſe autem tot,nec plures partes,nõ modò inductione doceri, ſed etiam ratiocinatione non una quidem fortaſſe , ſed hac certè demonſtrari apertiſsimè poteſt,nempe quia non poſsit præter illos modus alius reperiri,quo non idem ſemper ijſdem uerbis & orationibus dicamus.* Ex *nominis multiplicitate hæ omnes captiones ducuntur: Quæ memoriter ab alio recitãtur,ea grãmatici μανθάνουσι,ergo qui docti ſunt μανθάνουσι. Homonymum eſt μανθάνειν. interdũ enim idem ualet quod intelligere rem aliquam,interdum ſignificat idem quod diſcere.Quod quenq; facere oportet,id bonum eſt:ſæpe autem uſuuenit,ut mala nos ſubire oporteat:malũ igitur aliquod bonum eſt.Oportere duobus modis accipi poteſt:Vno modo pro eo,quod neceſſarium eſt : quæ ſignificatio ad mala ſæpe pertinet:ſunt enim quæ licet mala ſint, nobis tamen neceſſario ſubeunda ſunt:Altero modo quod bonum eſt offició-q; conſentaneum,hoc uerbo intelligitur. Qui ſurgebat,ſtat, & qui conualeſcebat,ualet:atqui ſurgebat ſedens,& conualeſcebat ægrotans:ſtat igitur ſedens,& ualet ægrotans. Aegrotantem facere aliquid , aut pati , non habet unam tantum ſignificationem : ſed interdum huius generis participia ſignificant eum , qui nunc aut ægrotat , aut ſedet:*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*interdum uerò qui ægrotabat prius, aut ſedebat. Illud tamen uerum eſt, eum, qui conualeſcebat, ægrotantem etiam num fuiſſe: qui autem ualet, non eſt ægrotans, niſi ita accipias, ut eum ſignificet, qui prius ægrotabat. Ad ambiguitatem orationis hæc omnia ſunt referenda: Ego uellem me hoſtes capere. Item illud: Quod quisque cognoſcit, illud ipſum cognoſcit. Hæc enim oratio uel ad cognoſcentem, uel ad rem cognitam referri poteſt. Item illud: Quod quis uidet, illud ipſum uidet: columnam autem uidet quiſpiam: colũna igitur uidet.* Quod eſſe dicis, tu illud ipſum dicis: lapidem autẽ eſſe dicis: tu igitur illud ipſum, lapis ſcilicet, dicis. Poſtremo illud quoque ambiguum eſt, σιωῶντα proloqui: nam & hoc dupliciter accipi poteſt. Vno modo, ut ſignificet loqui aliquẽ qui taceat: Altero, ut de rebus multis loqui aliquem declaret. Sunt autem tres potiſsimùm modi, quibus omnis homonymia & amphibolia continetur. Vnus eſt, quando aut oratio, aut uocabulum propriè ac per ſe multa ſignificat, ut aquila, canis: Alter eſt, quando ex uſu loquendi multiplicitas naſcitur: Tertius, cum uerba cõiuncta multis modis accipi poſſunt, ſeparata ſimplicem habent ſignificationẽ: quale eſt illud, ſcire literas. Vt enim multiplicia non ſint ſingula hæc uerba, ſcire, & literas, cõiuncta tamen multis modis accipi poſſunt. Aut enim ſignificant ipſas literas ſcientia capaces eſſe, aut uerò literarum cognitionem habere alterum. Ac modi quidem, quibus homonymia aut amphibolia continetur, hi ſunt, quos expoſuimus. Nunc de coniunctione dicamus, ad quam hæc pertinent omnia: Poſſe ſedentem ambulare, poſſe non ſcribentem ſcribere. Etenim hæc duo non idem ſignificant, cum eſt coniuncta, & cum eſt diuiſa orationis

*Exemplũ hoc licet omnino nõ exprimat græcum, tamẽ quãtũ patitur latinus ſermo ad græcũ proxime accedit.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*tionis ſentẽtia. Eſt autem huius orationis, poſſe non ſcribentem ſcribere, ſententia coniuncta, cũ ſignificat eum, qui non ſcribit, poſſe, cum non ſcribit, ſcribere: diuiſa autem, cum eã uim habet, poſſe eum, qui nunc non ſcribit, poſtea ſcribere. Eſt etiam illud ex coniunctione ductum, Quas ſcis literas, modo didiciſti eas. Item illud, Quod unum ſolum poteſt ferre, multa poteſt ferre. Ex diuiſione autem iſta ducuntur, Quinque ſunt duo, & tria, atque ita paria, & imparia. Itẽ illud, Maius dicitur, quod tantum eſt quantum alterum, & aliquid amplius: ergo quod maius eſt, tantum erit, quantum alterum, itáque æquale. Neq; enim idem ualet oratio, cum illius ſententia modò diuiſa, modò coniuncta accipitur: qualia ſunt hæc, Ego te ſeruum feci liberum: Quinquaginta hominum cẽtum heros liquit* Achilles. *Ex accẽtu autem uix oritur captio, niſi ſi de ſcripto ſit cõtrouerſia. Nam in ſcripto & poëmate ſæpe locum habet. Quo modo liberatur eorum calumnia* Homerus, *qui apud illum dicunt abſurdè ſcriptum eſſe,* ἕ κατα πύθεται ὄμβρῳ. *Dicũt enim male accipi accentum illius particulæ* ἕ, *quæ non circunflexo, ſed acuto notari debet hoc modo* ἔ. *Item cum ille locus* Homeri *reprehenditur, ubi de ſomnio* Agamemnonis *agitur, ita occurrunt, ut dicant non eſſe illa accipienda quaſi Iouis uerba:* δίδωμι δὲ οἱ ὄνειρος ἀρίστῳ, *ſed ijs uerbis imperare Iouem ſomno, ut det ipſe ſomnus* Agamemnoni *illud, ut fiat ſui uoti compos* Agamemnon, *ita ut* δίδωμι *pro* δίδωμιναι *accipiatur. Ac de accentu quidem hactenus. Ex forma autem dicendi tum duci intelliguntur captiones, quando alterius uerbi ſpecie falſi in ijs eandem eſſe rationem interpretamur, in quibus non eſt eadem ratio: Veluti cum maſculi-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*num ad fœmininum genus transferimus, aut contrà fœ-*
*mininum ad maſculinum, aut uerò, cũ neutrũ genus malè*
*accipimus:* Et *cum ad qualitatem transferimus quantita-*
*tem, aut contrà ex qualitate facimus quantitatem:* Et *cum*
*id, quod facere ſignificat, in patiendi ſignificatione accipi-*
*mus.* Deniq; *cum id, quod certam quandã affectionem de-*
*clarat, pro actione ſumitur, eodémq; modo in alijs omnibus*
*categorijs, quomodo ſuperioribus libris à nobis diuiſæ ſunt.*
*Illud enim uſuuenire interdum, ut quod actionẽ non ſignifi-*
*cat, ſi tantum ſpeciem uocabuli ſpectes, ita accipiatur quaſi*
*facere aliquid ſignificet, uel hoc exemplo intelligi poteſt:* Va
*lere dicendi formâ ſimile eſt his uerbis, ſecare, ædificare:* &
*tamen illud qualitatem & certam quandam affectionem*
*ſignificat, hæc actionem: nec diſſimilis eſt in alijs ratio.* Ac de
*locis quidem, ex quibus ducta ex uerbo captiones eruũtur,*
*ſatis.* Sequitur, *ut de fallacibus concluſionibus, quæ in rebus*
*continẽtur, dicamus, quarum ſeptem ſunt genera:* Primum
*eſt ex accidente: ſecundũ ex eo, quod ſimpliciter aliquid di-*
*citur, uel non ſimpliciter, ſed cũ aliqua adiectione, aut par-*
*tis, aut loci, aut temporis, aut affectionis ad alterum: tertiũ*
*eſt ex ignoratione reprehenſionis: quartum ex conſequenti:*
*quintum ex eo quòd ſumitur illud ipſum, quod iam inde à*
*principio in quæſtione poſitũ eſt: ſextũ ex eo quòd pro cau-*
*ſa ponitur quod minimè eſt cauſa: ſeptimum ex eo quòd*
*quæ multæ ſunt interrogationes pro una accipiuntur.* Ac
*fallaces quidem ex accidente concluſiones tum ducuntur,*
*quando rei ſubiectæ, & accidenti eadem omnia attribuun-*
*tur: quia enim multa ſunt in eodẽ ſubiecto, quæ eius modò*
*ſunt accidentia, propterea non neceſſe eſt eadem omnia rei*
*ſubie-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ſubiectæ conuenire,& omnibus rei ſubiectæ attributis:niſi uelimus fateri,omnia,quæ ſunt,eſſe eadem:quemadmodum ſophiſtæ dicunt.In quo uel hac ratione utuntur,ſi eſt diuerſus ab homine Coriſcus,eſt à ſeipſo diuerſus:Coriſcus enim homo eſt.uel iſta: Si eſt diuerſus à Socrate Coriſcus,ſit autẽ Socrates homo,diuerſum eſſe Coriſcum ab homine neceſſariò fatendum eſt.Hæc autẽ eſt huius captionis occaſio, quòd ita fortè accidit,ut is,à quo diuerſus eſt Coriſcus,homo eſſet. Ex eo autẽ,quod omnino ac ſimpliciter eſſe dicitur,id quod uerè dici poteſt hoc uel illud eſſe,aut quod ex parte modò aliqua non propriè,tum uitioſa naſcitur concluſio,quãdo ita accipitur quod ex aliqua tantùm parte uerum eſt,quaſi omnino ac ſimpliciter uerũ eſſet.Veluti ſi quis aut ex eo quòd res,quæ nõ eſt,opinabilis eſt,uellet concludere eſſe rem, quæ non eſt(neq; enim idem ualet rẽ eſſe omnino, quod eſſe aliquid tale)aut contrà rem aliquam,quæ ſit,nõ eſſe, quia de illa negetur alia quædam res:uerbi gratia, quia uerum ſit rem illam non eſſe hominem. Multum enim intereſt dicas, rem non eſſe ſimpliciter & ſine ulla adiectione,an uerò nõ eſſe hoc,aut illud.Sed quoniam ſi uerba modò ſpectes,maxima eſt affinitas & coniunctio inter iſta,eſſe quidpiam, & eſſe,itémque non eſſe quidpiam,& non eſſe,idcirco fit,ut diſtingui hæc inter ſe non uideantur. Quod autem dixi,in eo quod non omnino eſſe, ſed cum adiectione tale aliquid eſſe dicitur,idem intelligendum eſt,quãdo id,quod in parte modò aliqua & quodam modo uerum eſt,ita accipietur,quaſi ſimpliciter omniq; ex parte uerũ eſſet:Exempli cauſa,ſi Indus aliquis,cũ ſit toto corpore niger,dẽtes albos habeat,erit igitur idẽ albus,& non albus.Itẽ,ſi pars una ſit uno colore



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*tincta, alteráque altero, inerunt igitur in eodem ſubiecto duo aduerſa.* Porrò *autem harum captionum cauſa in quibuſdam facilè perſpicitur, ueluti ſi poſtquam ſumpſeris nigrum eſſe Aethiopem, roges, num ſit albus dentes (ut poëtæ loquuntur) tum eo ſumpto ad extremum omni abſoluta interrogatione, putes te neceſſaria concluſione effeciſſe, nigrum eſſe eundem & non nigrum. In alijs quibuſdam ſæpe uſuuenit, ut ſit difficilis explicatio, idque ex duabus potiſſimùm cauſis:* Prima *eſt, quando ex eo, quod cum adiectione alicuius partis dicitur, ſimplex & abſoluta pronunciatio rectè ſequi uidetur: altera cum ita alteri conueniũt alia, ut ſit difficile perſpicere, utrum ex illis ſimpliciter ac omnino dici iudicandum ſit: quemadmodum euenire ſolet, cum duo aduerſa pariter alicui inſunt: tum enim aut utrunque, aut neutrum ſimpliciter dici admittendum uidetur:* Verbi *gratia, ſi dimidium totius cuiuſdam album eſt, & alterum dimidium nigrum, ſit'ne illud nigrum potius an album appellandum, incertum eſt.* Captioſa *autem argumenta, quæ ex eo uim habere uidentur, quòd non ſit conſtitutum ac definitũ, quid ſit ratiocinatio, aut reprehenſio, omnia ex omiſſa aliqua definitionis parte oriuntur.* Etenim *reprehenſio eſt contradictio unius & eiuſdem non nominis, ſed rei & nominis, atque adeò eiuſdem nominis, ut non ſynonymum ſit, ſed idem ipſum: quæ contradictio ex ijs, quæ ſunt poſita, ita ſequitur neceſſariò, ut in ſumptionibus non ſit acceptum illud, de quo inſtituta eſt diſputatio, quæ denique ita facta eſt, ut pars utraque in eodem, ad idem, eodem modo, & eodem tempore ſumatur. Quæ omnia quomodo reprehenſioni conueniunt, eodem poſſunt errori omnino ac deceptioni*

con-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*conuenire.Quoniam ergo horum aliquid, quæ in definitione posita sunt,prætermittitur,idcirco fit,ut reprehẽdere alterum uideatur,qui tamen reuera non coarguit:*Vt,*duo ad unum sunt dupla,ad tria non sunt dupla,est igitur aliquid duplum & non duplum:* Item,*si unum cum uno collatum in longitudine superet illud duplo, in latitudine autem non duplo, uidebitur idem,facta etiam ad idem comparatione, duplum esse & non duplum:sed non in eadẽ certè re utrunque dicitur . Postremò si facta sit ad idem comparatio,cernatúrque in eadem re utrũque,& eodem modo,ad idẽ autem tempus utrũque non pertineat , erit etiam ex hoc loco ducta fallax & captiosa reprehensio.Verum quæ ducta est ex hoc loco reprehensio, potest etiam pertinere ad aliquem ex ijs,quos in uerbis esse diximus.Captiones autem,in quibus id ipsum accipitur in sumptionibus, de quo est instituta disputatio,ijsdem,& tot modis fiunt,quot,& quibus petitio principij committitur.Causa autem,cur speciem aliquã reprehensionũ habere nobis uideantur,est,quia discernere interdum non possumus , quid idem sit cum eo,quod à nobis ad disputandum propositum est,& quid diuersum.*Fallaces *autem ex consequentibus reprehensiones inde uim habent, quòd retro uerti cõsecutiones existimemus,quæ minimè retro commeant. Quia enim ex hoc illud necessariò sequitur, ideo uicißim ex illo hoc effici necessariò opinamur.* Atq; *ex eodem hoc genere sunt falsæ illæ opiniones,quæ gignũtur ex sensuum perceptione. Quia enim mellis consequens est flauus color,inde fit,ut sæpe fel pro melle accipiatur:*Et *quoniã pluuiæ consequẽs est madefieri terram, si madida sit terra, pluisse statim existimamus:quod tamen minimè necesse est.*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

Pertinent etiam ad hoc genus illa ferè oratorum argumenta, quæ ex ſignis ducuntur. Illi enim, ut probent adulterũ eſſe aliquem, conſequentia accipiunt: ut quòd accuratius comptus & omni genere ornatus ſit, aut quòd oberrare noctu conſpiciatur, quæ tamen multis inſunt, quibus attributum illud non poſſit conuenire. Nec diſſimilis eſt in ijs argumentis ratio, quibus hi utuntur, qui ſyllogiſmis non ſignis differunt: Quale eſt illud Meliſſi, quo infinitam eſſe uniuerſitatem hoc modo oſtendere conatur: Vniuerſitas eſt ingenita (nam ex nihilo nihil gignitur). Quod autem genitũ eſt, principium habet: Itaque ſi ingenita eſt uniuerſitas, omni principio careat neceſſe eſt: infinita igitur. quæ profectò infirma eſt miniméque neceſſaria concluſio. Nam ut uerum ſit, omne, quod generatum eſt, habere ſua quædã principia, cur, quæſo, uiciſſim id erit neceſſarium, ut omne, quod principium habet, genitum ſit? Illud ſanè non magis neceſſarium, quàm hoc: Si quis habet febrẽ, calet: ergo ſi quis calet, habet febrem. Sequitur locus, cum non cauſa tanquam cauſa accipitur: quò referendæ ſunt omnes captiones, quæ ex eo naſcuntur, quòd in ſumptionibus aliquid tale accipiatur, quale potiſſimùm uideatur eſſe cauſa reprehenſionis, cum reuerà ea non ſit cauſa, cur ad extremum illud efficiatur, quod concluditur. Quod in ijs maximè ratiocinationibus uſuuenit, quæ aduerſarium urgent incõmodo. Semper enim quod huiuſmodi ratiocinationibus refellitur, eſt una ex ſumptionibus. Si igitur præter neceſſarias ſumptiones ante concluſionem acceperis illud, unde incommodum ſequi debeat, illa ſæpe uidebitur eſſe cauſa, cur tu coarguas abſurda concluſione aduerſarium, quæ non erit: Exempli

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*empli cauſa, ſi probare uelis, quòd idem non ſint uita & anima, & hac tu ratione utaris. Si aduerſatur omnino ortus interitui, & cuidam interitui aduerſabitur quidam ortus: Eſt autem mors, quæ uitæ eſt contraria, interitus quidam: Erit igitur uita ortus quidam, & uiuere gigni ac oriri. quod fieri omnino non poteſt: quare uerum illud non ſuit, uitam & animam idem eſſe. Hac tu profectò ratione non confeciſti quod uolebas: Nam ut illud nemo dicat, nil intereſſe inter animam & uitam, nihilominus idem illud incommodum ſequitur, ſi illud modò admittat quiſpiã, cum mors interitus quidam ſit, eam eſſe uitæ cõtrariam, interitui autem generationem. Ac huiuſmodi quidem rationes nõ ſunt ita uitioſæ, ut nil omnino neceſſariò efficiant, ſed cum neceſſariæ concluſiones ſint, ad illud modò conficiendum, quòd propoſitum eſt, infirmæ ac minimè neceſſariæ dicuntur. Neque his captionibus reſpondentes modò falluntur, ſed etiam qui contra diſputant, ſæpenumero in concluſiones huius generis incurrunt, cum ſe optimè argumentari exiſtimãt. Atque illa quidem ſufficiant de captionibus, quæ tum ex conſequenti, tum ex non cauſa ducuntur: Poſtremus locus ſupereſt, duas interrogationes quaſi unam accipere: quò tum referendæ ſunt captiones, cum non putat reſpondens multas eſſe interrogationes, ob idque quaſi ad unam interrogationem, ſimplicem dat reſponſionem. Ac nonnullæ quidem interrogationes ſunt, quas facilè uidemus multas eſſe, ideóque non eſſe ad illas ſimpliciter reſpondendum: Cuius generis eſt iſta, Sitne terra mare, an cœlum? in alijs quibuſdam non ita facilè perſpicitur: quas interrogationes ij, qui reſpondẽt, perinde quaſi unum eſſet quod rogatum eſt,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*aut admittunt, quia nil habẽt quod rectè ad interrogatum reſpondeant, aut coargui reprehendíque meritò uidentur. Exẽpli cauſa, Nunquid hic, & ille homo eſt? qui igitur hunc & illum cædit, hominem uerberat, non homines: Item illud, Poſitis quibuſdam, quorum partim bona ſunt, partim mala: Súnt ne illa omnia bona an mala? Hic enim utrúmuis dixeris, uno modo habebit, qui contrà diſputat, unde te non ille quidem uerè coarguat, ſed uideatur certè reprehendere, aut unde eò te deducat, ut abſurdũ aliquid dicere uideare: nam in bonis aliquid numerare, quod minimè bonũ eſt, aut contrà in non bonis, quod bonum, abſurdum eſt. Alio modo, hoc eſt, ſi alia quædã prætereà aſſumat, habebit unde te uera reprehenſione coarguat: ueluti ſi quis iam antè cõceſſiſſet, eadem ratione unũ, & multa dici alba, nuda, cæca. Nã ſi cæcum id appellatur, quod cum in genere eorum ſit, quæ uidere poſſint, caret ſenſu oculorum, cæca illa dicentur, quæ non uident, cum in genere tamen earum rerum ſint, quæ oculorum ſenſu prædita eſſe poſſunt. Hic igitur ſi de duobus rogaueris, quorum unum uideat, alterum non uideat, & alius ſimpliciter reſpondeat, illud neceſſariò efficietur, utraq; ſenſum oculorũ habere, aut cæca eſſe, quod fieri omnino non poteſt. Aut igitur illa, & tot fallacium ratiocinationum, & reprehenſionum genera ſtatuenda ſunt, quæ, & quot modò expoſuimus: aut ſi malimus unum quaſi omnium principium conſtituere, reuocanda ſunt omnia ad ignorationem reprehẽſionis. Nam poſſe omnes modos, quos paulò ante docuimus, referri ad definitionem reprehenſionis, poteſt his rationibus intelligi: Primùm ſi infirma eſt concluſio. Eſt enim hoc in definitione reprehenſionis poſitum, ut ex ijs, quæ poſita*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſita ſunt,conficiat id quod uult,atq; ita conficiat, ut neceſſaria ſit re ipſa concluſio,non tantùm uideatur*. Deinde *uerò ſi ſingulas definitionis partes perſequamur, idem illud planum fiet.*Nã *ex ijs captionibus,quæ ſunt in uerbis,nonnullæ ex eo ducuntur,quòd dupliciter, non ſingulari ſignificatione aliquid dicatur:ut quæ ſunt ex homonymia,ambigua oratione, & dictionis forma. Solent enim iſta omnia,quaſi unum quidpiam ſignificarent,ita uſurpari.*Reliquæ *autem, ut quæ ſunt à coniunctione,diuiſione, & accentu, captionis inde originem habent, quòd non eadem ſemper oratio, aut nomen ſumatur.*Atqui *ut fiat reprehenſio,aut omnino ſyllogiſmus,oportebat ſicut eadem res eſt,ita eadem eſſe nomina,& orationes,atq; ita eadem,ut ſi de tunica, uerbi gratia, concludendum eſſet aliquid, non eſſet illud ſub nomine ueſtis concludendum,ſed ſub eodem ipſo nomine tunicæ:non quòd illud in altero nomine non tam uerum ſit,quàm in hoc: ſed quia ſub illo altero nomine adhuc nõ confectum eſt neceſſariò,quod propoſitum erat; ſed illa prætereà interrogatio debet accedere,nónne idem unum ualeat, atq; alterum? ſi modò uelis ei, qui cauſam rogauerit, unde illud ſequeretur,quod cõcludis,iuſta ratione ſatisfacere.Quòd autem captiones,quæ ab accidente ducuntur,huc reuocari poſſint,ex definitione ratiocinationis ſtatim fiet manifeſtum.*Eſt enim eadẽ *reprehenſionis quæ ſyllogiſmi definitio, niſi quòd præter ſyllogiſmi rationem adiungitur uerbum illud,contradictionis*: Reprehenſio *enim nil aliud eſt,quàm ratiocinatio, quæ ad conficiendam cõtradictionem pertinet.Si igitur quæ ex accidente captiones ducuntur, ſyllogiſmi non ſunt, nec reprehenſiones profectò erũt.* Neque *enim ſi ex illo antece-*

C

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*dente efficitur hoc consequens, & hoc album sit, necessariò conficitur, ut etiam illud antecedens album sit. Sed nec illud necessariò concluditur, si triangulũ habeat tres angulos pares duobus rectis, ei autem accidat, ut aut figura sit, aut primum, aut principium, ex ijs inquam non poterit necessariò sequi, eandem illam proprietatem conuenire figuræ, primo, aut principio: quandoquidem huius rei demonstratio non fiat de figura, aut primo, quia figura sit, aut primum, sed de triangulo hoc ipso quòd triangulum est. Quod idem in alijs eiusdem generis dicendũ est. Quare si omnis reprehensio est ratiocinatio, nulla erit ex accidente captio, quæ possit reprehensionis nomine appellari. Verũtamen hoc maximè fallacium conclusionũ genere falluntur, & coarguuntur ab imperitis hominibus ij etiam, qui uel arte aliqua, uel omnino scientia quadã sunt præditi. Ducunt enim illi ab accidentibus argumenta, quæ contra sapientes obijciant: quæ quoniã docti alioqui homines discernere ac distinguere rectè interdũ non possunt, propterea ab illis interrogati aut concedũt, aut etiam quæ non admiserunt, ea se concessisse opinantur. Quæ uerò ex eo ducuntur, quod simpliciter, & ex aliqua parte dicitur, in reprehensionis ignorationem eo incurrunt, quòd in ijs affirmatio, & negatio in eadem re non accipiũtur. Nam ei, quod ex aliqua parte album est, id contradicit, quod non est ex aliqua parte albũ: ei uerò, quod omnino album est, id quod non est simpliciter album. Si igitur quod ex aliqua parte albũ esse dederit quispiam, ita alius accipiat, quasi omnino albũ esse concessisset, eo modo nunquã illũ uerè reprehẽdet: quòd autẽ reprehẽdere uideatur, ex eo proficiscitur, quòd ignoratur, quid sit reprehẽsio. Iam autẽ aperti-*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*tissimè omnium ad hoc caput referũtur illæ captiones, quas suprà, ex definitione reprehensionis appellauimus: unde etiã factum est, ut illo nomine uocarentur. Causa enim cur illæ aliquam habeant speciem reprehensionis, in prætermissione alicuius partis definitionis posita est. Atque si distribuantur singula in partes, eo modo quo iam aggressi sumus, commune esse omnibus captionibus hanc definitionis prætermissionem facilè perspicietur. Quòd uerò huc etiam reuocẽtur captiones, quæ oriuntur ex eo, quòd illud ipsum, de quo instituta est disputatio, assumitur, aut in quibus nõ causa pro causa ponitur, uel ex ijs, quæ nominatim in definitione posita sunt, perspici potest. Illud enim in definitione erat, ut conclusio necessariò sequeretur propter illa, quæ ante posita essent: quod non fit in captionibus, quæ non causam pro causa accipiunt. Item illud in definitione ponebatur, ut non inter sumptiones acciperetur id, quod suit à principio propositum ad disserẽdum: quod non obseruatur in captionibus quibus committitur petitio, ut uocatur, principij. Quæ uerò ex consequẽtibus ducuntur, quasi partes quædam in accidentium captionibus cõtinentur: nam quod est alteri consequens, id in accidẽtium numero censetur. Illud tamen differt consequens ab accidente, quòd in uno tantum cernitur tractatio accidentis, ueluti flauum & mel idem esse, aut albũ & cygnum: consequentis autem uis & tractatio, non nisi in pluribus intelligi potest. Nam si quæ sint, quæ idem, quod unum aliquid, ualent, ea etiam idẽ ualere inter se postulamus: ex quo ꝓficiscitur reprehẽsio illa, quæ ex cõsequẽti appellatur. Illud uerò pronunciatũ non est ex omni parte uerũ, ut si nõ per se, sed fortuitò & per accidẽs albũ sit utrũq;. In eo enim*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*cygnus,& nix idem ſunt, quòd utrunq; album ſit. Aut ſi aliud exemplum malis, ſumatur argumẽtatio Meliſſi, ubi ille accipit idem eſſe, principium habere, & generatum eſſe: aut illa, in qua pro eodem accipiuntur, æqualia fieri, & eandem recipere magnitudinem. Quia enim quod factum eſt, principium habet, idcirco uult Meliſſus uiciſsim effici, ut quod principium habet, factum ſit; perinde quaſi idem ualeant iſta duo, propterea quòd principium habeat, quod generatum eſt, & quod eſt finitum. Quod idem in ijs, quæ æqualia fiunt, contingit. Nam ſi, quæ unam atque eandem magnitudinem accipiũt, æqualia fiunt, uiciſsim etiam quæ paria fiunt, unam & eandem recipere magnitudinem poſtulatur: quo fit, ut ex conſequenti ducta ſit hæc uitioſa concluſio. Quoniam ergo ad reprehenſionis ignorationem reducuntur captiones accidentis, profectò dubium iam eſſe non poteſt, quin eò etiam referri poſsint, quæ ex cõſequentibus eruuntur. Sed illud certè, ſi modò diligentius attendas, alia etiam ratione melius doceri poteſt. Reliquæ ſunt captiones, quæ ex eo naſcuntur, quòd multæ interrogationes pro una accipiuntur: quæ inde uim habent, quòd à nobis uis & natura propoſitionis nõ ſatis explicatè animo cernitur, ac ueluti in ſuas partes tribuitur. Eſt enim propoſitionis natura in eo poſita, ut unum de uno dicatur: nimirum quia non eſt alia definitio eius, quod unũ quidpiã huius generis eſt, q̃ ipſius omnino generis: ut unius hominis eadẽ eſt quæ hominis definitio: & ſic alia. Si igitur ea eſt una propoſitio, qua unum de uno pronunciatur, erit profectò ipſius omnino propoſitionis natura in eo poſita, ut ſit talis aliqua interrogatio. Et quoniã ex propoſitionibus conſtat ſyllogiſmus,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*mus,reprehenſio autem ſyllogiſmus eſt, propterea neceſſe eſt,ut etiam reprehenſio ex propoſitionibus cõſtet.Quapropter ſi ea demum propoſitio eſt,in qua unum de uno pronũciatur, illud iam dubium eſſe non poterit, quin huiuſmodi captiones ad ignorationem reprehenſionis pertineãt:utpote quæ non propoſitiones,ſed quæ propoſitiones modò eſſe uidentur,accipiant.Ac ſi interrogatus quidem alius quaſi ad unam interrogationem reſpondeat, uera hinc naſcetur reprehenſio:Sin ille non ita reſpondeat,ſed uideatur modò reſpondere,fallax nõ uera erit reprehenſio.Quare omnes fallacium concluſionum modi in reprehenſionis ignorationem incurrunt.Atq; illi quidem, qui in uerbis cernuntur, propterea huc pertinent,quia non uera contradictio, quod tamen eſt reprehenſionis maximè proprium, ſed falſa modò ſpecies contradictionis in eis exiſtat:reliqui autem alij propter definitionem ratiocinationis.Cauſa autem cur nos decipiant captiones,in quibus ineſt aut nominis multiplicitas, aut orationis ambiguitas,eſt,quia diſtinguere nõ poſſumus ea,quæ multis modis dicuntur.Nam huius generis ſunt nõnulla,quorum multiplicitatem explicare non eſt facile,cuiuſmodi ſunt,ens,unũ,idem.In ijs uerò,quæ ex coniunctione & diuiſione oriuntur,erroris cauſa eſt,eo quòd nil putamus intereſſe inter coniunctam, & diſtinctam orationem: ſicut in plurimis nullum eſt diſcrimẽ.Nec multum abſimilis eſt in ijs, quæ ex accentu eruuntur,ratio ; quia ſcilicet aut nuſquam,aut certè in plurimis nil intereſſe inter contẽtum, & remiſſum uerbum uideatur.Quæ ex uerbi ſpecie ducuntur,propter quandam uerborum inter ſe ſimilitudinem, in errorem nos inducunt.Difficile eſt enim diſcernere,quorum*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*sit eadem ratio, & quorum diuersa. Nam qui hoc præstare potest, propè est, ut quid in quaque re uerum sit, cognoscat: idémque scit, nos hac potissimùm ratione sophistarum captionibus uinci, quia omne, quod alteri attribuitur, ita accipimus, quasi hoc aliquid, unámq; numero naturam significet. Hæc enim sunt, quæ substantiam, & id quod unum est, maximè consequuntur, significare hoc aliquid, & unã quãdam numero naturam. Vnde etiam fit, ut hic captionis modus inter eos numeretur, qui sunt in uerbis. Primũ quòd per huiusmodi captionem in errorem potius inducimur, dum aliquid cum altero tractamus, quàm cum animo eandem ipsam rem apud nos exagitamus. Atqui uerbis absoluitur omnis sermo, qui cum altero confertur: quod uerò apud nos taciti cogitatione tractamus, non tam ad uerba, quàm ad rem ipsam pertinet. Deinde uerò quando euenit quenquam hac captione falli, dum tacitus apud se rem exquirit, ex eo semper oritur error, quòd ex uerbis rem cõsideret. Postremò harum captionũ omnis error ex similitudine nascitur, quæ profectò similitudo nusquã est nisi in uerbo. Captiones autẽ ex accidente eo nos in errorem inducunt, quòd dijudicare & distinguere rectè non possimus, quæ sint eadem, quæ diuersa: quæ unũ sint, quæ multa: quibus attributis conuenire oportet, quæ rei insunt, & quibus minimè. Quod idẽ in captionibus ex consequenti dicendum est: quandoquidẽ consequens pars quædam accidentis est. His accedit quòd, quoniam in multis uerum esse uidetur, si hoc est illius ita consequens, ut seorsum ab illo esse non possit, & uicissim illud ex hoc perpetua quadam coniunctione consequi: idcirco quasi reuerà ac semper ita esset, suam argumentationẽ tractant, qui*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*qui his captionibus utũtur.* Fallimur *autẽ captionibus, quæ ex omissa aliqua parte definitionis, quæque ex eo quod aliquid omnino dicitur, & quadã ex parte oriuntur, eo nomine, quòd res parũ inter se distantes non rectè distinguimus.* Nam *quasi nil plus significet, esse quidpiã, aut quadam ex parte, quàm esse omnino, aut uerò esse quodã modo, aut hoc tantùm tempore: ita in toto genere ac simpliciter concedimus.* Nec *diuersa est in ijs ratio, quæ aut illud ipsum, de quo est quæstio, assumunt, aut non causam pro causa ponũt, aut unam faciunt interrogationem, quæ multæ sunt.* Nam *in ijs etiam erroris causa est, paruum admodum rerum inter se discrimen: quia scilicet non satis subtiliter & accuratè perspicimus propositionis, aut ratiocinationis definitionem ob eam, quam suprà diximus, causam.* Quoniam *autẽ ex quot, quibusq; locis ducuntur uitiosæ ratiocinationes, quæq; uidentur modò, nec sunt, iam tenemus:* Illud *quoque simul cõfectum est, qui, & quot loci sunt, ex quibus eruuntur sophisticæ omnino ratiocinationes, & reprehensiones.* Ego *uerò sophisticas ratiocinationes, & reprehensiones hoc loco ita accipio, ut non modò complectantur eas, quæ inani quadam & falsa specie ueras ratiocinationes, aut reprehensiones præ se ferunt: sed etiam eas, quæ reuera sunt ratiocinationes, habent tamen falsam quandam hac ex parte speciem, qua ad eam rem, quam efficiunt, propriè accommodatæ esse uidentur, nec sunt tamen.* Cuius *generis sunt, quæ illud non præstant, in quo potissimùm munus piraſtices, hoc est quasi rationis examinandi (quæ pars quædam est dialecticæ) positum est: quia scilicet non uerè coarguunt aduersarium, nec manifestam faciunt eius imperitiam.* Atque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*illa quidem piraſtice falſum aliquid ſuis argumentis nonnunquam efficit: ſed illud euenit propter imperitiã eius, qui in re, de qua agitur, tales potius rationes admittit. Sophiſticæ autem reprehenſiones, licet etiam neceſſariò concludant diſparata, non tamen manifeſtò alterius imperitiam coarguunt: Quin etiam eis, qui ſciunt, tenebras offundunt. Sed quòd eadem uia & ratione locos utriusq; generis reprehẽſionum complexi ſimus, hinc fiet manifeſtum. Nam quot, quibúſq; de cauſis ſolet uideri auditoribus ex ijs, quæ interrogata ſunt, bene ac neceſſariò rem confici: ijſdẽ, & tot reſpondenti idem illud uideri conſentaneum eſt. Ex illis igitur, quos expoſuimus, locis aut omnibus, aut certè nonnullis eruuntur falſæ ratiocinationes. Quod enim ſe nõ interrogatus quiſpiam admiſiſſe exiſtimat, idem profectò interrogatus non diuerſa erit ſententia. Verumenimuero inter has ratiocinationes nonnullæ ſunt, in quibus ſimul ac interrogantur ea, quæ ad perfectam concluſionem deerant, confeſtim falſitas apparet: cuius generis captiones ferè ſunt, quæ ex uerbis ducuntur, & quæ ad ſolœciſmũ perducere aduerſarium conantur. Si igitur paralogiſmi, quibus diſparata concluduntur, omnes ad reprehenſionem ita pertineant, ut eo peccent, quòd ſpeciem modò inanem reprehenſionum præ ſe ferant, illud profectò negari non poteſt, quin falſæ ratiocinationes ex ijſdem, & tot locis ducantur, ex quibus reprehenſiones oriuntur, quæ fallaci ſpecie ueras imitãtur. Atqui fallaces iſtæ & fucatæ reprehenſiones ex eo naſcũtur, quòd aliquam partem ex ijs, quæ ſunt in natura, ueræ reprehenſionis prætermittunt. Vt enim quæq; ex ſingulis partibus omittitur, ita fallax & fucata ſit reprehenſio: Verbi gratia,*

*quando*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*quando id,quod concluditur, non ſequitur ex ijs, quæ antè poſita ſunt,oritur illa captio,quam maximè in argumenta cadere diximus,quæ ad incommodũ ducũt.Quæ uerò multas interrogationes accipit pro una,eo peccat,quòd propoſitionis natura nõ rectè accipitur.Quæ ex accidente ducitur, & altera,quæ huius pars eſt,ex conſequenti,hoc habent uitij,quòd pro eo, quod per ſe debeat eſſe,illa accipiunt.* Peccant etiam illæ manifeſtò *contra definitionem, quarum cõcluſio non ad rem eãdem,ſed ad uerba tantùm eadem pertinet.* Præterea *aduerſus id quod diximus,oportere contradictionem in toto genere,ac ſimpliciter accipi, & in re eadem,& ad idem,& eodem modo omnes captiones peccant, quæ id,quod ex parte modò aliqua dicitur,ſumunt,aut huius generis aliquid, contra quam ſingulæ illæ particulæ ſignificant.*Denique *in eam partem definitionis, non accepto eo inter ſumptiones,quod à principio poſitum eſt in diſputatione,incurrunt omnes,quibus petitio principij cõmittitur. Quare ex quot,quibúſque locis paralogiſmi eruantur, eadem hac uia perſpici poterit.* Nam *& ijs plures eſſe nequeunt, & in eos omnes, quos enumerauimus, incurrere poſſunt.* Illud *autem hîc intelligendum eſt, ſophiſticam reprehenſionem,& ſyllogiſmum non omnino,nec apud omnes eſſe reprehenſionem,aut ſyllogiſmum,ſed apud hunc modò, uel illum.*Ac *ſi quidem ab eo, qui reſpondet, alius non accipiat,uerbum multiplex unam habere ſignificationem: & quod ſimili forma uerbi profertur, rem declarare, quæ ſit hoc aliquid,unúmque numero: eodémque modo in alijs:illæ nullo modo aut reprehenſiones, aut ratiocinationes erunt: hoc eſt,nec apud omnes, nec apud eum quidem, qui inter-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*rogatur. Sin illud ab aduersario conceſſum habeat, erit illa quidem, quod attinet ad reſpondentem, reprehenſio, & ſyllogiſmus: omnino autem, & apud omnes non erit: quandoquidem nõ ſumptum ſit, id quod reuera unum ſignificaret, ſed quod uideretur modò, & ab eo acceptum, qui talis, hoc eſt imperitus eſſet. Neque uerò nobis hoc loco elaborandum eſt, ut ex quot, & quibus locis omnes ueræ reprehenſiones ducuntur, complectamur: quando illud ſine omnium rerum ſcientia cognoſci non poſſit. Nulla autem ars eſt, quæ hoc præſtare una queat. Sunt enim ſcientiæ propemodum infinitæ. Vnde etiam planum eſt, demonſtrationes eſſe infinitas: quæ eædem, ueræ ſunt reprehenſiones. Nil enim demonſtratione concluditur, quod idem reprehenſione confici non poſſit, qua eum coarguas, qui contradictionis eam partem poſuerit, quæ falſa eſt: Exempli cauſa, ſi quis dixerit, diametrum eſſe comparabilem cum latere, is coarguetur demonſtratione, qua non eſſe comparabilem diametrũ oſtenditur. Itaque omnium rerum ſcientiam habeat neceſſe eſt, qui omnes omnium reprehenſionum locos ſit animo comprehenſurus. Aliæ enim reprehenſiones ex geometria, aliæ ex medicina, aliæ ex aliarum cuiusque generis ſcientiarum initijs, & concluſionibus ducuntur. At uerò falſæ etiam reprehenſiones non minus infinitæ ſunt, quàm illæ: quandoquidem nulla ſit ars, quæ ſuos non habeat falſos ſyllogiſmos: Veluti in geometria geometrici, in medicina medici. Quod autem dixi in quaque arte falſos eſſe ſyllogiſmos, ſic accipi uolo, ut eo tantùm artis eſſe dicantur, quòd principia accipiunt ipſius artis. Perſpicuum igitur eſt, non eſſe nobis hoc loco explicãdos omnes omnium reprehenſionum locos:*

*ſed*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*Sed eos modò ex quibus dialecticæ reprehensiones eruũtur. Sũt enim illi communes omnibus artibus & facultatibus. Ac debet quidem quisque artifex omnes, quæ ad suam artem pertinent, reprehensiones considerare, siue sint illæ ueræ reprehensiones, siue speciem tantum habeant uerarum: & quamobrem talis sit unaquæq;, explicare. Quæ uero ex cõmunibus, quæq; nullius artis propriæ sunt, constant, hæ dialectico sunt considerãdæ. Nam si locos teneamus, unde ducũtur probabiles ad disputandum de quaq; re syllogismi, simul ex quibus reprehensiones eruendæ sint, intelligimus: cum præsertim nil sit aliud reprehensio, quàm syllogismus contradictionis: ita ut tum sit reprehensio, quando aut uno syllogismo, aut duobus disparata conclusa sunt. Vnde igitur omnes huiusmodi ex cõmunibus factæ reprehensiones proficiscantur, ex superioribus libris intelligi potest: simúlq; unde istarum reprehensionum dissolutiones accipi possunt: quãdo eas soluere nil aliud sit, quàm exceptione aliqua eas refellere. Ex ijs uerò, quæ paulò antè dicta sunt, cognoscimus, quot, quibúsque ex locis oriantur, non ueræ reprehensiones, sed quæ, non illæ quidem temerè cuiuis, sed certis quibusdam hominibus esse uideantur. Nam persequi omnes causas, quibus uideri possint quibuslibet hominibus reprehensiones, quæ nõ sunt, infinitum est. Ex ijs ergo perspicuum est, dialectici esse, notatos habere omnes locos, unde reprehensiones ex communibus constantes ducuntur, cuiuscunque generis illæ sint, hoc est, siue ueræ, siue in speciem tantùm reprehensiones sint: Itémque siue dialecticæ reuerà sint, siue dialecticæ tantùm esse uideantur: aut uerò ex eo rationum genere, quæ ad examinandam & excutiendam alterius*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

eruditionem adhibentur. Non est uera illa argumentorum distributio, qua utuntur aliqui, dicentes, alia ad nomen, alia ad sententiam pertinere. Nam existimare diuersa esse argumenta, quæ ad nomen, & quæ ad sententiam pertinent, ac non potius eadem esse, quæ utroque genere continentur, magna est amentia. Quid enim aliud est, non argumentari ad sententiam, quàm non uti eum, qui se rectè putat interrogare, aliquo uocabulo in ea significatione, in qua est concessum à respondente? Quid uerò, nónne etiam hoc est de nomine contendere? Iam uerò quid est conferre argumentum ad sententiam, nisi cum intellexeris, quod dixit respondens, ad id argumentũ dirigere? Quòd si plura significet aliquod uerbum, putent autẽ, qui interrogat, & qui respondet, uno modo dici (ueluti ens, & unũ multiplicia sunt: existimabãt tamen Zeno, qui interrogabat, & is quoq;, qui illi respondebat, uno tantùm modo dici: ex quo factum est à Zenone argumentum, quo omnia esse unum concluderet) illam certè eandem argumentationem, siue ad nomen pertinere dicas, siue ad sententiam eius, qui respõdet, utroq; modo non male dixeris. Sin plura significare putẽt, non dubium est, quin ad sententiã illa nõ possit pertinere. Primùm igitur in ijs argumentis, quæ multiplicitatem aliquam habẽt, illud usuenit, ut quæ sunt ad nomen, eadem ad sententiam pertinere cernantur. Deinde uerò nulla omnino argumentatio est, in quam illud, esse ad sententiam, cadere non possit; quandoquidem, esse ad sententiam & mentem alterius, non sit in ipsa argumentatione positũ, sed in eo, quòd respondens hoc, uel illo modo affectus est ad ea, quæ concessit. Tũ uerò nulla est contrà, cui non possit accidere, ut sit ad nomẽ: præsertim

cum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*cum hoc loco,esse ad nomen,idem ualeat quod, non esse ad mentem alterius.Nã si nõ omnes illuc referri possint, erunt profectò aliquæ reprehensiones,quæ neque ad nomen,neque ad sententiam erunt.Illi autem altero horum generũ omnes contineri dicunt : atque ita diuidunt, ut omnis generis reprehensiones,aut ad uerba,aut ad sententiam pertinere fateantur.Atqui ex ijs quidem syllogismis,in quibus quædam inest multiplicitas,nonnulli sunt,qui ad nomen pertinẽt (nã illud absurdum est,uelle omnes captiones,quæ ex uerbis ducuntur,pertinere ad nomen)sed illud certè negari etiam nõ potest, quin aliquæ sint in eodẽ illo genere captiosæ & fallaces ratiocinationes , quæ non ex eo uim habent , quia sit hoc,uel illo modo affectus respondens,sed quoniam ipsa per se argumentatio continet aliquã interrogationẽ, quæ multis modis dicatur. Iam uerò illud omnino absurdum est, habere illos , qui sic diuidunt, prius rationem reprehensionis, quàm syllogismi, & de illa prius,quàm de hoc differere.Cũ enim reprehẽsio syllogismus quidam sit,necesse est, ut prius respiciamus,quid in syllogismo positũ sit,quàm quid in falsa reprehensione;quæ aliud nihil est,quàm nõ uera,sed fallax & fucata ratiocinatio,adhibita ad concludendum disparata.Vnde etiam fit, ut omnis captionis uitium, uel sit in syllogismo,uel in contradictione(nam ad syllogismum oportet contradictionem accedere, ut sit reprehẽsio) uel in utroque. Vt autem singulorum exempla subijciam, illa captio, qua concluditur, πάντα proloqui,uitium habet,non in syllogismo,sed in contradicendo: illa uerò,qua,dare aliquẽ posse,quod non habet,conficitur,utroq; modo uitiosa est: Illa postremò qua efficitur,Homeri poëma esse figuram, quia cir-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

culus quidã sit, in syllogismo uitium habet. Quòd si qua erit argumentatio, quæ neutro modo uitiosa sit, uera ratiocinatio censebitur. Sed ut eò redeamus, unde digressi sumus, illud hic rogo, an captiones, quæ in disciplinis uersantur, ad sententiã pertineãt, nécne? Et si in ea quisquã opinione sit, ut triangulum putet esse uerbum multiplex, isq; interrogatus in alia significatione concedat, quàm in qua de triãgulo cõcluserit alius, habere tres angulos pares duobus rectis, eritne illa ad mentem & sententiã alterius disputatio, an potius non erit? Præterea si multis modis dicatur uerbum aliquod, eámq; multiplicitatẽ nec intelligat alius, nec ullã omnino esse suspicetur, hîc, quæso, quónã pacto ad mentẽ & sententiã alterius collata est disputatio? Aut quo tandẽ modo, ut sit ad sentẽtiã disputatio, interrogare alius debet? nisi forte adhibita simul ambigui distinctione interrogãdum sit, ut sit huiusmodi, uerbi gratia, interrogatio: sítne uerũ, σιτῶντα proloqui, an falsum: an potius uno modo uerum, & altero falsum? At enim si nihilominus hîc ita respondeas, ut nullo modo fieri illud posse dicas, contrà autẽ alius disputet, nunquid erit ad sententiam tuam disputatum? Atqui ad nomen etiã quin huiusmodi argumentatio pertineat, negari nõ potest. Non est igitur unum quoddam captionum genus ad mentẽ & sententiam pertinentium, sed illud modò uerum est, nonnullas esse, quæ ad nomen sunt: nec huius generis omnes esse possunt, non dico quæ ueræ sunt reprehensiones, sed ne illæ quidem, quæ falsa specie ueras reprehensiones præse ferũt: quandoquidẽ multæ sint captiones, quæ ne ex uerbis quidem ducuntur: quales sunt, quæ ex accidente eruuntur, & aliæ nonnullæ. Quòd si quis existimet oportere eum, qui interrogat,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

terrogat,ſimul interrogando multiplicitatem uerbi indicare,& diſtinguere hunc in modum:quum dico,πατῶ τὰ proloqui,uolo intelligas,poſſe hoc uel illo modo accipi:illa quidem certè primũ erit ualde abſurda & iniqua poſtulatio, præſertim cũ illud ſæpe uſuenirè uideatur, ut qui interrogat, neſciat omnino multis modis dici poſſe,quod rogat.Quod uerò multiplex eſſe non putes,illud ut diſtinguas,fieri non poteſt.Deinde uerò quid, quæſo, hoc aliud erit,quàm docere? Hoc enim modo res,ut eſt,illi explicatur & declaratur, qui nec animaduertit,nec ſcit,nec omnino ſuſpicatur, poſſe id, de quo interrogatur,alio atq; alio modo accipi. Nã quid uetat, quominus huiuſmodi diſtinctio etiam in ijs argumẽtis locum habeat,in quibus nulla eſt ambiguitas? Exempli cauſa,nónne quatuor unitates ſunt pares duobus binarijs,qui ſunt in quaternario?ita tamen,ut diuerſo modo in quatuor inſint duo binarij,& quatuor unitates.Itemq; illa,éſtne cõtrariorum eadẽ ſcientia?ſed ita tamen,ut alia ſint cognita, alia incognita. Quapropter qui iſta diſtinctione utendũ eſſe cẽſent,ignorare uidẽtur,aliud eſſe docere, aliud diſputare:& quòd oporteat docẽtem non interrogare, ſed manifeſtum facere id,de quo agitur: diſputantem uerò,eum modò, quicũ diſputat, interrogare.Iam uerò poſtulare, ut is,quicũ diſputatur,aut dicat,aut neget, non eſt docentis ac demonſtrãtis rẽ,ſed eius,qui te probare ac ueluti examinare uelit. Eſt enim tentadi & examinãdi ratio,pars quædã dialecticæ:ob eamq; cauſam tota in eo poſita eſt,ut quid de quaq; re ſentiãt,nõ illi,qui uerè docti ſunt,ſed qui rerũ ſibi arrogant cognitionẽ,cũ ſint illarũ imperiti,obſeruet atque exquirat. Atq; ille quidem,qui nõ in ſpeciem modò, ſed reuerà cõmu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*nia perueſtigat & exquirit, dialecticus eſt: qui uerò id facere uidetur, nec facit, ſophiſta. Ac ratiocinationum quidem contentioſarum & ſophiſticarum unum genus eſt, quo omnes continentur: quæ, cum ex ijs rebus conſtent, in quibus uerſatur tentandi ratio, ſpeciem habent ſyllogiſmorum, nil tamen neceſſariò concludunt, etiamſi id uerũ ſit, quod concluditur: Iſtarum enim uitium eſt in uerbo medio, in quo uis cõſecutionis poſita eſt. Alterum genus eſt eorum paralogiſmorum, qui, cum propriè ad aliquam artem accommodati eſſe uideantur, ad certam tamen quandã artem reuerà nõ pertinent. Neque enim illi, qui pſeudographi appellantur (quãdoquidem illi ſunt paralogiſmi de aliqua re facti, quæ cuiuſdam artis propria ſit) cõtentioſi ſunt exiſtimandi, ne ſi illi quidem pſeudographi uerum aliquid concludant: qualis erat Hippocratis ratio, qua circulum quadrare per lunulas conabatur. Sed erit certè contentioſa ratio, ſi talis ſit, qualis erat Bryſonis quadratura: qua quidẽ ratione tametſi quadratum circulo æquale dari concluderetur, tamen eo nomine ſophiſtica eſt appellãda, quòd non propriè eſt ad illãrem accommodata. Quare quæcũque ratiocinatio accommodata ad rem uidebitur, quæ nõ erit accommodata, etiamſi neceſſariam habeat cõcluſionem, ſophiſtica tamen & contentioſa erit appellanda; propterea quòd ea ſaltẽ ex parte, qua ad iſtam rem uidetur accommodata, fallacem habet quandam ſpeciem, per quam decipimur, ac ueluti iniuria quadã afficimur. Quemadmodum enim inter certandũ, quas aduerſario facimus iniurias, ſpeciem quandam æquitatis præ ſe ferunt, & tamen reuerà eſt iniqua certandi ratio: ſic in diſputatione iniquum certamen eſt, ubi ad nimiam contẽ-*

*tionem*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*tionem res progreditur. Nam ut in certaminibus, qui quauis ratione uictores esse uolunt, nil non mouent, nil non aggrediuntur: ita hic in disputatione idē faciunt, qui sunt supra modum litigiosi. Atq; ex ijs quidem, qui tantam adhibent contentionē, quicunq; sibi uictoriā proponunt, illi sunt qui propriè litigiosi, & cōtentionis amatores censentur. Qui uerò gloriam, ex qua quæstum faciant, aucupantur, sophistæ. Est enim sophistice, quemadmodum suprà diximus, ratio quæstus faciendi ex sapiētiæ simulatione. Quo fit, ut demonstrationes etiam, quæ specie quadā ueras imitentur, potissimùm expetant sophistæ. Et rationes quidem nō sunt diuersæ, quibus litigiosi homines, & quibus sophistæ utuntur, sed fine distinguuntur: & una eadémq; probatio sophistica erit, & contentiosa: uerum non eadem ratione. Nā qua ad opinionem uictoriæ adhibetur, contentiosa est: qua uerò ad opinionem sapientiæ confertur, sophistica. Et enim sophistice est sapientia quædam simulata, non uera. Ferè autem contentiosæ argumētationes eodem modo affectæ sunt ad dialecticas, quomodo pseudographi ad geometricas demōstrationes. Vt enim illæ sunt captiosæ cōclusiones, quæ in ijsdem rebus cernuntur, in quibus uersatur dialectica, ita pseudographi ijsdem de rebus fiunt, de quibus geometra suas facit demonstrationes. Verùm huiusmodi quidem certè pseudographi non sunt contentiosi, quoniā ex principijs, & cōclusionibus alicuius artis proprijs cōficiuntur. Quæ uerò ex ijs rebus constant, in quibus uersatur dialectica, si quasi accōmodatæ ad aliam rem demonstrationes accipiantur, erunt contentiosæ: quemadmodū his exēplis perspici potest: illa ratio, quæ per lunulas quadrari posse circulum demonstraba-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*tur,non eſt contentioſa, Bryſonis autem ratio eſt contentioſa.Atq; illa quidem prior ratio, cum ex propriis geometriæ principijs conficiatur,ad nullam aliam artẽ, quàm ad geometriam transferri poteſt: hæc poſterior apud eos etiam uſurpari poterit,qui illius artis imperiti,omnino quid in quaque re fieri poßit,& quid non poßit,ignorant, atque ita uſurpari,ut ad ſingula,ad quæ adhibebitur, accõmodata ſit. Eſt etiã in hoc eodẽ genere ratio, qua Antiphon quadraturã circuli oſtendere conabatur:Itémque ſi quis,adhibita ratione Zenonis, uellet oſtendere, non eſſe bonum poſt cœnam inambulare, non adferret propriam medicinæ rationem, quandoquidem illa ſit cõmunis maximè ratio. Si igitur eodem planè modo affectus eſt litigioſus homo ad dialecticũ, quo ad geometram is qui pſeudographos facit, non poterit profecto ex ijs,quæ propria ſunt,conſtare contentioſa argumentatio:Nũc autem dialecticus nullum certum genus habet,in quo quaſi in ſubiecto ſibi proprio uerſetur:nec ulla in re demonſtrationes adhibet: neque talis eſt artifex, qui omnium rerum conſiderationem ſuſcipiat.Neque enim poſſunt res omnes ſub unum genus cadere: nec ſi poſſent, uerè illud dici poſſet,omnium eadem eſſe principia.Vnde etiã fit, ut nulla earum artium,quæ in tractanda certa quadã natura demonſtrationibus utitur,percontãdo differat,& ſuas probationes ex interrogatione accipiat.Cum enim non poſſit ex utraq; cõtradictionis parte accommodata ad rem docendã fieri ratiocinatio,nõ debet liberum eſſe,utramuis partem admittere.Dialectica autẽ percontatrix eſt, & totam uim habet ab interrogatione. Atqui ſi demonſtrationes in differendo adhiberet dialectica,illam certè oporteret,ſi non*

*omnia,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*omnia, at certè prima pronũciata, & propria ſua principia citra ullã interrogationẽ accipere: alioqui ſi illa nõ admitteret alius, nil iam ſupereſſet, unde id euerteret, quod eſſet ab altero oppoſitũ. Planè autẽ generis eiuſdem eſt piraſtice cũ dialectica.* Neq; *enim hæc tentãdi & examinandi ratio talis quædã ars eſt, qualis eſt geometria, ſed cuius munus præſtare etiã indoctus aliquis poſſit. Quid enim eſt, cur non poſſit, qui rei alicuius nõ habet ſcientiã, quaſi tentãdi cauſa cũ eo diſputare, qui etiam ſit illius rei imperitus? Præſertim cũ eò conferatur diſputatio, ut non ex ijs conſtet quæ illi, qui doctus ſit, perfecta ſunt, quæque ſunt rei propria, ſed ex conſentaneis quibuſdam, & conſequentibus rei: quæ conſequẽtia huiuſmodi ferè ſunt, ut tametſi illa ſcias, nil tamen uetet, te artem neſcire: at ſi neſcias, omnino artis cognitionem aſſequi non poſſis. Ex ijs ergo planum eſt, piraſticen nõ eſſe ſcientiam, quæ in certo quodam genere ſubiecto uerſetur, ideoq; de omnibus diſputationem ſuſcipere. Habent enim omnes ſciẽtiæ communia quædam, quibus utuntur: ob eamq; cauſam fit, ut omnes homines, etiã idiotæ, quodã modo utãtur arte dialectica, & piraſtica: quandoquidẽ nemo ſit, qui ad aliquem modũ non uelit iudiciũ ferre de ijs qui aliquid profitentur. Porrò autẽ ipſa cõmunia omnibus ſunt, & apud omnes eadẽ: quandoquidẽ nõ ſint illa minus idiotis cognita, quàm alijs: etiamſi minus aptè, & citra ullam artẽ tractare illa uideantur. Quo fit ut nemo ſit, qui refellere & reprehẽdere argumentis alterũ non conetur. Omnes enim nulla arte adiuti, ſed duce tantũ natura illius ſunt muneris capaces: quod arte perfectum & expolitũ, dialecticæ propriũ eſt, illiuſq; dialectici, qui adhibita diligenti diſſerendi*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ratione, ad tentandum & examinandum alterum suas disputationes confert. Quoniam autem hæc communia, sunt permulta, & tam latè diffusa, ut nusquam non reperiantur: quæ tamen non sunt talia, ut unam quandam cõmunem naturam faciant, & ad unum genus reuocentur, sed uaga semper, & incertæ naturæ, perinde ut sunt negationes: præter hæc autem alia sunt, quæ nõ uaga, sicut ista, sed propria sunt: ex ijs profectò planum est nullã esse rem, cuius disputationem ex talibus quibusdam suscipere ac periclitari non possimus. Illud quoque perspicuum est, quandam esse in earum rerum tractatione artem, quæ nil habeat simile cum scientijs demonstratiuis. Quamobrem contentionis studiosi homines, multum dissimiles sunt ijs, qui pseudographos faciunt: ut qui nõ ex principijs, quæ alicuius generis propria sint, fallaces conclusiones efficiant, sed latè uagãtes in omni rerum genere uersentur. Ac modi quidem illi sunt, quos exposuimus, quibus sophistarum omnes reprehẽsiones conficiuntur. Quòd uerò sit dialectici hæc considerare omnia, quodq; istarum rerum facultate ualere debeat, hinc perspici potest, quòd quæ ars in propositionum, hoc est communium locorum explicatione uersatur, eadem sibi uniuersam istam considerationem uẽdicat. Atque illa quidem sufficiant de reprehensionibus fallacibus. Nunc de eo dicamus, quem secundum finem sophistæ appellauimus, quibus scilicet modis falsum aliquid sophistæ conficiant, & qua ratione eò inducunt disputationẽ, ut incredibile aliquid & præter omnium opinionem sequi uideatur. Ac prima quidẽ ratio, ex percontandi quodam certo genere sumitur, imprimísque ad illud efficiendum ualet ratio interrogandi. Qui*

*enim*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*enim ita aduerſarium interrogãt, quaſi nulla certa re propoſita, de qua diſſeratur, nil profectò aliud præter hoc inueſtigant. Nam qui temerè reſpondent, & parum accurãt, quid dicant, facilius labuntur. Cum uerò nil uidemus eſſe propoſitum, de quo ſuſcepta ſit diſputatio, tum minus cogitare ſolemus, quid dicamus. Altera ratio eſt, quæ plurimùm ualet ad deducendum eò aduerſarium, ut admirabile aliquid, aut falſum admittere uideatur: nempe cum multitudine interrogationum eum oneramus, etiam cũ eſt aliquid propoſitum, de quo diſputetur: ſimúlque poſtulamus, ut proferat, quid de ſingulis ipſe ſentiat: atque ita, ſiue aliquid ex ijs affirmet, ſiue neget, eò loci eum perducimus, ubi argumẽtorum nobis copia ſuppetit. Verum enimuerò hoc tempore minus huic rationi fallendi locus datur, quàm olim: nimirùm quòd illud ſtatim rogari ſolet hoc tempore, quorſum hæc, & quid ad id, de quo inſtituta eſt diſputatio, pertineãt. Eſt autem communis locus ad eruendum tandem falſum aut incredibile aliquid, nullum à principio conſtituere propoſitum, de quo diſſeratur, ſed profiteri ſe diſcendi ſtudio interrogare: dabit enim tandem occaſionem argumento huiuſmodi diſſimulata rei cõſideratio. Vt autẽ falſum tu aliquid tandem concludas, proprius eſt hic ſophiſticus locus, eò ſcilicet perducere aduerſarium, ubi argumentorum tibi ſit copia. Sed illud certe interdum rectè, interdum uitioſè fieri poteſt, quemadmodũ nos ſuprà diximus. Iam uerò ut admirabile quippiam & contra omnium opinionem elicias ab aduerſario, uidendum eſt tibi, quam ſectam philoſophorum ſequatur is, quícum diſputas; ut illum interroges quidpiam ex ijs quæ contra omnium opinionẽ dicunt huius ſectæ phi-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*loſophi.Habent enim ſingulæ ſectæ ſuas quaſdam huiuſmodi ſententias.Eſt autem ad eam rem primum ueluti elemẽtum,ut ſingularum ſectarum admirabiles ſententias inter propoſitiones accipias.Verum in promptu etiam eſt iſtarũ captionum ſatis apta ſolutio,ut ad extremum,neges ex tuis uerbis ſequi admirabilem illam concluſionem quam colligit aduerſarius.Atque hoc ipſum genus diſſoluendi argumenti,non iſto tantum loco accommodatum eſt,ſed quicunq; diſputando altercationes modò & contentiones ſibi proponit, eodem iſto modo conatur aduerſarij rationes eludere.Alius locus eſt ex hominum uolũtate,& ſermonibus.Aliud enim ferè eſt tacitum hominum iudicium,aliud palàm loquũtur: & ſermones quidem ſunt quàm honeſtiſsimi,uoluntas autem & tacitum animi iudiciũ,id ſemper ſpectat,quod maximè utile uidetur.Veluti nemo ferè eſt,qui non ita loquatur,longè præſtantiorem eſſe mortem glorioſam, quàm uitam uoluptatibus affluentem,& melius eſſe,iuſtè per inopiam uiuere,quàm in magna opum copia turpiter:at nemo etiam eſt qui non ſequatur contraria.Ergo ſi defendat is, quicum diſputas, quod homines potiſsimùm ſequuntur, & uolunt, oppones contrà, uſitatas uulgo ſententias. Sin has uulgatas ſententias proferat,adferenda contra erunt, quæ interim tacitè homines uolunt & ſequuntur.Vtrinq; enim ut admirabile aliquid efficiatur,neceſſe eſt:quandoquidem futurum eſt,ut contradicat reſpondens, aut peruulgatis omnium ſermone ſententijs,aut tacito hominum iudicio. Alius locus eſt latiſsimè patens, per quem cogimus aduerſarium dicere aliquid admirabile (id quod Callicles in Gorgia commemorat, quódque omnes ueteres captionum unicam*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

cam ferè cauſam exiſtimabant) ex ijs, quæ natura, & quæ lege ſunt conſtituta. Naturam enim legi contrariam eſſe: & iuſtitiam quidem lege eſſe honeſtam, natura uerò non honeſtam. Sic igitur oppugnandus eſt qui, quod naturæ conſentaneum ſit, proferat, ut legem illi obijciamus: ſin legem teneat, contra quæ ſunt ex natura proferẽda erunt. Hic enim effugere non poteſt, quin utrinque admirabile aliquid dicat. Vocabant autem illi naturam, id quod in quaque re uerum eſt: legem uerò, quod in multitudinis opinione poſitum eſt. Vnde perſpicuum eſt, illius ætatis homines idem quod qui hodie ſunt, fuiſſe conatos, ut reſpondentem aut reprehenderent, aut cogerent tandem aliquid dicere contra omnium opinionem. Porrò autem interrogationes quædam ſunt ſua ſponte tales, quibus reſpondere non poſſis quin utranque in partem dicas admirabile quippiam: cuiuſmodi ſunt hæc, Sit'ne ſapiẽtibus potius parendum an patri, Sint-ne honeſta potius facienda an quæ utilia ſint, Vtrum optabilius, iniuriã pati, an facere. Iam uerò perducẽdus eſt aduerſarius ad ea, de quibus contraria eſt ſapiẽtum, ac multitudinis opinio. Ac ſi ille quidem cum ſapientibus ſentiat, opponenda uulgi opinio: ſin uulgus ſequatur, quid ſentiant ſapientes contra adferẽdum. Hi enim eos, qui beati ſint, neceſſariò iuſtos eſſe exiſtimant: at multitudini incredibile uidetur, regem non eſſe beatum. Verùm enim locus hic ab eo non eſt diuerſus, qui ex legis & naturæ repugnantia dictus eſt. Nihil enim aliud lex eſt, quàm multitudinis opinio: ſapiẽtes uerò quod in rei natura poſitũ eſt, & ueritatẽ ſequũtur. Ac de locis quidẽ, ex quibus eruũtur paradoxa, hactenus. Sequitur, ut quomodo ad nugationẽ perducunt ſophiſtæ, dica-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*mus.Ac primũ quidẽ,quid illud ſit,quod appellamus nugari,ſupra diximus:modo exempla ſubijciamus.quæ ſunt huiuſmodi.Si nihil referat nomẽ dicas an orationem:duplum ergo idem ualet,quod ſimpli duplum.Si quando igitur ſimpli duplum dicas, hoc dicis ſimpli ſimpli duplum:& ſi iterũ pro hoc uerbo duplum accipias ſimpli duplum,ter idem erit repetitum ſimpli ſimpli ſimpli duplum.Eodem etiam pertinet hæc captio, nunquid uoluptatis eſt cupiditas? definitur autem hæc,appetitio uoluptatis:eſt igitur cupiditas appetitio uoluptatis uoluptatis.Cernuntur autem omnes iſtæ captiones,aut in ijs,quæ nõ per ſua tantum genera,ſed etiam per ſe ipſa ad aliquid dicuntur,cum interim una eadémque res ſit,cum qua utraque comparantur.Veluti appetitio eſt alicuius appetitio,& cupiditas alicuius cupiditas:itémque duplum alicuius duplum dicitur,& illud totum ſimpli duplum,alicuius etiam dicitur:Aut uerò in ijs,quæ cum exgenere eorum quæ cum altero conferuntur,non ſint, ita ſunt affecta ad ſubſtãtiam,omnióque ad ſua ſubiecta,quorum ipſa ſunt aut habitus,aut affectiones,aut ſimile aliquid,ut in definitione, qua quid illa ſunt explicatur, ipſa ſubiecta accipiantur.Vt impar definitur numerus medium habens. At enim ſemper in ipſo impari ineſt numerus: cum igitur illud dicis,numerum dicis habentem medium numerum.Et hoc:Si ſimitas eſt naſi concauitas,ſimum autem intelligi nõ poſſit,quin naſum ſimul intelligas, profectò cum illud dicis, naſum naſum concauum dicis. Porrò autem interdum uidentur nugationem efficere iſtæ captiones, cum nil tale reuera concludant;propterea quòd prætermittitur ab eo,qui interrogat,neceſſaria ad eam rem interrogatio, nempe an*

*duplum*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*duplum per ſe dictum ſignificet aliquid, an nihil: & ſi quid ſignificet, utrum idem quod coniunctum cum altero, an aliquid aliud: quia inquam ijs interrogationibus omiſſis ſtatim ad concluſionem acceditur, propterea nil reuera, ſed in ſpeciem tantum his captionibus conficitur: atque in eo captionis cauſa eſt poſita, quòd idem uerbum cum ſit illud ipſum quod oratio, per ſe tamen unum quippiam ſignificat.* Solœciſmus *quid ſit paulò ante dictum eſt: reliqua igitur dicamus.* Sane *uſuuenire poteſt, ut ſolœciſmum facias, nec uideare, & ut uideare, cum non facias.* Veluti *ſi uerum eſt quod* Protagoras *dicebat maſculini generis eſſe hæc uerba* μῆνις, & πῆλιξ, *is certè ſententia illius ſolœciſmum committit, qui dicit* μῆνιν οὐλομένην: *at opinione aliorum nõ uidetur cõmittere: qui uerò* οὐλόμενον *dicet, uidebitur ille quidem in hoc uitium incidiſſe, reuera autem non incidit.* Perſpicuum *igitur eſt artis ſophiſticæ partem aliquam ad illud conficiendum poſſe conferri: ob eámque cauſam multæ ſunt captiones, quibus uidetur quaſi ſyllogiſmo concludi aliquis ſolœciſmus, cum reuera nil tale neceſſariò conficiatur, non ſecus atque in reprehenſionibus accidere ſolet.* Ducuntur *autem omnes ferè fallaces concluſiones, quæ ad ſolœciſmum pertinent ex neutro articulo, hoc, & quando caſus aliquis nominis, nec maſculinum genus, nec fœmininum ſignificat, ſed quod eſt inter iſta quoddam ueluti medium.* Nam *hic maſculinum declarat, hæc fœmininum, hoc autem propriam quidem habet ſignificationem, ut neutrũ genus declaret, ſed tamen ſæpe ad illud utrunque genus transfertur:* Vt *ad iſtam interrogationem, quid eſt hoc? tria iſta aptè reſpondeas,* Calliope, *lignum,* Coriſcus. Ac *maſculini qui-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*dem articuli & fœminini omnes casus sunt diuersi, neutrius autem partim ijdem, partim diuersi. Quo fit, ut sæpenumero quod in nominatiuo neutri articuli concessum est, ad masculini accusatiuum id alius trãsferat, aut alia quadam simili ratione casum pro casu accipiat: fallax autem conclusio ex eo oritur, quòd articulus neutri multis casibus communis est. Interdum enim nominatiuum, interdum accusatiuum significat. At uerò si istos casus dignoscere uelis, uerbum uariè accipiendum est, ut cum nominatiuo, est, cõiungas, cum accusatiuo, esse: ueluti, est Hipponicus, esse Hipponicum. Nec diuersa est in fœmininis nominibus ratio, & in omnibus quæ sub communi nomine τῶν σκευῶν à Græcis comprehensa (nos uasa appellemus) masculinorum, aut fœmininorum inflexionem habent: sola enim ea, quæ desinunt in ον, inflexionem sequuntur τῶ σκεύους, hoc est neutri generis sunt, ut ξύλον, χρυσίον: quæ uerò non habent illam terminationem, masculina sunt, aut fœminina, & illa tamen nonnunquam traducuntur ad genus neutrum: & sub nomine τῶν σκευῶν interrogantur: ut ἀσκὸς masculinum est, κλίνη fœmininum: Itaque in ijs eodem modo quo in superioribus uerbum, est, & esse, casuum inter se discrimina indicabit. Est etiam solœcismus non ualde absimilis ijs reprehensionibus, quæ ex eo ducuntur, quòd ut similia accipiuntur, quæ non sunt similia, aut si ita uocare malis, quæ ex simili uerborum specie oriuntur. Vt enim illæ captiones sunt in rebus quidam ueluti solœcismi, ita hæ sunt in uerbis ueri solœcismi. Homo enim & album, & uerba sunt, & res. Ex ijs igitur, quæ dicta sunt, planum est, si quando solœcismum uelis concludere, ex illis casibus, quos exposuimus, sumendum*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*dum tibi esse argumentum. Ac de generibus quidem cõtentiosarum argumentationum, & partibus singulorum generum, & modis omnibus hactenus. Quoniam autẽ in collocatione eorum, quæ interrogantur, non parum est momẽti ut possis (quemadmodum de dialecticis disputationibus paulò ante diximus) cælare conclusionẽ, propterea absoluta illa disputatione primum omnium de ijs, quæ ad dispositionem pertinent, agẽdum est. Ac primum ad reprehensionem plurimum ualet longitudo orationis; quandoquidem multa simul prouidere difficile est. Loci autem unde amplificandarum argumentationum rationes depromes, ex superioribus sunt repetendi. Alter locus est, ut celeritatem in interrogando adhibeas. Nam qui aliquanto tardiores te festinãtem sequi non possunt, minus prouidere possint quid dicant. Tum illud iuuat plurimum, ut aduersariũ ad iram & altercationem prouoces. Qui enim sunt in perturbatione, minus sunt cauti ad omnia. Rationes autem quibus ad iracũdiam impelles, hæ sunt: si palam profitearis te iniquum alteri aduersarium, & si impudentiam maximam præ te feras. Alius locus est, perturbatè interrogationes collocare, siue ad rem multas rationes adhibeas, siue in utranq; partẽ argumenta adferas. Fit enim hac ratione, ut uno tẽpore des aduersario aut multa, aut etiam contraria cogitanda. Atq; ut rem in pauca conferam, omnes loci, quos ad cælandam conclusionem supra posuimus, sunt etiam ad disputationem contẽtiosam accõmodati. Pertinet enim eò occultatio, ut lateas: latere autẽ uis, ut fallas. Quod autẽ attinet ad eos qui nil admittere solent, quod ad rẽ facere existiment, illa nobis aduersus eos cautione utendum est, ut aut per disparatum*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*interrogemus, quasi contrariam partem uelimus efficere, aut uerò ex æquo utranque partem interrogando complectamur. Quando enim non uident huiusmodi homines quid potissimum tibi concedi uelis, minus difficiles ac proterui sunt. Iam uero postquam alius tibi singulatim totius alicuius generis partes interroganti, in singulis ita esse concessit, ut uniuersum genus ad extremum inductione colligas, non est ipsum totum genus interrogandũ, sed eo ut concesso utẽdum est. Ita enim ferè euenit, ut cum respondens se admisisse uniuersum genus putet, tum ita etiam auditoribus uideatur; quia adhuc meminerunt inductionis paulo ante factæ, nec illas interrogationes frustra fuisse existimant. Et si quãdo generi uniuerso nomen non est impositum, ipsa utendum est similitudine, prout cõmodum uidebitur: nam sæpe similitudo obscurior est. Ad sumendam autem propositionem plurimum prodest, simul aduersa, ut illa quasi inter se conferantur, interrogare. Verbi gratia, si uelis tibi concedi omnibus in rebus parentibus esse obtemperandum, hunc in modum interrogabis, Quid? putásne parentibus esse parendum in omnibus, an potius in omnibus repugnandum? Aut uero si sæpius, parendum esse, sumere ab aduersario uelis, sic interrogandum: utrum multa sint parentibus concedenda an pauca? Hic enim multò potius (si modo parentibus obsequi necesse est) multa esse concedenda uidebitur, quàm pauca: præsertim cum rerũ aduersarũ cõpositio & collatio efficiat, ut res maiores & magnæ hominibus uideantur, itémq; deteriores & meliores. Est porrò insignis & frequẽs, ut quis reprehẽsus uideatur, sophistarũ hæc impostura, postquã nõnullas interrogationes ppposueris, licet ex ijs nil possis necessariò conficere,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*conficere,ita extremum argumentationis ſubijcere,ut illud non interroges,ſed in modum complexionis ita proferas,ſicut fieri ſolet in ueris ratiocinationibus, non igitur hoc & hoc.Eſt etiam hoc uerè ſophiſticum,quando paradoxon aliquid accipis,urgere reſpondẽtem,ut quid ſibi uideatur proferat,cum ſit illud,quod à principio poſitum eſt in quæſtione,probabile: & hac forma interrogare, Vtrum tibi uidetur?Neceſſe enim eſt,ſi talis ſit interrogatio,ut ad conficiendam rem ualeat,inde naſci aut reprehenſionem aut admirabile aliquid & contra hominum opinionem. Nam ſi admittat, reprehenſio ſequitur:ſi nèget, & ſibi non ita uideri dicat, incredibile aliquid dicere uidebitur: at ſi non planè concedat,uideri tamen ſibi fateatur, ſi non uerè conuictus, aliquo certè modo reprehenſus uidebitur.Alius locus eſt, ut quod in diſceptatione oratoria magno ſtudio faciunt oratores, idem nos in reprehenſionibus noſtris facere contendamus: ut ſcilicet diligenter exquiramus, dicát ne is, quícum diſputamus, aliquid repugnans aut ijs quæ à ſe dicta ſunt, aut eorum ſententiæ quorum orationem & actiones maximè probet & ſequatur: adde etiam an aduerſetur opinioni eorum, qui reuerà tales, hoc eſt ſapientes ſunt,aut uero qui non ſint huiuſmodi,ſimiles tamen talibus ſunt hominibus:poſtremò an contra dicat, quàm ſentit hominum pars maxima, aut etiam quàm omnes homines.Iam autem ſicut reſpondentes ſolent ſæpenumerò cum urgentur,& uidẽt ſe elabi uix poſſe quin coarguantur,fingere neſcio quam multiplicitatem, cuius diſtinctione euadant:ita etiã nobis interrogantibus eodem illo præſidio interdum utendũ erit,maximè aduerſus eos,qui fortiter no-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*bis reſiſtunt: ita ut ſi quid uno modo uerum ſit, altero nõ uerum, illo nos modo accepiſſe, non hoc dicamus. Qualiter fecit Cleophon in Mandrobulo. Oportet etiam tradu&ta diſputatione ad alia, quæ reliqua erant argumenta præcidere. Quo in loco hæ erunt partes reſpondentis, ut ſi hoc præſentiat uelle aduerſarium, iam ante illi occurrat, & prædicat, ne rem propoſitam deſerat. Interdũ etiam ad aliud ſunt argumenta dirigenda, quàm quod à principio poſitum eſt in quæſtione: ſed illud ita accipiendũ eſt, ſi modò nil habeas quod contra rem propoſitam obijcere poſsis. Quo præſidio uſus eſt Lycophrõ cum iuſſus eſſet laudare lyrã. Quod uerò attinet ad eos qui probari ſibi aliquam propoſitionem, quã acceperis, poſtulant: quoniam æquum uidetur, ut ſubiecta probatione illius reddas rationem, acceptis quibuſdam rebus ſingulis, tutius eſt, etiamſi de toto genere cõcludi poſſit, in ipſis ſingularibus aduerſarium ita reprehendere, ut quod affirmauerit negare, aut quod negauerit, dicere oſtẽdamus, quàm ſi uniuerſum genus concluderemus, quale eſt illud, Rerum aduerſarum eadem eſt diſciplina aut non eadem. Neque uerò propoſitionis in modum interroganda eſt complexio: & quædam ſunt, quæ ne interrogari quidem debent, ſed ut perſpicua & ab omnibus recepta ſumi. Ac de locis quidem unde eruuntur argumenta in contentioſis diſputationibus, & de ratione interrogandi hactenus. Sequitur nũc ut de reſponſione agamus, & ut quomodo diſſoluendæ ſint captiones, & ad quam potiſsimum rem cõferendæ ſolutiones, & quem ad uſum ualeat huiuſmodi captionũ ſophiſticarum tractatio, doceamus. Ac primũ quidẽ utilis eſt duabus de cauſis ad philoſophiã. Vna eſt, quia cum*

*maxima*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*maxima pars iſtarũ captionum ex uerbis ducatur, hoc nobis præſtat earum cõſideratio, ut uerborum ambiguitatem facilius animaduertamus: & ut quæ ſint ea, in quibus rerũ ſimilitudo cum nominum ſimilitudine conueniat, quæq; illa in quibus uerborum ſimilitudinem res nõ imitantur, intelligamus.* Altera eſt, *quia ad res per nos ipſos animo tractandas ueriúſq; exquirendas plurimum ualet.* Nã *qui facilè ab altero captioſa ratione decipitur, neque id percipit, idẽ ſi per ſe aliquid conſideret, frequenter ſe ipſe fallaci concluſione impediet.* Eſt *autem & tertia præter illas duas utilitas, ad gloriam cõſequendam: nempe quòd hinc fiat, ut uideare omnibus in rebus exercitatus, & nullius eſſe imperitus.* Qui *enim cum altero ſermonem confert, eiúſq; quicum diſputat, rationes aſpernatur ac uituperat, cum uitium ipſe indicare non poſſit, ſuſpicionem is præbet, difficilẽ ſe & iniquum alteri præſtare non propter ueritatẽ, ſed propter imperitiam.* Quomodo *autem reſpondens huiuſmodi captionibus occurrere debeat, minimo negotio perſpici poteſt, ſiquidẽ omnes locos, unde fallaces cõcluſiones eruũtur, ſuprà rectè expoſuimus, etſi omnia cõmenta, omnes fraudes, quas in interrogãdo ſolẽt adhibere ſophiſtæ, ſatis explicatè docuimus.* Neq; *uerò idem eſt ſumpta aliqua captione, illius uim perſpicere, & uitiũ ubi ſit indicare, quod celeriter poſſe ei occurrere, qui te interrogat.* Sæpe *enĩ accidit, ut quod ſcimus, mutatis & traiectis uerbis ignoremus.* Porrò *quemadmodũ alijs in rebus omnibus, celeritas & tarditas tota pendet ab exercitatione, ita planè in diſputationibus uſuuenit.* Vnde *efficitur, ut, tametſi res nobis cognita ſit, ſæpe tamen quia deſit meditatio exercitatioq; diſſerẽdi, expedire nos ĩ tẽpore,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*& ut decet, non posſimus. Sanè idem hîc propemodum euenit, quod in mathematicorũ deſcriptionibus. Sicut enim plerunque in conficiendis demõſtrationibus accidit, ut poſtquã diſſoluta res eſt, & ad ſua principia reuocata, componere eam rurſus non poſſimus: ita in reprehenſionibus uſuuenit, ut ſciamus quidem unde ducatur captio, eam tamẽ in partes digerere non ualeamus. Ac primùm quidem ſicut probabiles nonnunquam rationes ad rem probandam potius quàm ueræ adhibendæ ſunt, ita in reſpõdendo, interdum ad opinionem potius quàm ad ueritatem conferẽdæ nobis ſunt argumentorum diſſolutiones. Contentioſis enim cum hominibus, planè nobis pugnandum eſt, quaſi cum ijs, qui uideãtur modò coarguere, ac non uerè coarguant. Nam cum iſtorum hominum rationibus nullam tribuamus concludendi neceſsitatem, non debet profecto aliò pertinere noſtra ſolutio, quàm ut ne conuinci coarguíq; uideamur. Etenim ſi reprehenſio eſt cõtradictio citra ullam multiplicitatem, quæ neceſſariò ex quibuſdam ſumptionibus efficitur: nulla certè neceſsitas eſt, cur te oporteat captionem ex multiplici nomine, aut oratione ambigua ductam, diſtinguere: quandoquidem nil poſsit neceſſariò concludere. Sed hac tantùm ratione utimur diſtinctione, quia ſpeciem quandam concluſionum, quæ ad conuincendum alterum ualeant, huiuſmodi captiones præ ſe ferant. Nobis igitur cauendum non eſt ne coarguamur, ſed ne uideamur reprehendi: quandoquidem interrogationes multiplices, & ambiguæ, & huius generis aliæ captiones, ueram reprehenſionem obſcurant, & ſit ne tandem conuictus aliquis, an non conuictus, incertum reddunt. Quia enim hîc licet ad extremũ facta concluſione dicere*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*cere aduersario, non eum conclusisse negationem eius quod affirmaueras, sed in multiplici aliquo nomine, aut ambigua oratione uersari argumẽtũ illius, etiãsi quàm maxime fieri potuit, ad id ipsum, quod dixeras, pertinuerit argumentatio: quia inquam id semper huiusmodi captionibus opponi potest, profectò necesse est, ut hac de causa semper incertum sit, reprehensus sit nécne is, quí cum disputatur. Nã uerũ dicat, nécne, qui illud dicit, intelligi planè nõ potest. Quòd si adhibita antè multiplicis uerbi, aut ambiguæ orationis distinctione, tum interrogaret, ad extremum non dubium esset, quin tu esses reprehensus: atque etiam illud fieret, quod his quidem temporibus postulari minus solet, superioribus autem exigi sedulò solebat, nempe ut respõdens ad interrogatum, aut etiam, aut non, & nil amplius responderet. At his temporibus propter uitiosam, qua omnes ferè utuntur, interrogandi rationem, necesse est, ut qui respõdent, aliquid amplius addant, quo uitium interrogationis corrigant. Nã si ipsi satis multiplicitatem interrogando distinguerent, necesse esset, ut aut etiam, aut non, responderetur. Porrò autẽ si quis ueram esse reprehensionem existimet, qua sub multiplici nomine aliquid concluditur, is nullam respondenti rationem relinquet, qua reprehensionem effugiat: cum præsertim in ijs etiam, quæ sub oculos subiecta sunt, necesse aliquando sit, quantum quidem ad nomen attinet, quod affirmaueris negare, & quod negaueris affirmare. Nã quod ijs captionibus dissoluendis & quasi emendãdis, adferre solent aliqui, nil planè adiuuat. Aiunt enim non esse Coriscũ musicum & non musicum, sed hunc quidem Coriscum esse musicum, illum uerò Coriscum, esse non-musicum. Quasi*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*uerò non eadem ſit oratio, ſiue hoc modo dicas, non adiecto articulo, Coriſcum eſſe muſicum, ſiue illo, hunc Coriſcum eſſe muſicum: quod illi tamen affirmare ſimul & negare coguntur. At non idem fortaſſe ſemper pars utraque ſignificat, quando ne nomen quidẽ ex quo conſtant, Coriſcus ſcilicet, idem ſemper ſignificet. Quare ad hanc captionem eludendam, nil omnino illud habet momenti. Quod ſi quis uim captionis in eo ponat, quòd primum omnino Coriſcum aduerſarius diceret, deinde adiecto articulo, hũc Coriſcum dixerit, is abſurdè faciet. Nam quid cauſæ eſt, cur id uni potius quàm alteri conueniat? præſertim cum utriuis addiderit articulum, nõ minus procedat captio. At uerò quoniam qui non diſtinxit ambiguitatem, efficit, ut ad extremum auditoribus dubium ſit, an ſit conuictus, an non: cum præſertim conceſſum ſit, in medio curſu argumentationis, multiplex diſtinguere, ſi quod ſubſit, hinc profectò planum eſt culpa eum non carere, qui multiplicem interrogationẽ ſimpliciter & citra ullam diſtinctionẽ admittit. Hinc enim efficitur, ſi minus ipſe reprehenſus ſit, at certè ut illius oratio pro conuicta & refutata habeatur. Fit autem plerunque, ut qui ambiguitatem perſpiciunt, eã tamẽ diſtinguere propterea minus curent, quòd frequenter huius generis interrogationes, ab aduerſario proponantur: ne ſcilicet uideantur ſe ad omnia moleſtos & iniquos aduerſario præbere: aut certè quia non exiſtimãt ex eo poſſe captionem uim ullam accipere: Sæpe autem ad extremum neſcio quid præter illorum opinionem occurrit. Itaque quoniã ita licet, nũquam tardi aut negligentes eſſe debemus in diſtinguendo: quemadmodum paulò ante diximus. Quod ſi quæ multæ*

*ſunt*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſunt interrogationes, non quaſi una acciperẽtur, nunquam fallax & captioſa ratiocinatio ex homonymia aut amphibolia naſceretur, ſed aut uera ſemper, aut nulla omnino fieret reprehenſio. Quid enim intereſt, ſub duobus nominibus diuerſis hoc modo interroges, ſunt ne Callias, & Themiſtocles muſici, an ſub uno nomine rebus diuerſis cõmuni? Nam ſi plura uerbum ſignificet, qui illud interrogabit, plura interroget, non unum, neceſſe eſt. Si igitur haud rectè is facit, qui ad duas interrogationes unã poſcit ſimplicémq; reſponſionẽ, dubiũ profectò eſſe nõ poteſt, quin ad ambiguã interrogationẽ nunquã oporteat ſimplicẽ dare reſpõſionẽ: ne ſi uera quidẽ ſit in omnibus ſignificatis interrogatio, quẽadmodum aliqui exiſtimãt. Illud enim idẽ ualet ac ſi interrogaretur, utrũ domi ſint, an non ſint Callias, & Coriſcus: qui ſiue ambo ſint domi, ſiue nõ ſint, non minus fiunt utroque modo plures propoſitiones. Neq; enim par eſt unã propterea fieri interrogationẽ, quòd utrunq; uerum ſit: quandoquidẽ uſuuenire poſſit, ut uel ſexcentas huius generis interrogationes cõiungas, ad quas omnes uerũ ſit dicere etiã aut non: uerumtamen non eſt ad illas omnes una dãda reſponſio, quippe cũ id aliud nihil ſit, quàm diſputationis leges tollere, & omnẽ diſſerendi rationẽ euertere. Atqui iſtæ multæ interrogationes, perinde ſunt, ac ſi multis rebus diuerſis unum nomẽ eſſet impoſitũ. Vt igitur ad duas interrogationes non eſt danda una reſponſio, ita ad interrogatum ambiguum nunquã eſt ſimpliciter dicendum, aut etiam aut non. Nam qui ſecus fecerit, is dixerit quidem aliquid, at certè non reſponderit. In diſputationibus tamẽ quodammodo id probari ſolet, quia quid inde ſequatur incertum ſit. Quemadmodũ i-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

gitur (quod etiam nos paulo ante diximus) reprehensiones quædã uidentur, quæ nõ sunt, ita solutiones nonnullæ erunt, quæ in speciem modò non etiam ueræ solutiones erunt: quas scilicet diximus interdũ potius adhibẽdas esse, quàm ueras, in disputatione contentiosa, & cum occurrere uolumus interrogatis multiplicibus. Porrò autem in respondendo adhibenda nobis est hæc cautio, ut ad ea, quæ uera nobis esse uidebuntur, dicamus, Esto. Sic enim fiet ut minimè nos conuincere alius uideatur. Quòd si cogere nos uelit admirabile aliquid dicere, tum maximè uti debemus uerbo, uideri. Hac enim ratione fiet ut nec reprehensio, nec admirabilis cõclusio cõfecta esse uideatur. Iam uerò cum perspicuum illud sit, quomodo fiat petitio principij, tum omnes ita existimãt, respondenti negãdum esse quicquid proximè ad id accedit, de quo quæritur, nec ullam ex eo genere interrogationem esse admittendam, quasi illo modo id ipsum de quo instituta est disputatio, petatur. Cum uerò tale aliquid sibi cõcedi postulat alius, quod incredibile quidem, aut falsum sit, ex re tamen proposita consequatur: tum idem illud esse cum eo, de quo agitur, dicendum est. Nam quæ necessariò ex re proposita consequuntur, pro ipso proposito sunt habẽda. Præterea quando genus uniuersum sub nomine proprio non est sumptũ ab aduersario, sed sub similitudine, dicendũ est, non rectè eum accipere, quando non ita sumit, quemadmodũ conceßũ est, nec quo modo interrogando sumebatur. Hinc enim plerunque nascitur reprehensio. Quòd si inde excluſus, illis cautionibus uti nõ possis, proximũ est, ut recurras ad id, ut nõ rectè rem demõstrasse aduersariũ contendas. In quo utẽdũ est tibi definitione reprehẽsionis, quam posuimus, ut eam argu-

*argumentis aduerſarij opponas. Ac ſi propriis quidem nominibus & aperte interrogauerit, neceſſe eſt, ut aut ſimpliciter reſpondeas, aut adhibita diſtinctione. Quæ uerò ſuppreſsis quibuſdam uerbis breuiter admittimus, qualia ſunt quæ non apertè, ſed truncatim & imperfecta locutione interrogantur, ea maximè dant reprehenſioni occaſionem: Exempli gratia. Nõne quod eſt Athenienſium, id eſt eorum poſſeſsio? certè: nec diſsimilis eſt in alijs ratio? At enim nonne τῶν ζώων homo eſſe dicitur? certè: Eſt igitur homo animaliũ poſſeſsio. Sanè hominem dicimus eſſe τῶν ζώων, quia ſit animal, & Lyſandrum τῶν λακώνων, quia Lacedæmonius ſit. Planum igitur eſt non oportere, ubi obſcurum eſt & inuolutum quod ab aduerſario proponitur, ſimpliciter rem cõcedere. Quando uerò ſic ſunt affecta duo inter ſe, ut uno poſito alterum eſſe neceſſe ſit, nec contrà, ſi hoc ſit, illud eſſe oportet, uidẽdum eſt ei, qui reſpondet, ut cum rogabitur, utrũ eorum eſſe putet, illud potius ponat quod minus latè patet. Nam ex multis ſingulis difficilius eſt aliquid tandem neceſſariò cõcludere. Quod ſi ad aliquid probãdũ ex eo ducat argumentum, quòd huic nil ſit contrarium, illi aliquid aduerſetur, & ſi hoc uerum dicat, nos tamen contra aliquid illi eſſe contrarium dicere debemus, ſed nullum eſſe illi nomen impoſitum. Sunt autem ex ijs, quæ uulgò ferũtur quædam, quæ ſi non concedas, falſum dicere uidebere: alia uerò, quæ ut nõ admittas, falli tamen te nemo putabit; cuius generis ſunt dubiæ & in utranque partem probabiles ſententiæ: Nam ſit mortalis an immortalis animantiũ anima, non eſt apud uulgus conſtitutum. In quibus igitur manifeſtum non eſt, utrum potius aſſerẽdum ſit eorum, quæ alius inter-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*rogat, cuiuſmodi ſunt, quæ ſententiæ appellantur (nam & ueræ de ſingulis rebus opiniones, & uniuerſæ negationes, ut diameter non eſt comparabilis cum latere, ſententiarum nomine appellari ſolent) & præterea in quibus uera ex æquo pars utraque eſſe uidetur: in illis inquam utriuſque generis interrogationibus, ſi reſpondendo ad uſum noſtrum uerba interrogationum commutauerimus in alia, commentũ noſtrum minimè apparebit: Nam quia incertum eſt, utrũ uerũ ſit, ſophiſticè nil agere uidebimur, & quia utranq; in partẽ ex æquo probabile eſt, falli nos nemo exiſtimabit: at interim illa noſtra uerborum commutatio efficiet, ut reprehendere nos nullo modo poſſit aduerſarius. Iam uerò ut ſingulas tu interrogationes præſenſeris, ita illæ tibi ſunt anteuertendæ, & multo ante oratione refutandæ. Iſta enim ratione aduerſarium tuum maximè impedies, ne ad extremum quod uult efficiat. Quoniam autem illa eſt uera ſolutio, falſitatẽ ſyllogiſmi indicare, docendo ex qua potiſſimum interrogatione pendeat falſa concluſio: fallaces autẽ ſyllogiſmi duobus modis dicuntur, uno ſi falſum aliquid concluſum eſt: altero, ſi neceſſaria conſecutio eſſe uideatur, reuera autẽ ſyllogiſmus non ſit: Hinc ſanè perſpicuum eſt præter illam, quam modo dixi ſolutionem, eſſe etiam alteram, quæ propriè accommodata eſt ad eos, qui ſpeciem ſyllogiſmorum præ ſe ferunt, cum reuera nil neceſſariò concludant: quæ ſolutio eſt interrogationum correctio, ad docendum cur ex ijs non ſequatur, ſed modò uideatur ſequi. Vnde illud efficitur, captiones, quarum non eſt uitioſus concludendi modus, ſoluẽdas eſſe negando: in quibus uitioſa eſt concluſio, in ijs diſtinctionem eſſe adhibendam. Rurſus inter eas rationes, quarũ*

*eſt*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*eſt neceſſaria concluſio,aliæ ſunt,quæ uerã,aliæ quæ falſam habent complexionem.*Atq; *illæ quidẽ,quibus falſa eſt concluſio,dupliciter diſſolui poſſunt, refutando ſcilicet, ac negando unam aut alteram ſumptionum,& indicãdo talem, hoc eſt falſam eſſe concluſionẽ.Quæ uerò propoſitiones modò falſas habent,non etiam concluſionem, hac tantùm ratione diſſoluentur,ſi quam ſumptionum falſam eſſe conſpicies,eam reſpuas,quippe cum uera ſit concluſio.* Itaque *argumenta qui uolet rectè diſſoluere,hoc primũ ſpectabit,habeántne uim concludẽdi neceſſariam,an minus neceſſariã: tum deinde utrũ uera,an falſa ſit complexio: ídq; eò faciet, ut ea diſſoluat uel diſtinguendo, uel negando:& negando quidẽ aut hoc,aut illo quo paulo ante diximus modo.* Multum *autem intereſt,utrum diſſoluatur argumentum, cum tibi ab alio obijcitur,an cum per ſe nulloq; interrogante uis illius exquiritur.*Nam *ſtatim & in promptu occurrere captioni difficile eſt:per otium autem,& cum datur tibi cogitandi ſpatium,facile.* Reprehenſionum, *quæ aut ex uerbi multiplicitate,aut ex orationis ambiguitate ducuntur, duo ſunt genera.*Vnum *earum,quæ in altera ſumptionum eam habent ambiguitatem,unde oritur captio.*Alterum *earum, quibus in cõcluſione ineſt multiplicitas.*Exempli *cauſa,captio,qua* σιωντα *proloqui,concluditur,ambiguã habet concluſionem:illa autem,qua efficitur,eũ qui ſciat, neſcire tamen,quæ eſt huiuſmodi,* Quod *quiſq; ſcit dicere aut facere, id ipſum ille ſcit,atque intelligit:atqui iſte ſcit dicere,hoc eſt recitare carmina iambica:iſte igitur intelligit ſcítq; iambica:illa inquam captio habet in altera ſumptionũ ambiguitatem.* Ac *duplex quidem uerbũ in ijs captionibus interdũ*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

ineſt reuerà ac per ſe, interdum uerò non eſt reuerà duplex, ſed ipſa modò oratio eſt, quæ dupliciter accipi poteſt, & partim uera, partim falſa eſt. In quibus igitur eſt in concluſione multiplicitas, in ijs nulla omnino eſt reprehenſio, niſi iam antè qui interrogat, ab aduerſario acceperit contradicentem eius, quam concludit. Veluti in ea captione, qua cæcum uidere concluditur, quid quæſo niſi contrarium huius dixerit reſpondens, concludi poſſit, quod ad reprehenſionem ualeat? Quæ uerò ambiguas habẽt interrogationes, in ijs nõ neceſſe eſt ipſius multiplicis diſparatum antè acceptum eſſe; quandoquidem non ad multiplex efficiendũ pertineat argumentatio, ſed ex ipſo multiplici ducitur. Eſt igitur iãinde à principio multiplici aut nomini, aut orationi ita occurrẽdum, ut partim id uerũ eſſe quod interrogatur, partim falſum reſpondeamus: Veluti σιτῶντα proloqui, uno quidẽ modo ſumptum, uerum eſt, altero nõ uerum. Itémq; id faciendum eſſe, quod facere oportet, una ſignificatione uerũ eſt, altera falſum. Oportere enim multiplex eſt. Quod ſi id nos à principio latuerit, hæc nobis ratio erit reliqua, ut ad extremum argumẽtationis, concluſioni ab aduerſario factæ præter ſimplicem reſpõſionem aliquid addamus, quo uitium captionis indicemus. Verbi gratia, concludit aduerſarius: Accidit igitur σιτῶντα proloqui, tu cõtrà dicito, accidit uerò, τὰ σιτῶντα proloqui, ſed τὸν δὲ σιτῶντα non accidit. Quod idem erit in ijs faciendum, quæ multiplicitatem habent in ſumptionibus. Exempli cauſa, cum ad extremum concludetur, non igitur intelligimus quod ſcimus: certè, reſpondebis: uerũtamen non concluſiſti, quæ nos hoc modo ſcimus, eo nos non intelligere. Neq; enim idem ualet dicere, nõ intelligere omnino ſcientẽ, quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*quod intelligere eum qui hoc modo ſcit. Vtq; ego unã quandam generalem rationem eludendi iſtas captiones ſubijciã, illud ſemper nos contendere debemus, etiamſi reuera concluſerit aduerſarius, quod oportuit, illum tamen non eam rem, quam aſſerimus, ſed uerba modò refutaſſe.* Ex *ijs uerò, quæ modò expoſuimus, iam propemodum perſpicuum eſt, quæ ſit ratio ſoluendarum captionum, quæ ex coniunctione & diſtinctione ducuntur. Cum enim aliud coniuncta, aliud diſtincta ratio ſignificet, ad extremum quando unum concludet aduerſarius, contrarium tibi erit ſubijciendum. Sunt autem omnes iſtæ captiones ex compoſitione & diſtinctione. Nunquid quo tu illum percuſſum uidiſti, eo ille percuſſus eſt? Et nunquid quo is percuſſus eſt, id ipſum tu uidiſti? Atq; iſtæ quidem captiones habent neſcio quid ambiguitatis, ſed tamen ad locum ex coniunctione referẽdæ ſunt. Neq; enim duplex appellari poteſt, quod modò coniunctam, modò diuiſam habet ſententiam: quandoquidem oratio non maneat eadem, cum diſtincta accipitur, quæ antè erat coniuncta. Niſi fortè dicamus ὄρος & ὅρος, cum ſic accentibus diſtincta proferũtur, adhuc retinere multiplicitatem: quæ tamen, quod attinet ad ſcripturam, ſunt unum idémque uocabulum, cum & elementis eiſdem, & eodẽ modo ſcribantur: cæterum notæ accentuum illic appoſitæ efficiũt, ne cum pronunciãtur, eadem ſint. Quocirca multiplex oratio non erit, quæ modò coniunctim, modò diuiſim accipi poteſt. Vnde etiam planum eſt, non uerum eſſe, quod aliqui uoluerũt, omnes reprehenſiones pertinere poſſe ad locũ ex multiplici. Eſt igitur ad ſoluendas iſtas captiones reſpondenti adhibenda diſtinctio, non idem ſcilicet ualere ſi dicas uidiſſe te*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

oculis,percussum: ac si diceres uidisse te, oculis percussum. Quod idem in captione Euthydemi faciendum:quæ est huiusmodi,Nunquid triremes,quæ in Piræo sunt,nũc scis,cum in Sicilia sis?Itémq; in hac,putásne malum sutorem bonum esse?atqui fieri potest,ut quis malus sit, & bonus sutor sit: quidam igitur sutor bonus erit.Item in hac.Nonne quorum bonæ sunt scientiæ,ea sunt bona μαθήματα?malorum autẽ bonæ sunt scientiæ:mala igitur sunt bona μαθήματα:atqui mala & μαθήματα sunt,& sunt mala:quare necesse est,ut sint mala μαθήματα.Et putásne uerum esse dicere modò te natum esse?tu igitur modò natus es.An aliud coniuncta,aliud distincta significat hæc oratio? Certe:Verum enim est nunc,te natum esse:sed falsum est te nunc natum esse.Quæ tu facere potes,& uti potes,ea nõne tu & eo modo reddere effecta possis?tu uerò non pulsans citharam, pulsare illam potes:tu igitur hoc efficere poteris, ut nõ pulsans citharam pulses tamen.At enim quod pose se alius dicit,non sic accipiendũ est,quasi non pulsans possit pulsare,sed quasi possit, cum desinet unum facere, alterum statim effectũ reddere. Porrò autem aliter hanc captionem dissoluere aliqui conãtur,dicentes,quãquam id concessum sit,pose me quomodo possum aliquid,eo modo illud effectum reddere, non tamen rectè concludi,posse me non pulsando citharã pulsare:quia non sit concessũ,omni modo quo possũ,sed incertè quomodo possum,ita me facturum:nunc autem certum est,idem non ualere,quomodo possum,ita faciã,& quocunq; modo possũ, illo omni modo faciam.Verùm quàm illi malè soluant,hinc potest facilè intelligi,quòd cum necesse sit omnes captiones ex eodem loco ductas uno eodémq; modo dissolui,ista dissolutio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*lutio nõ poſsit ad omnes huius generis accommodari: quin etiam illo modo occurri nõ poſsit omnibus, qui eandem iſtã captionem alio quouis modo proponerent: ſed ad eum modò, qui ita proponit hanc captionem, non etiam ad ipſam argumentationem, eſt accommodata hæc ſolutio. Ab accentu captiones nullæ ſunt, nec in ſcripto, nec in uoce, aut certè admodum paucæ ſunt: qualis eſt iſta.* Nonne ὃ *habitas, domus eſt? certe. at nonne illud,* ὃ *habitas, eſt negatio huius uerbi, habitas? dixiſti autem,* ὃ *habitas domum eſſe: domus igitur negatio quædam eſt. Quæ captio quomodo ſit diſſoluenda non eſt difficile uidere.* Non enim idem *ſignificat illud* ὃ *tono acuto prolatum* ὅ, *& circumflexo* ὗ. *Noſſe etiam rationem occurrendi captionibus, quæ ducũtur ex eo, quòd uerborum ſpecie falſi pro ijſdem accipimus, quæ non ſunt eadẽ, non eſt difficile, quando genera categoriarum quot & quæ ſint intelligimus. Nã quod iſte interrogatus negauit in uerbo, quid eſt ſubſtantiámq; ſignificante, id alius ut affirmet, traducit ad id, quod in genere quantorũ continetur, aut eorum, quæ ad aliquid dicuntur, quæ tamen ſi formã uerborũ ſpectes, ſpeciem quandam præ ſe ferunt eorũ, quæ quid, hoc eſt ſubſtantiam ſignificant. Veluti in hac captione: Putáſne fieri poſſe, ut tu eandẽ rem ſimul facias, & feceris? At uidere tu idem potes & uidiſſe; idq; eadẽ ratione. Et illa. Putáſne fieri poſſe, ut aliquid ſit actio & paſsio? Quid uero, nunquid ſecari, cremari, operari genere dicendi conueniunt, & pati omnia ſignificant? Illa uerò, dicere, currere, uidere, nunquid eodem modo dicuntur? Atqui uidere eſt operari: quare pati ſignificat: quod tu tamen idem actionem ſignificare dixiſti. Quòd ſi quis fieri non poſſe dixerit, ut idem ſimul facias &*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*feceris, idq; posteà admittat, posse euenire, ut idẽ uideas & uideris, nondum erit hac ratione reprehensus, modo non dixerit, uidere, actionem significare, sed potius pati. Nã ut reprehensio fieret, id quoq; fuit præter illa interrogandum. Illud tamẽ uidetur auditoribus iam esse concessum, quia admissum est, secare, esse agere, & secuisse, egisse, & huius generis alia, quæ genere dicendi illis sunt similia. Nam quod deest argumento, ipse per se auditor supplet: quasi dicẽdi genere hoc non differat ab illis. Reuerà autem hæc eodem genere dicendi non continentur, sed propter uerbi similitudinẽ ita secus quàm est uidetur. Atq; ita in ijs captionibus idem usuuenit, quod in ijs, quæ ducũtur ex homonymia: in quibus si quis uerborum uim ignorat, putat respondentem nõ modò in nomine, sed etiam in re eadẽ, quod affirmauerat, negare: cum tamen ei qui contra disputat necesse sit, ut aduersariũ coarguat, interrogare prætereà, an eadem semper significatione accipiat, quod dicit: quo certe concesso uera sequitur reprehensio. Sunt autem & quæ sequuntur captiones superioribus similes ex eodémq; loco ductæ. Si quis quod habuit iam non habet, nonne illud amisit? At enim qui unum modò ex decem calculis amisit, iam non habet decem calculos. An uerum est eũ amisisse, qui non habet, quod habuit, illud autẽ non uerum, si tantum non habet, quantũ prius, aut tot, quot antè habuit, propterea tantum aut tot amisisse? Ergo quod primum in substantia interrogauerat, id transfert in cõclusione ad numerum: decem enim non substãtiam, sed numerum significãt. Quòd si initio ita interrogasset, Si quis modò non habet tot calculos, quot antè habuit, nonne tot omnino amisit, quot habuit? nemo id cõcessisset, sed dixisset, uel ex ijs aliquot*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*aliquot uel illa omnia amiſiſſe. Huius quoq; generis eſt captio, qua concluditur dare aliquem quod non habet: quia cum nõ habeat unum ſolum calculum, unum ſolum det alteri. Atqui hoc non eſt dare quod non habes, ſed quatenus tu unum ſolum non habes. Nam hoc uerbum, ſolum, nõ ſubſtantiam aut qualitatem aut quantitatem ſignificat, ſed in comparatione ad alterum cernitur, ut ſignificet non habere te illud cum alio. Habet igitur illa captio eandem uim ac ſi quiſpiam ita interrogaret, nunquid dare quiſpiam poteſt quod non habet? Idque negante altero, ſubiiceret, Quid uerò nunquid dare cito poteſt, quod cito non habuit? quo ab aduerſario conceſſo, cõcluderet, poteſt igitur dare quiſpiam quod non habet. Nam quid apertius eſt quàm eum qui ita ſit argumentatus, nil neceſſariò confeciſſe? Etenim cito dare non eſt quippiam dare, ſed hoc modo. Illud uerò nemo negauerit fieri poſſe, ut alio modo des quippiam quàm habeas: ueluti quod cum uoluptate habes, id ægre & cum moleſtia dederis. Ad hunc eundem locum iſtæ quoque ſuperioribus per ſimiles captiones pertinent. Potéſt ne aliquis ferire alterum manu quam non habet? aut uidere oculo quem non habet? Neque enim unum tantum oculum habet. Huiuſmodi autem captionibus ita occurrunt quidam, ut eũ dicant unum modo aut oculum, aut aliud quiduis habere, qui plura habet. Alij uerò dicunt id ipſum omnino hunc accipere, quod alius dat, quippe cum unum modo det iſte calculum, aliúſque non pluſquam unum ab altero accipiat. Alij itẽ aiunt fieri poſſe, ut quis id habeat quod non accepit. Veluti ſi quis dulce uinum accipiat, eo inter accipiendum corrupto, acetum quod non accepit habere. At illi quidem certe*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*omnes illo modo captionem non diſſoluunt, ſed (quod etiam paulo ante diximus) homini non argumento occurrunt. Nã ſi eſſet hæc uera ſolutio, qui contrarium eius quod illi uolunt faceret, non poſſet omnino iſtas captiones (quod idem profecto in alijs omnibus uſuuenit) diſſoluere. Vt ſi uera ſolutio eſt in diſtinctione multiplicis, dicendo in una quidem ſignificatione uerum eſſe, in altera non uerum, quicunque ſimpliciter dici conceſſerit, is neceſſariò conuincetur, erítque id neceſſariò confectũ quod uoluit aduerſarius. Sin qui hoc fecerit non conuincatur neceſſaria concluſione, nõ erat profectò uera illa ſolutio. Atqui in ijs de quibus agitur captionibus, conceſſis omnibus contra quàm illi uolunt, nil neceſſariò concluditur. Præter illas autẽ, quas propoſuimus, iſtæ etiam quas modo ſubijciam, ex eodem loco ducuntur. Nónne quod ſcriptum eſt, id ſcripſit aliquis? ſcripta autẽ eſt hæc oratio, quæ te ait ſedere, nunc falſa, quæ tamen erat uera quando ſcribebatur: Ergo ſimul & uera & falſa ſcribebatur. Etenim ueram aut falſam dicere orationem aut opinionem, non hoc, id eſt ſubſtãtiam, ſed tale aliquid, id eſt qualitatem declarat. Dixi autem opinionem, quia eadem eſt ratio illius, atque orationis. Ad hoc etiã genus iſta pertinent: Nónne quod quiſque diſcit, illud uerum eſt eſſe quod diſcit? diſcit autem quiſpiam celerius, quod tardius eſt. Hic enim non aſſumptum eſt, quod diſcit quiſpiam, ſed quo modo diſcit. Item iſta: Quod quiſque perambulat, nónne id pedibus calcat? perambulat autẽ aliquis totum diẽ. Profectò hic non aſſumptum eſt, quod quis perambulat, ſed tempus in quo ambulat. Itémque cum calicem bibiſſe alterum dicimus, hoc ipſum quod bibit, non dicimus, ſed unde bibit. Eſt etiam*

*in*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*in hoc genere iſta,nónne quod ſcit quiſque, id aut ab altero didicit, aut ipſe per ſe inuenit?At duobus ſumptis,quorum unum didiceris, alterum iinueneris, in illa ambo neutrum eorum cadere poteſt. Nam quod ſingulatim ſumptis rebus prius interrogabatur, id paulo poſt coniunctis ſimul multis accipitur. Illa etiam, qua oſtenditur eſſe aliquem tertium hominem, præter ideam,& præter ſingulos homines: Homo enim & omne uniuerſale, non hoc aliquid, ſed tale aliquid,aut comparationem quandam ad aliud,aut affectionem quandam & modum, aut aliud huius generis ſignificat. Eadem autem eſt huius ratio atque illius, qua quæritur,an Coriſcus,& Coriſcus muſicus,idem ſint,an uerò diuerſi.Nam ille hoc aliquid,hic quale aliquid ſignificat:Itaq; non eſt eadem unius atque alterius expoſitio. Neque uerò ab expoſitione uim habet iſta captio, qua eſſe aliquem tertium hominem concluditur: ſed ex eo quòd conceditur, eſſe id ipſum quod illud,idem ualere, quod eſſe hoc aliquid.Neque enim eſſe id ipſum quod Callias, aut id ipſum quod homo,idem ſemper ſignificabit, quod eſſe hoc aliquid. Quòd ſi in exponendo dicas, non ſignificari hoc eſſe idipſum quod illud,ſed potius eſſe tale quippiã,omnino nil intererit:quandoquidem ut hoc dixeris, nihilominus relinquatur uniuerſale quoddam, non illud quidem ſeparatum, ſed in ſingulis rebus cohærens, quale eſt homo. Perſpicuum igitur eſt non eſſe admittendũ, uerba quæ de multis dicuntur,hoc aliquid ſignificare, ſed aut quantum,aut quale,aut relatum quippiam,aut aliud quiduis huius generis.Omnibus autem captionibus,quæ in uerbo ſunt(ut rem ſemel complectar) hoc commune eſt, ut per contrarium eius, unde ducitur captio,*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſemper diſſoluantur: Verbi gratia, ſi ex coniunctione captio exiſtat, diſſoluetur per diuiſionem: ſin ex diſtinctione, per coniunctionem. Rurſum ſi in accentu acuto poſita ſit captio, per grauem diſſoluitur: ſin ex graui orta ſit, per acutum. Si uerò multiplex nomen eam effecerit, ita diſſoluetur, ſi contrarium illius nominis, quod cõcludit alius, ponas: ueluti ſi ita eueniat, ut tu interrogatus, de animato dixeris, ille contrà negationem concludere conetur: tibi ad extremũ dicendum erit de animato te intellexiſſe. Sin dederis eſſe inanimatum aliquid, contrà autem ille animatum aliquid concludat, tibi dicendum erit, in re inanimata te intellexiſſe. Eadémque eſt ratio in amphibolia. Si autem ducta ſit ex uerborum ſimili forma, à contrario petenda eſt ſolutio. Veluti ad illam captionẽ, nónne dare quiſpiam poteſt quod non habet? dicendum eſt, non dare quidem eum quod non habet, ſed alio modo quàm habet: nempe quia non habet unum ſolum calculum. Ad iſtam quoque, nũquid quod ſcit quiſque id didicit, aut per ſe ipſe excogitauit? reſpõdendum eſt, uerum quidem eſſe, quod ſcit, horum altero modo id accepiſſe: ſed non eſſe neceſſe, multis ſimul iunctis, quæ ſcit, ea altero modo aſſecutum fuiſſe. Huic quoque, nõne quod perambulas id pedibus calcas? ſic occurrendum, id quidẽ quod perambulo me calcare, ſed non tempus quo perambulo. & ſic alia. Captiones autem accidentis, omnes una ratione diſſolui poſſunt. Quia enim incertum eſt quando rei attribuẽda ſunt quæ accidẽtibus conueniunt, atque illud quidem in quibuſdam uerum uidetur: idque ita fieri interdum neceſſarium eſſe aiunt, in alijs uerò negant id eſſe neceſſarium: illud profectò nobis ſtatuendum eſt, atque ita debemus aduerſus*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*uersus huius generis omnes captiones esse confirmati, ut omnino illas ullam habere necessitatem negemus. In quo uidendum est, ut paratam nos semper habeamus aperte captiosam ex hoc genere conclusionẽ, cui similem esse dicamus eam, quam adsert aduersarius. Sunt autem ex accidente omnes quæ sequũtur captiones: Scisne quid ego te rogaturus sum? Nostin eum qui huc ad nos uenit, aut eum qui hic absconsus est? Est ne hæc statua opus tuum, aut hic canis tuus pater? nunquid haud multoties pauca, sunt pauca? Perspicuum enim est in ijs omnibus non esse necesse ut eadem quæ accidentibus conueniunt, rebus subiectis attribuantur. Nã in ijs solis quæ natura & substantia non differunt, sed unũ quippiam sunt, id usuuenit, ut quæ uni attribuuntur, eadẽ alteri omnia conueniant. Iam autem non idem est bonũ esse bonum, & esse id quod ego te uolo interrogare: neq; idẽ ualet uenientem aut absconsum, esse uenientem aut abscõsum, atque esse Coriscum. Itaque non rectè efficitur, si Coriscum nouerim, aduenientem autem non nouerim, eundem me nosse & non nosse. Neque ualet cõclusio, Hoc opus quoddam est, idq; meum est, hoc igitur est meum opus: sed cõcludendum est meam esse hãc possessionem, aut rem, aut aliud quippiã huiusmodi. Nec dissimilis est in alijs ratio. Cæterũ istas captiones dissoluere nonnulli conãtur adhibita distinctione ad postremã interrogationem. Aiunt enim fieri posse, ut idem nos cognoscamus & nõ cognoscamus, sed non eadẽ ratione. Eum igitur qui uenit, se fatentur nõ nosse, Coriscum autem se nosse aiunt: & conclusionẽ qua efficitur eundem illos nosse & non nosse, ad extremum concedunt, sed tamen non eadem ratione. Atqui illud primum ut uera sit dissolu-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

tio,neceſſe eſt(quod etiam nos paulò ante diximus)ut ad omnes eiuſdem generis captiones diluendas ſit accommodata,quod in hanc cadere non poteſt:quandoquidem ſi non ex uerbo noſſe,ſed ex uerbo eſſe,aut certo quodam modo affectum eſſe,pronunciatum illud conſtaret,non haberet locum illa ſolutio. Verbi gratia,in illa captione,Hic pater eſt,& eſt tuus:quid quæſo loci habeat illa ſolutio? Vt enim in quibuſdam id uerum ſit,fieri poſſe, ut idem tu ſcias & neſcias, at certè hæc captio nil habet cum illa commune. Porrò autem nil uetat, quominus multis modis ſit uitioſa & fallax eadẽ captio:attamen non omnis uitij explicatio eſt uera captionis illius ſolutio:quippe cũ fieri poſsit,ut falſum eſſe id,quod concluditur,dicas,& tamen unde oriatur falſa illa concluſio,non oſtendas. Qualiter uſuuenire poteſt in argumentatione Zenonis, qua nil poſſe moueri oſtendere conabatur. Quapropter ſiquis reſpõdens cõtrà argumentari conetur,ut id abſurdum eſſe doceat quod alius cõcluſit,abſurdè faciet, tametſi uerè ac neceſſariò id conficiat. Neq; enim hoc eſt argumentũ diſſoluere,præſertim cũ uerã ſolutionẽ appellauerimus, talẽ falſi ſyllogiſmi explicationẽ, ut quare ſit uitioſus,oſtendatur. Itaque ſi quãdo argumentum nil neceſſariò concludit,huius ipſius rei declaratio erit ſolutio,idq; dico ſiue uerum, ſiue falſum aliquid illud argumentũ concludat. His accedit quòd poſsit illa quidẽ fortaſſe ſolutio ad quaſdã captiones ualere,at in ijs certè ad quas modo adhibetur,uix locum habere poſſe uideatur. Nouit enim ille Coriſcum hoc ipſo quòd Coriſcus,& uenientẽ hoc ipſo quòd uenit:at noſſe idẽ & non noſſe,eſt tale aliquid quale uſuueniret,ſi tu quod albus quidem ſit quiſpiam noſſes, eundem autem muſicum

eſſe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*eſſe ignorares : ſic enim tu idem ſcires & ignorares, ſed nõ habita ratione eiuſdem rei.* Hic *uerò utrunque nouit, &* Co*riſcum quòd ſit* Coriſcus, *& uenientem quòd ueniat.* In *eodem errore, in quo ij quos modo diximus, uerſantur, qui cõcedendo omnem numerum eſſe multum & paucum, captionem ſe putant diſſoluiſſe.* Cum *enim nil neceſſariò iſta captio concludat, hoc prætermiſſo, ad id ſe conferunt, ut ueram eſſe concluſionem dicant : omnem enim numerum & multum & paucum eſſe magno ſuo errore fatentur.* Sunt *etiam qui dicentes multiplicitatem ineſſe in ijs uerbis, eſt pater tuus, aut filius, aut ſeruus, captioſas illas cõcluſiones diſſoluunt.* Atqui *ut dicatur ad multiplicitatem pertinere reprehenſio, perſpicuum eſt oportere, ut aut nomen, aut oratio, multa propriè ſignificet : hunc uerò huius eſſe filium propriè dici nemo affirmare audeat, ſi hac oratione ſignificetur, hunc eſſe dominum huius qui alicuius eſt filius: ſed fortè temerè & (ut ſic dicam) per accidẽs factum eſt, ut iſta ad extremum coniuncta ſumerentur, in hunc modũ,* Nónne *hic tuus eſt? etiã.* At *iſte eſt filius: eſt igitur hic filius tuus: quia ſcilicet ita forte accidit, ut idem & tuus eſſet, & filius, non quidẽ tuus, ſed alicuius.* Quod *idem dicendũ de captione qua è genere* τῶν κακῶν *eſſe aliquod bonum concluditur, quia prudentia ſit malorũ ſcientia.* Nam *aliquid eſſe aliquorum non dicitur multipliciter: ſed poſſeſſionem modo hoc ſignificat: aut ſi forte multipliciter dicatur (ut certe uidetur dici, quandoquidem homo* τῶν ζώων *eſſe dicitur, nec tamen hic poſſeſſio ulla ſignificatur) nil tamen ad iſtam captionem pertinet.* Etenim *ſi ita aliquid ad mala affectũ ſit, ut illa affectio in genitiuo caſu exprimatur, dicetur quidẽ*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

illud cum aliqua adiectione, & hac ex parte esse τῶν κακῶν: omnino autem & simpliciter nõ dicetur esse τῶν κακῶν. Vnde efficitur ut potius illa captio sit referẽda ad locum ex eo quod quadam ex parte & simpliciter dicitur, quã ad locũ ex multiplici. Quanquam illud fortasse possit accidere, ut illa oratio, aliquod bonum esse τῶν κακῶν, dupliciter accipiatur, licet in ea de qua agitur captione non sit multiplex: Verbi gratia, si seruus aliquis bonus, sit mali domini. Nisi forte ne hac quidem ratione posit illa multiplex appellari. Neque enim si separatim uerum sit, hoc esse bonum, idq; esse illius, rectè coniunctim efficietur, hoc esse bonum illius. Quin ne illud quidem, hominem esse τῶν ζώων multiplex est, quãdo ne alibi quidẽ, si quid dicamus suppressa aliqua particula, quæ ad plenã sententiam desideretur, rectè diximus multiplicem esse orationem: quippe cum rectè ac sine ulla multiplicitate dari mihi Iliadẽ iussero, si pronunciato dimidio uersu ita dixerim, da mihi μῆνιν ἄειδε θεά. Captiones etiã quæ ducũtur ex eo quod quasi omnino ac simpliciter uerũ sit, tale quippiã esse dicitur, aut ex aliqua parte, aut alicubi, aut quodãmodo, aut facta ad aliquid collatione, non autem simpliciter ac citra ullã adiectionẽ, captiones inquã illæ hac demũ ratione recte dissoluentur, si ad conclusionem diligenter aduertas, num cõtradictio horũ aliquod uitiũ habeat. Aduersa enim omninóq; contraria, & aientia & negantia omnino quidem ac simpliciter in re una dici nõ possunt, at quadam ex parte, aut facta ad aliquid comparatione, aut quodammodo si pars utraque sumatur, in re una dici possunt: aut etiã si pars una citra ullã adiectionem, altera cũ adiectione alicuius partis sumatur. Itaq; si pars una

simpli-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ſimpliciter dicat, pars altera quadam ex parte neget, non poterit eſſe iſta ratione reprehenſio: id quod in cõtradictione quæ ad extremum quaſi reprehenſionis cauſa concluditur, nobis eſt ſpectandum. Ad hoc autem genus captionũ omnes pertinent quæ ſequuntur.* Fieri'ne poteſt *ut ſit aliquid quod non eſt? at uerum eſt dicere rẽ quæ non eſt tale aliquid eſſe. Nec diſſimili modo, non eſſe aliquid quod eſt, oſtẽdetur: quia de re quæ ſit, uerum ſit dicere non eſſe hoc uel illud.* Fieri'ne poteſt *ut ſancte iuret quiſpiam ſimul & peieret?* Fieri ne poteſt *ut idem eidem ſimul credat & non credat? At illæ certè eo ſunt captioſæ, quia plurimũ intereſt inter eſſe omnino, & eſſe hoc uel illud: quo fit, ut male efficiatur, ſi res aliqua quæ nõ ſit, eſt hoc uel illud, omnino illam ac ſimpliciter eſſe.* Itẽq; *licet hãc quidem rem, & illa ex parte, ſanctè iuret quiſpiã, non tamen rectè concluditur omni ex parte ſancte iurare. Nam qui ſe peieraturum iurauit, & peierat, is ſanctè quidem quod ad hoc pertinet, & hac modo ex parte, iurauit, omnino autẽ ac ſimpliciter non rectè.* Is *quoque qui non credit alteri, non ſimul illi omnino credit, ſed quædam credit. Similis etiam ijs eſt illa captio qua ſimul aliquem poſſe mẽtiri & uerum dicere oſtenditur. Verum quia difficile eſt ſtatuere, utrum ei quod eſt ueracem eſſe, tribuendum ſit illud ſimpliciter, an ei quod eſt eſſe mendacem, propterea difficilis uidetur huius captionis explicatio. Atqui nil incommodi eſt, ſi dicamus eundem hominem ſimpliciter quidem mentiri, ex aliqua tamẽ parte uerum dicere: aut ex parte aliqua uerum dicere, qui omnino tamen mentiatur. Nec ſecus profectò iudicãdum eſt de ijs, in quibus quod dicitur, facta modò ad aliquid comparatione uerum ſit, aut ex aliqua parte*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*insit, aut ad certum quoddam tempus. Nam ex hac eadem causa omnes huiusmodi captiones proficiscuntur. Nonne sanitas bona, aut diuitiæ bonæ? At ijs qui parũ prudentes sunt, quiq; ijs uti rectè nõ possunt, non sunt bonæ: sunt igitur hæc bona & non bona. Nunquid bene ualere, aut in sua ciuitate potentem esse, bonum est? Atqui euenire tempus potest, cũ id non sit bonum: idem igitur eidem bonum & non bonum. At hoc certè non est incommodum, quod omnino ac simpliciter bonum est, huic aut illi id non esse bonũ. Nonne id malum est quod non uult sibi uir prudens? bonum autem uir prudens non uult amittere: bonum igitur est malũ. non rectè efficitur. Plurimum enim interest, dicas bonum esse malum, an bonum amittere, esse malum. Huic similis est captio, quæ de fure fieri solet. Neq; enim si fur est malus, propterea oportet, ut eum capere sit malum, nõ igitur qui eum uult capere, malum uult, sed potius bonum, quippe cum bonum sit illum capere. Nam morbus quoq; malum est: sed eo liberari non est malum. Nonne iusta iniusti, & quæ iure fiũt, ijs quæ iniuria, optabiliora sunt? At optabilius est iniuria mori, quã iure. Nõne æquũ est sua quenq; habere? Quæ uero tibi adiudicata sunt falso iudicio, sed tamen ut putauit iudex esse æquissimum, ea legibus rata esse debent. Est igitur idẽ æquũ & iniquum. Est ne is condemnãdus qui æqua profert in iudicio, an qui iniqua? Atqui æquum est eum cui facta est iniuria, omnia proferre, quæ suo cum damno pertulit: erant autem illa iniusta. Hæc omnia sunt captiosa & fallacia argumenta. Neq; enim si iniuria pati aliquid optabile est, statim existimandum est omnino id magis expetendum esse, quod cum iniuria coniũctum est, quàm quod iuri consentaneum.*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*neum.Sed omnino quidē ac ſimpliciter ius eſt iniuria optabilius,nil tamē uetat quo minus iniuria,quod ad hoc uel illud attinet,ſit magis expetenda.Itémq; ſua quenq; habere æquum eſt,aliena iniquum:& tamen iudicium hoc iuſtum eſſe nil prohibet,nimirum quia ut æquiſsimū eſſe exiſtimauit iudex,ita iudicauit.neque enim oportet ſiquid quod ad hanc quidem rem attinet,aut hoc modo, iuſtum eſt omnino eſſe iuſtum.Simili modo ut ſint aliqua per ſe iniuſta,fieri tamen poteſt,ut illa recitare & in iudicio edere,iuſtū ſit.neq; enim recte efficies iuſtum eſſe quippiā ſi illud exponere iuſtū ſit:ſicuti non eſt neceſſe id eſſe utile,cuius narratio utilis eſt: Quod idem de rebus iuſtis ſentiēdū eſt.Illud itaq; non recte concludebatur,quia iniqua erāt quæ edidit is qui paſſus eſt iniuriam,propterea eum uincere qui iniqua in iudicio protulit.nam illa protulit quæ edere quidem æquum erat,ſimpliciter autem,& ad ferendum iniqua.Captionibus autem quæ ex definitione reprehenſionis exiſtūt, ea ratione occurrendum eſt,quam in ſuperiore loco ſubiecimus,exquirendo, an contradictio quæ ad extremū in concluſione proponitur, ijſdem omnino uerbis rebusq; conſtet, an in eadem re pars utraq; ſumatur,& ad idē,& eodē modo, & in eodē tēpore.Quod ſi iam inde à principio diſparata interroget alius, non eſt fatendū fieri nō poſſe ut idē ſit duplū & non duplū: quin potius concedendum eſt fieri poſſe,non eadē tamen ratione. Id enim eſſet ſine ulla controuerſia reprehendi & cōuinci.Ducuntur autē omnes iſtæ captiones ex hoc lo o nunquid quanq; rem nouit aut ignorat, qui nouit aut ignorat quænā & qualis ſit res quæq;? Atqui idē qui nouit Coriſcū quòd Coriſcus ſit,eundem quòd ſit muſicus ignorat:eādem*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

itaque rem ſcit quiſpiam & ignorat. Et rurſus nonne maius eſt quod quatuor cubitorum magnitudinem habet, quã quod trium? At fieri poteſt ut ex tricubito fiat magnitudo quatuor cubitos in longum producta: Et neceſſe eſt ut omne quod maius eſt, minore ſit maius: poteſt igitur fieri ut idem ſeipſo ſit maius & minus. His uero quæ ducũtur ex eo quod id ipſum de quo à principio ſuſcepta eſt diſputatio, ſumitur, ita occurrendum eſt, ut ille quidem qui reſpõdet, ſi talia ſumere aduerſarium perſpiciat, nil eorum admittat, ne ſi illa quidem ſint probabilia: ita tamẽ ut interim uera eſſe dicat illa quæ non admittit. Sin ille non perſpiciat à principio talia eſſe quæ ſumit aduerſarius, ignorationem ſuam in aduerſarium propter huiuſmodi argumentorum uitium reiiciet: dicens nil eum tandem confeciſſe nec bene diſputaſſe. Debet enim ut ſit reprehenſio, abeſſe petitio principij. Deinde uero dicet reſpondens ſe illa admiſiſſe, non ut ijs aduerſarius cõtra ſe uteretur, ſed ut aduerſus illa diſputaret, eiusq; contrarium concluderet, quod captioſa ſua reprehenſione confecit. Quod uerò attinet ad eas quæ ex conſequentibus eruuntur, in eo ipſo unde uim habere argumentum uidetur, uitium indicandum eſt: cum enim duplex ſit argumentum à conſequẽtibus, unum in quo ex parte uniuerſum genus concluditur: ut ex homine animal: alterum in quo inter contraria tractatur conſecutio: in priore genere dicendum nobis eſt, eo aduerſarium peccare, quia uelit, ut ex hoc illud ſequitur, ita uiciſſim ex illo hoc concludi, quod minime neceſſe eſt: in poſteriore autem quia uelit, ſi ex hoc antecedẽte illud conſequens efficitur, ex contrario antecedentis omnino ac ſemper confici contrarium conſequentis. Cuius generis

*ris eſt argumentatio* Meliſſi. *nam ſi quod generatũ eſt principium habet, ex eo confici rectè exiſtimat quod non eſt generatum, non habere principium. Itaq; ſi ingenitum eſt cælum, non habere principiũ adeóq; eſſe infinitum. Atqui non ita res habet: quandoquidem inter diſparata conſecutio cõuerſo ordine tractanda ſit. In ijs autem captionibus quæ oriuntur ex eo, quòd ampilus aliquid adiectum eſt, quàm ex quo ducendum fuit argumẽtum ad conuincendum alterũ, uidendũ eſt, ſi eo quod dixiſti ſublato, nihilominus ſequatur idem incommodum. Quod ubi ita eſſe compereris, tũ id tibi eſt planum faciendum, dicendúmq; omnes propoſitiones te non eo admiſiſſe, quòd ueras illas eſſe putares, ſed ut uideres quid tandem ad rem facerent: iam autem omnino ad rem nil pertinere quæ ipſe ſumpſerat. Captionibus uero quæ plures interrogationes quaſi unam accipiunt, iã inde ab initio occurrẽdum eſt, ídq; adhibita diſtinctione. Eſt enim una interrogatio, ad quam ſimplex recte adhibetur reſpõſio. Itaq; nec plura de uno nec unum de pluribus affirmandũ eſt aut negandum. Porro autem ſicut in homonymis interdũ euenit ut utraque, interdum ut neutra ſignificatione uerum ſit quod interrogatur, eoq; accidit, ut qui quaſi ad ſimplicem interrogationem unam dedit reſpõſionem, nullo inde poſſit urgeri incommodo: ita in ijs de quibus agitur uſuuenit, ut quando plura de uno, aut unum de pluribus uere affirmatur, aut negatur, qui ſimplicem ad illa dederit reſponſionẽ, quanquam in eo, uitio non careat, nulla tamen hinc ducta ratione conuinci reprehendíq; poſſit. Quando uerò illa partim uere, partim falſo dicũtur, aut etiam quando plura de pluribus ita enunciantur, ut uno quodã modo utraq; utriſq;*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*conuenia it,alio quodam modo non conueniant, tum uerò maxime nobis cauendũ eſt.Exempli cauſa:Acceptis duobus quorum unum bonum ſit,alterum malum,nõne illa uerum eſt uno modo dicere eſſe bona & mala,& rurſus altero nec bona nec mala?neq; enim utraq; attributa utriſq; ſubiectis ineſſe poſſunt:Idem igitur bonum & malum eſt, & rurſus nec bonum nec malũ. Itẽ ſi quæq; res ſecũ eſt eadem, & ab alijs diuerſa,ſumptis duobus diuerſis,in hunc modũ fiet captio.Hæc ad ſe comparata non ad alia,ſunt eadẽ:Hæc eadẽ ad ſe comparata ſunt diuerſa:Sunt igitur eadẽ res à ſe inuicem diuerſæ,& eædem tamen.Item ſi bonus quiſpiã malus fiat,& malus quiſpiã,bonus,hic etiã ex ſimplici reſponſione efficietur,unũ ex ijs duobus,ſimul duo contraria effici.Itẽ acceptis duobus inter ſe inæqualibus, uerũ eſt dicere illa ad ſeipſa comparata eſſe æqualia,erũt igitur eadẽ aliqua inter ſe æqualia & inæqualia.Neq; uero ego illud negauerim poſſe in has captiones aliã ſolutionem cadere:præſertim cum illud uerbum,utraq;,itémq; illud,omnia,multis modis dicãtur.Vnde fit ut non idem affirmetur & negetur niſi nomine tenus:quam ueram eſſe reprehenſionem ſupra negauimus. Cæterum illud planũ eſt nunquam illa incommoda ſequi potuiſſe, niſi ex multis interrogationibus una facta eſſet: etſi unũ uni attributum fuiſſet affirmando aut negãdo.Quod uerò attinet ad eas captiones,quæ eò ſpectãt, ut ad ineptam eiuſdem uerbi repetitionem aduerſariũ perducãt,hac ratione perſpicuum eſt omnes diſſolui poſſe,ſi negemus attributa quæ ad aliquid ſunt,ſeparatim ſumpta, præter ſe quicquam ſignificare.Exempli cauſa, ſi ſolum acper ſe duplũ dicas ſine adiectione ſimpli : tametſi uerũ ſit in*

*duplo*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*duplo ſimplum quodam modo appellari. Etenim in hac oratione, uno minus decem, uerbum illud, decem, acceptum eſt, nec decem tamen illa oratione ſignificãtur. Itemq; in hac negatione, non facere, ineſt uerbum facere, atq; adeo in omni negatione ineſt affirmatio: neq; tamen uerũ eſt eum qui dicit, hoc non eſſe album, ſignificare album eſſe. Duplũ igitur nil quicquam fortaſſe præter ſe ſignificat, ſicut nec ſimplum ſignificat id quod in ipſo intelligitur: aut ſi ſignificat, nõ eodem certè modo ſeparatim atq; coniunctim ſignificat. Neq; etiam ſcientia in ſpecie ſumpta, ueluti ſi medicina eſt ſcientia, idipſum ſignificat quod cũ in genere ſumitur, quod quidem erat ſcientia ad id quod ſub ſcientiã cadit comparata. De ijs autem attributis quæ per ea ſubiecta definiuntur, de quibus ipſa dicuntur, illud primum nobis dicendum eſt, non idem ſignificare uerbum aliquod ſeorſum, atq; in oratione acceptum. Curuum enim ſi communiter ac per ſe ſumatur, idem ſignificat in ſimo & in uaro: at coniunctum illac cum naſo, hac cum cruribus, nil prohibet aliud atq; aliud ſignificare: præſertim cum idem ſit naſum curuum & naſum ſimum appellare. Deinde uero non eſt permittendum aduerſario, ut in recto caſu ſubiectum, cum iſta uerba definit, accipiat: quandoquidem falſa illo modo fiat oratio: neq; enim uerũ eſt in recto, Simum eſt naſus curuus, ſed in obliquo dicendum, ſimum eſt naſi talis affectio. Quocirca nil abſurdũ ſequitur, ſi in alio caſu uerbũ illud naſus repetatur, dicendo naſum ſimum eſſe naſum habentem naſi curuitatem. Quod autem ad ſolœciſmos attinet, unde illi quidẽ ducantur ſupra expoſuimus: quomodo autem ijs occurrẽdum ſit, ex ipſis captionibus intelligemus. Nam iſtæ quas ſubijciam,*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*ad ſolœciſmum efficiendum omnes pertinent. Nonne quod uerè dicis, hoc reuera eſt? dicis autem aliquid eſſe lapidẽ, eſt igitur aliquid lapidem. At enim qui lapidem non neutrum, ſed maſculinum, non nominatiuum, ſed accuſatiuum dicit. Quocirca ſi hunc in modum interrogaſſet alius, nonne quẽ tu eſſe uere dicis, eſt illud? ſtatim apparuiſſet illum non latine loqui: quemadmodum ne eis quidem latine loqueretur, qui interrogaret, nonne hic eſt quam tu eſſe dicis? Lignum uero & alia quæuis nomina quæ nec maſculina nec fœmini na ſunt, an illo modo mutatis caſibus interroges, nil refert: unde etiam fit ut ſi illam captionem ad neutrũ accõmodes, non fiat ſolœciſmus. Nõne quod tu eſſe dicis, illud eſt? lignum autem tu eſſe dicis, lignum igitur eſt. Lapis autem & articulus, hic, maſculinorũ habet inflexionem. At uero ſi interrogauerit quiſpiam, ſit'ne iſte illa? tum ſubiecerit, nonne iſte eſt Coriſcus? & ad extremũ cõcluſerit, eſt igitur iſte illa: nõ erit profectò hoc modo concluſus ſolœciſmus: ne ſi Coriſcus quidem reuera idem ſignificet cum aliqua re quæ eſt fœminini generis, illud autem ita eſſe non admiſerit reſpondens. Nam ut aliquid tandẽ conficiatur, illud præterea ad ſuperiores interrogationes adiici debet. Quod ſi neq; ita eſt, neq; ita eſſe admiſerit reſpõdens, omnino nulla fiet ratiocinatio, nec reuera, nec quod ad hũc quidem attinet qui interrogatur. Simili igitur modo & hic quoq; oporteret uerbũ illud, lapidẽ, nominatiuum ſignificare. Quod ſi nec ita ſit, neq; ita eſſe dederit reſpondes, omnino illi cõcluſioni nullus eſt locus: ſpeciẽ autẽ aliquã ex eo accipit, quòd qui ſunt reipſa diſſimiles nominis caſus, ſimiles eſſe uidentur. Quid? nonne hæc uere dicetur eſſe illud ipſum quod tu eã eſſe dicis? Atqui tu*

*hanc*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*hanc parmam esse dicis: est igitur hæc parmam. An hoc modo nil confectum est? Certe. Nam, hæc, non parmam in accusatiuo sibi iungit, sed in nominatiuo parma, hanc autẽ, parmam indicat in accusatiuo. In hac quoq; simile uitium est, Nonne hic est illud ipsum quod tu eum esse dicis? tu autem Cleonem esse dicis, Est igitur hic Cleonem. Neq; enim articulus hic, Cleonem in accusatiuo sibi iungere debuit, quippe cum in prima interrogatione dictũ sit, quem tu esse dicis hic est, non autem hunc est. Neq; enim qui hoc modo dixisset, latine fuisset locutus. Nonne scis tu illud? Est autem illud lapis, scis igitur lapis. An pronomen, illud, non eodem modo sumitur in priore propositione, sciſne illud? atq; in posteriori, Est autem illud lapis? profectò in priore accusatiuus erat, in posteriore nominatiuus. Nõne hoc scis cuius tu habes scientiã? Habes autem lapidis scientiam, scis igitur lapidis. An illud, hoc, demonstrat lapidem in accusatiuo, huius autem lapidis in genitiuo? Atqui concessum est cuius habes scientiam, hoc te scire, in accusatiuo, non huius in genitiuo. Quare concludendum fuit, scis igitur lapidẽ, non lapidis. Quod igitur huiusmodi captionibus non concludatur solœciſmus, sed uideatur modo concludi, & quomodo ijs occurrendum sit, ex ijs quæ sunt à nobis exposita, plane intelligi potest. Illud autem hoc loco nobis intelligẽdum est, non esse unius generis omnes captiones, sed nonnullas esse in quibus facile sit causam captionis perspicere, nõnullas in quibus difficile: idq; dico usuenire etiam in ijs quæ sunt eiusdem generis: nam eiusdem generis appellandæ sunt, quæ ex eodẽ loco ducuntur. Ac eadem quidẽ captio alijs ex genere earum esse uidetur quæ ex uerbis ducuntur, alijs ex alio genere. Id quod propterea fit*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*quia ut quæq; res uarie commutatur, ita non æque semper solet esse perspicua. Quemadmodum igitur inter eas quæ ex homonymia ducuntur (qui certe locus est omniũ unde oriũtur fallaces conclusiones uulgatissimus) quædam sunt quæ cuiuis etiam imperito sunt apertæ: adeóq;, ridiculæ & leues captiones, ex uerbo propemodũ omnes eruuntur, cuiusmodi sunt istæ. Vir ferebat per scalas* δίφρον. *Et Quo properatis?* πρὸς τὴν κεραίαν. *Et utra boum ante pariet? neutra, sed retro utraq;. Nunquid purus est Boreas? non, sed impurus qui mẽdicos æque & mercatores interficit. Nũquid* σύαρχος *ille est? nõ, sed Apollonides. Eodem plane modo ex aliis locis huiusmodi nonnullæ perfaciles ducuntur conclusiunculæ. Sed etiã sunt aliæ, quæ uel doctissimos quosq; impediunt. Id quod eo argumento intelligi potest, quòd inter se de nominum significationibus sæpe dissentire docti homines conspiciũtur. Verbi gratia, utrum eodem semper modo accipiãtur unum, & ens, an alio atq; alio, parum inter doctos cõuenit. Quibusdã enim uisum est nullam inesse in ijs uerbis, unũ, & ens, ambiguitatẽ. Alij ex eo dissoluunt rationes Parmenidis & Zenonis, quòd ens & unum multipliciter dicuntur. Nec secus fit in captionibus quæ ex accidente alijsq; locis eruuntur: nã in ijs quoq; aliæ facilè, aliæ difficilè perspiciũtur. Atq; nosse ex quo genere sit quæq;, & utrũ reprehensionis uim habeat an minus, non est pariter in omnibus manifestũ. Porro autẽ acuta argutáq; captio appellari solet, quæ multum in animo relinquit dubitationis. Ea enim est quæ acrius pungit mordétque. Ambigendi autem duplex est causa: Vna, quæ locũ habet in ijs quæ concludendi uim necessariam habent, cum dubitatur utra sumptionum neganda sit. Altera, quæ*

*propria*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*propria eſt fallacium contentioſarúmque concluſionum, cũ de ratione indicandi uitij, eiúſque quod plus acceptum eſt quàm oportuit ad neceſſariam cõcluſionem, ambigitur. Itaque inter eas quæ neceſſariò concludunt, ut quæque eſt acutiſsima, ita plurimum adfert dubitationis. Eſt autem illa acutiſsima ratiocinatio quæ ex ijs quæ ſunt quàm maxime probabilia, aliquid aut probat, aut refutat, quod eſt maxime probabile. Nam cum illa una ſit ratiocinatio, accepto diſparato concluſionis cum altera ſumptionum, ſemper neceſſariò quod uolet concludet: quandoquidem neceſſe ſit, ut ex æque probabilibus, hac ratione, ſemper quod æque probabile eſt, aut confirmetur, aut refutetur: qua ratione efficitur ut ambigere hoc in loco neceſſe ſit. Eſt igitur illa imprimis & maxime arguta, quæ pariter à concluſione & à ſumptionibus adfert dubitationem. Secundo loco, quæ ab utriſque ſumptionibus æqualem relinquit, utra neganda ſit, dubitationem. Cum enim ſit altera neganda, utra tandem ea ſit non eſt facile decernere. Inter eas autem quæ fallaces & contentioſæ ſunt, illa primo loco acuta cenſenda eſt in qua non ſtatim apparet ſit ne conſecutio neceſſaria nécne, & utrum ſit ea diſſoluenda negando falſam aliquam quæ ſumpta ſit propoſitionem, an diſtinguendo. Secundo loco numerabitur, quæ id quidem minime habet dubium, utrũ ſit negando, an diſtinguendo ſoluenda, ſed tamen quænam ex omnibus interrogationibus ſit neganda, & quæ diſtinguenda, an ſcilicet quæ complexionis loco accipitur, an ex ſumptionibus aliqua, non ſatis intelligitur. Interdum igitur argumentatio forma uitioſa, inepta eſt ac ridicula, nimirum quando ſumptiones ualde incredibiles ſunt, aut falſæ: in-*



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

terdum minimè contemnenda est. Quando enim in argumẽtatione desideratur talis aliqua interrogatio, ex qua potissimum argumenti uis duci debuit, qui illam non sumpsit, rem tamen quasi ratiocinatione concludit, is ineptam omnino ratiocinationem facit. Sin quod prætermissum est, ex genere est eorum, quæ extrinsecus ad rem ualent, non continuò illa argumentatio aspernanda est: quin argumentatio bona est, culpa autem omnis est penes eum, qui nõ rectè interrogauit. Sicut autem argumenta uarijs modis dissoluuntur: uno modo, ut ad ipsam argumentationem pertineat solutio: altero, ut ad interrogãtem atque adeò ad ipsam interrogandi rationem: tertio, ut ad neutrum conferatur: ita etiã tribus modis tractantur interrogationibus argumenta: uno modo, ut ad id, quod propositũ est, omnes tuas rationes conferas: altero, ut respondentem persequaris: tertio, ut disputando rationem habeas temporis: quod postremum tum euenit cum plus tõporis desideratur ad refutandam solutionem, quam dedit aduersarius, quàm patiuur spatium temporis, quod ad disputandum concessum est. Atque illa quidẽ omnia hactenus exposita sunt, ex quot, quibúsque locis ducuntur omnes captiosæ conclusiones, quæ solent inter disputandum incidere: deinde quo modo sit mendacij arguendus aduersarius, & quibus rationibus eò perducendus, ut paradoxa aliqua dicere uideatur: tum quibus ex causis potissimũ nascatur solœcismus: mox quo modo interrogandum esset, quæque esset interrogationum collocatio: deinde quisnam esset usus tractationis huiusmodi sophisticarum captionum: postremò quæ in uniuersum esset ratio respondendi, & quomodo singulæ rationes, & syllogismi

*gismi dissoluendi essent. Nunc reliquum est, ut postquã à capite repetierimus institutum nostrum, de eóque pauca dixerimus, finẽ huic disputationi imponamus. Hoc igitur à principio diximus, fuisse nostrum institutum, ut inueniremus facultatem quandam differendi de quacunque re proposita ex ijs, quæ essent in re proposita quàm maximè probabilia. Est enim hoc officium dialectices, tum eius, quæ per se dicitur, tum eius, quæ in tentando & experiundo cernitur. Sed quoniam par est, sic esse hac arte instructum dialecticum (ne qua in re hæc ars Sophisticæ, cui finitima est, cedat) ut non modò experiundi causa probabiliter alterũ interrogare possit, sed etiam ut scientiam rei præ se ferat: propterea non tantum illud, quod modò dictum est, posuimus huius artis officium, quod in exigenda ab altero ratione cernitur, sed etiam in eo, ut si quando à nobis exigatur ratio de eo, quod defendendum in disputatione suscepimus, constantissimè ac sine ulla repugnantia tueamur: idque ex ijs, quæ sunt quàm maximè probabilia. Cur autem id etiam partem muneris dialectici fecerim, paulò ante rationem subieci: ob quam etiam causam Socrates interrogabat semper, respondebat nunquam: quia se nil quicquã scire profitebatur. Illud porrò in superioribus libris explicatum est, quæ, & quot sint quæstionum genera, in quibus hæc ars uersatur: & quæ essent, & in quo numero ea, ex quibus ipsa constaret disputatio: tum quomodo earum rerum magna copia nobis suppetere posset: postremò de ratione interrogandi, omninóque de collocatione, quæ sit interroganti obseruanda: itémque de respõsione, & ratione dissoluendorum argumẽtorum diximus: omninóque exposui*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*mus cætera omnia, quæ uisa sunt ad illã dissẽdi rationem pertinere. Posthæc autẽ docuimus, de fallacibus & captiosis cõclusionibus, quẽadmodũ etiã paulò ante dictũ est. Quæ cũ ita sint, profectò iã dubitari nõ potest, quin satis cõmodè ad exitũ à nobis id perductũ sit, quod institueramus. Iã uerò ne quis ignoret, quid nobis in explicatione huius artis usuenerit, illud intelligendũ est, eorum omniũ, quæ inueniuntur, aliqua esse, quæ iã antè ab alijs aliqua ex parte cõprehensa, subtilius posteà & quasi particulatim elaborata, opera tãdem eorũ, qui illa posteà accipiunt, lõgius progrediũtur, magnúmq; incrementũ capiunt: Alia autẽ à prima origine inuenta, nõ ita multum à principio progrediuntur: sed tamen multò plus utilitatis habẽt illa initia, quàm reliqua omnis, quæ ex ijs proficiscitur, accessio. Est enim (ut dici solet) principium maxima pars totius: ideóq; difficillimũ. Quãtò enim ui & facultate maiore est, tantò minore est magnitudine: eaq; de causa difficillimè perspicitur: eo autẽ inuento nõ est difficile conferre & adijcere reliqua. Porrò autẽ illud, quod dixi, cum in alijs ferè omnibus artibus, tum in arte oratoria usuenisse maximè conspicitur. Qui enim huius artis principia inuenere, parũ admodũ progressi sunt. Qui autẽ nunc sunt in eo genere illustres & probati, acceptis ijs, quæ à multis tractata quasi per successionẽ paulatim processerãt, in eos fines, quos nũc habet, artẽ protulerũt. Tisias quidem primus addere cœpit ijs initijs, quæ à primis inuẽtoribus profecta erãt. Hunc Thrasymachus secutus est: cui deinde successit Theodorus, alijque permulti, qui singuli suas quasdã particulas adiecerũt: ut iã non sit mirum in tantam magnitudinẽ eam tandẽ excreuisse. At uerò huius artis, in*

*cuius*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*cuius explicatione uersamur, nõ pars quædã iã ante inuenta & elaborata erat, pars altera minus explanata: sed omnino nil in eo genere adhuc ab alijs traditũ extabat. Nã qui adhuc mercede cõducti natã ad contẽtiones disserẽdi rationẽ docuerunt, idẽ ferè quod Gorgias sequuti sunt in docendo institutũ. Vt enim hic ad dicendũ, ita illi ad disputandum, orationes ediscendas discipulis tradebãt de ijs rebus, in quas sæpius suos utrique sermones inducebãt. Vnde efficiebatur, ut discipuli celeriter illi quidẽ, sed citra ullã artem, quæ ab illis tradebantur, discerẽt. Illi enim ita demum se rectè docere existimabãt, si omissa arte, ipsum artis opus proponerent. Vt si quis se profiteatur artẽ traditurũ, qua ne pedes posteà ullus offendat, effecturus sit, ac posteà non sutoriã ille quidẽ doceat, neq; unde parari possint, quæ ad eam rem sunt necessaria, ostẽdat: sed magnã calceorũ omnis generis multitudinem proferat. Sanè qui hoc fecerit, ad usum quidẽ profuit, artẽ autẽ non attigit. Ac de arte quidẽ Rhetorica satis multa à ueteribus tradita habuimus: de hac autẽ disserẽdi ratione nil planè habuimus, quod alijs acceptũ referamus: sed nos l̃go usu singula inquirẽdo, multũ tẽporis magno cum labore cõsumpsimus. Si igitur uobis ea considerantibus uideatur hæc ars illis, quæ nos tradidimus, initijs satis accuratè explicata, præ alijs disciplinis, quæ ex longa successione in tantã excreuerunt amplitudinẽ, hæ profectò uestræ sunt auditoriúmue partes, ut si qua prætermissa sint in tractatione huius artis, ea nobis bona cum uenia condonetis: & si qua rectè inuenta, magnas eo nomine nobis gratias habeatis.*

FINIS.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

*mus co*

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

inuen-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance




© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

© Centre d'Etudes Supérieures de la Renaissance


© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance